# ACTA PUBLICA,

*TOMI III. PARS IV.*

Digitized by Google

Digitized by Google

ſint, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, vel eorum Loca tenentibus, Salutem.

Venientes ad Nos, Religioſi Viri, ***Frater Arnaldus de la Cal***, & ***Deodatus Ymbard***, Ordinis Sancti Johannis Jeruſalem, Moram trahentes in Domo Pontis Sancti Johannis Burdegalæ dicti Ordinis, quaſdam Patentes Literas Privilegiorum dicti Ordinis, ipſi conceſſas per, claræ & illuſtris memoriæ, Dominum *E.* condam *Regem Angliæ*, Dominum Hiberniæ, & Ducem Aquitaniæ, Sigillo ſuo Magno impendenti, cum Cera viridi & laqueo cirico, viridis & rubei coloris, Sigillatas, Nobis die hodiernâ infraſcripta exhibuerunt & præſentaverunt, quas Nos ab eiſdem cum debitis reverentiâ & Honore recepimus, Tenorem qui ſequitur continentes.

EDWARDUS, DEI GRATIA, REX ANGLIÆ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

INSPEXIMUS CARTAM CONFIRMATIONIS, quam nuper ſub Sigillo, quo tunc utebamur, fecimus Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni Baptiſtæ, & Fratribus Hoſpitalis Jeruſalem in hæc verba,

EDWARDUS, DEI GRATIA, REX ANGLIÆ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

INSPEXIMUS CARTAM CONFIRMATIONIS, quam Dominus *E.* nuper *Rex Angliæ*, Pater noſter, fecit Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni Baptiſtæ, & Fratribus Hoſpitalis Jeruſalem in hæc verba,

EDWARDUS, DEI GRATIA REX ANGLIÆ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

INSPEXIMUS CARTAM CONFIRMATIONIS, quam, claræ memoriæ, Dominus *Edwardus*, condam *Rex Angliæ*, Pater noſter, fecit Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni Baptiſtæ, & Fratribus Hoſpitalis Jeruſalem in hæc verba,

EDWARDUS, DEI GRATIA, REX ANGLIÆ, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitaniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Præpoſitis, Miniſtris, & omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, Salutem.

INSPEXIMUS CARTAM, quam, celebris memoriæ, Dominus *Henricus*, condam *Rex Angliæ*, Pater noſter, fecit Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni Baptiſtæ, & Fratribus Hoſpitalis Jheruſalem, in hæc verba,

& ELEEMOSINAS ſuas HABEANT & TENEANT, cum omnibus LIBERTATIBUS & LIBERIS CONSUETUDINIBUS, & QUIETANTIIS ſuis, in Boſco & Plano, in Pratis & Paſturis, in Aquis & Molendinis, in Viis & Semitis, in Stagnis & Vivariis, in Mariſcis & Piſcariis, in Grangiis & Virgultis, infra Burgum & extra, cum Sock & Sack, & Thol & Theam, & Infangenethef & Utfangenethef, & Hamſock & Gridbrith, & Blodwyte & Fidhwyte, & Flitwyte & Ferdwyte, & Hengwyte & Leyrwyte, & Flemenefryth & Murdro, & Latrocinio, & Borſtal, & Ordel, & Oreſte, infra tempus & extra, & in omnibus locis, & cum omnibus cauſis, quæ ſunt vel eſſe poſſunt:

CONCEDIMUS etiam IMPERPETUUM quòd prædicti Fratres quieti ſint de omnibus Miſericordiis, & quòd ipſi & omnes Homines ſui liberi ſint ab omni Scoto & Geldo, & omnibus Auxiliis Regum, Vicecomitum, & omnium Miniſterialium eorum, & Hidagio & Carrutagio, & Danegeld & Hornegeld, & Exercitibus & Wapentachiis, & Scutagio & Tallagio, & Leſtagio & Stallagio, Schiris & Hundredis, Placitis & Querelis, & Warda & Wardepeny, & Averpeny & Hundredpeny, & de omnibus Operibus Caſtellorum, Parcorum, & Pontium, Clauſuris, & omni Carreio, & Summagio, & Navigio, & Domuum Regalium Ædificatione, & omnimoda Operatione;

Et PROHIBEMUS nè Boſci eorum ad prædicta Opera vel ad aliqua alia ullo modo capiantur; & ſimiliter Bladum eorum, vel Hominum ſuorum, ad Caſtella munienda non capiantur:

Volumus etiam quòd liberè & ſufficienter, ſine qualibet occaſione, capiant, de omnibus Boſcis ſuis, ad uſus Domus ſuæ, quandocumque voluerint, nec propter hoc in Foriſfacto de Vaſto vel in Miſericordia ponantur; omnes quoque Terras & Aſſarta ſua, & Hominum ſuorum, jam facta, & quæ impoſterùm fient Aſſenſu Regio, eis IMPERPETUUM QUIETUM CLAMAMUS de Vaſto, Regwardo, & de Viſu Foreſtariorum & omnibus aliis Conſuetudinibus:

CONCEDIMUS inſuper eiſdem Fratribus quòd de omnibus Boſcis ſuis, quos habent in præſenti, intra Metas Foreſtæ, poſſint aſſartare & excolere ſine licentia noſtra, vel Hæredum noſtrorum, vel Ballivorum noſtrorum facta, quòd indè in nullo a Nobis, vel Hæredibus noſtris, Imperpetuùm occaſionentur; & quòd ipſi, & Homines ſui proprii, Quieti ſint de Expeditatione Canum ſuorum IMPERPETUUM:

PRÆCEPIMUS etiam quòd ipſi Fratres Hoſpitalis, & omnes Homines ſui, Liberi ſint & Quieti ab omni Theolonio in foro, & in omnibus Nundinis, & in omni Tranſitu Pontium, Viarum, & Maris, per totum Regnum noſtrum, & per omnes Terras noſtras, in quibus Libertates eis dare poſſumus; & omnia Mercata ſua & Hominum ſuorum ſint ſimiliter, in prædictis Locis, ab omni Theolonio Quieta:

CONCEDIMUS etiam eis & CONFIRMAMUS quòd, ſi aliquis Hominum ſuorum, pro Delicto ſuo, Vitam vel Membrum debeat amittere, vel fugerit, & Judicio ſtare noluerit, vel aliud Delictum fecerit, pro quo debeat Catalla ſua perdere, ubicumque Juſtitia fieri debeat, ſive in Curia noſtra, ſive in alia Curia, ipſa Catalla ſint prædictorum Fratrum, & liceat ipſis Fratribus, ſine Diſturbatione Vicecomitum, & omnium Ballivorum noſtrorum, &



Digitized by Google

Hiis Teſtibus,

Venerabili Patre, *H. Cantuarienſi Archiepiſcopo*, totius Angliæ Primate,
*R.* Comite Cornubiæ, Fratre noſtro,
*Ricardo de Clare*, Comite Glouceſtriæ & Hertfordiæ,
*Humfrido de Bohun*, Comite Herefordiæ,
*Johanne Maunſell*, Præpoſito Beverlacenſi,
Magiſtro *W. de Kelkenny*, Archidiacono Coventriæ,
*Radulpho Filio Nicholai*,
*Bertramo de Croill*,
*Johanne de Grey*,
*Johanne de Leyncton*,
*Roberto Walrand*,
*Willielmo Grenoun*,
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud *Wyntoniam*, viceſimo die Junii, Anno Regni noſtri Triceſimo ſeptimo.

INSPEXIMUS ETIAM CARTAM quam idem Dominus *Henricus*, condam Rex Angliæ, Pater noſter, fecit prædictis Fratribus Jheruſalem in hæc verba.

H. Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Seneſcallis, Vicecomitibus, Ballivis, Miniſtris, & univerſis Fidelibus ſuis, Salutem.

PRÆCIPIMUS vobis quòd Cuſtodiatis, Protegatis, & Manuteneatis Homines Terras, Res, Redditus, Poſſeſſiones, & Tenementa Fratrum Hoſpitalis Jheruſalem, ſicut Res noſtras proprias, nullam injuriam, vel Moleſtiam, aut Gravamen eis facientes, nec ab aliquo fieri permittentes; quia Ipſi, & Homines, & omnes Res & Poſſeſſiones eorum, ſint in Cuſtodia & Protectione noſtrâ:

Et PROHIBEMUS nè de aliquo ponantur in Placitum, niſi coram Nobis, vel coram capitali Juſticiario noſtro:

Et ſi quis eis in aliquo foriſfecerit, id eis ſine dilatione faciat emendari.

Teſte meipſo apud *Wynton.* viceſimo tertio die Junii, Anno Regni noſtri Triceſimo ſeptimo.

Nos autem, prædictam CONCESSIONEM Ratam habentes & Gratam, Eam, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, prædictis, Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni, & Fratribus Hoſpitalis prædicti, & Succeſſoribus ſuis, CONCEDIMUS & CONFIRMAMUS, ſicut Cartæ prædictæ rationabiliter teſtantur;

Hiis Teſtibus,

Venerabilibus Patribus,
*J. Cantuarienſi Archiepiſcopo*, totius Angliæ Primate,
*G. Wygornienſi*,
*Th. Herefordenſi*,
*R. Bathonienſi & Wellenſi*,
Et *W. Norwicenſi*,
Epiſcopis:
*Edmundo* Fratre noſtro, Comite Cornubiæ,
*Gilberto de Clare*, Comite Glouceſtriæ & Hertfordiæ,
*Henrico de Lacy*, Comite Lincolniæ.
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud *Certeſeye*, viceſimo ſecundo die Septembris, Anno Regni noſtri ſecundo.

Nos, autem *Conceſſiones* & *Confirmationes* prædictas Ratas habentes & Gratas, *Eas*, pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, Deo, & beatæ Mariæ, & Sancto Johanni, ac Fratribus Hoſpitalis prædicti, & eorum Succeſſoribus, *Concedimus* & *Confirmamus*, ſicut dicta Carta Confirmationis rationabiliter teſtatur;

Hiis Teſtibus,

Venerabilibus Patribus,
*W. Eborum* Archiepiſcopo, Angliæ Primate,
*J. Elienſi* Epiſcopo, Cancellario noſtro,
*H. Lincolnienſi* Epiſcopo, Theſaurario noſtro,
*Thoma* Comite Norffolciæ & Mareſcallo Angliæ Avunculo noſtro,
*Johanne de Warenna* Comite Surriæ,
*Rogero de Mortuomari*,
*Johanne de Sancto Johanne*,
*Johanne de Roos*, Seneſcallo Hoſpitii noſtri,
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud *Eborum*, Triceſimo Die Junii, Anno Regni noſtri Primo.

NOS autem Tenorem Cartæ prædictæ, ſub Sigillo quo nunc utimur, ad Requiſitionem Prioris Hoſpitalis prædicti, duximus Exemplificandum;

Hiis Teſtibus,

Venerabilibus Patribus,
*W. Archiepiſcopo Eborum*, Angliæ Primate,
*J. Elienſi* Epiſcopo, Cancellario noſtro,
*H. Lincolnienſi* Epiſcopo, Theſaurario noſtro,
*J. Wyntonienſi*,
Et *W. Norwicenſi*,
Epiſcopis,
*Henrico* Comite Lancaſtriæ,
*Rogero de Mortuo Mari*,
*Th. Wake*,
*Johanne de Roos*, Seneſcallo Hoſpitii noſtri,
Et aliis.

Dat. per Manum noſtram, apud *Eborum*, decimo die Februarii, Anno Regni noſtri Secundo.

ITEM, exhibuerunt Nobis & præſentaverunt præfati Fratres *Arnaldus* & *Deodatus*, quaſdam alias Patentes Literas Privilegiorum dicti Hoſpitalis, ipſi Conceſſas, per, claræ & illuſtris memoriæ Dominum *Edwardum*, condam *Regem Angliæ & Franciæ*, & Dominum Hiberniæ, ſuo Magno Sigillo impendenti, cum Cera Viridi & Filo Viridi & Rubeo, Sigillatas, quarum Tenor talis eſt,

* EDWARDUS, DEI GRATIA, REX ANGLIÆ ET FRANCIÆ, & Dominus Hiberniæ, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, * VII, 533.

Digitized by Google

ne & in pace, liberè, & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in Boſco & Plano, in Pratis & Paſcuis, in Mariſcis & Piſcariis, in Vivariis & Stagnis, in Aquis & Molendinis, in Furnis, & Feriis, & in Nundinis, in Terris, in Agris, & Vineis, in Cenſibus, & Venditionibus, in Villicationibus (ſcilicet) & in Latrociniis, & in Raptu Mulierum, in Incendiis, & in Multicidiis, in Paagys, & in Metis, in Hominibus, in Domibus, & in Menſuris, & in Civitatibus; in Caſtellis, & in Villis, in Viis, & extra Vias:

Et ita VOLUMUS & firmiter PRÆCIPIMUS quòd Homines prædicti, Sancti Hoſpitalis de Jheruſalem, ſint Liberi & Quieti de Excercitu & Equitatu, de Theolonio & Peagio, Pontagio & Paſſagio, & Homagio & Stallagio, & de omnibus Redditibus, & de omnibus Querelis, Placitis, Auxiliis, & Talagiis, & de omnibus Operationibus Civitatum, Caſtellorum, Villarum, ut Pacem habeant in omnibus: ſimiliter ſi aliquis Hominum prædictorum Fratrum ſit Immerciatus erga Nos, vel erga Ballivos noſtros, pro quacumque Cauſa, vel Delicto, vel Forisfacto, Mercia & Amerciamenta Pecuniæ prædictis Fratribus ſine dilatione Reddantur:

PROHIBEMUS etiam ne de aliquo ponantur in Placitum, niſi coram prædictis Fratribus, vel eorum Domeſticis, Ballivis, vel Servientibus Sancti prædicti Hoſpitalis Jheruſalem;

Hæc omnia prædicta, & omnes Exitus, qui inde provenire potuerunt, CONCESSIMUS & CONFIRMAMUS, cum aliis Libertatibus & liberis Conſuetudinibus ſuis, cum univerſis Rebus, ad prænominatam Domum & Fratres & Homines prædicti Sancti Hoſpitalis de Jheruſalem pertinentibus, in univerſo Regno noſtro, & in tota Terra noſtra ultra Mare & citra, vel ubicumque ſint, nichil Nobis Retinentes, nec Hæredibus, & Succeſſoribus noſtris, niſi tantummodo Orationes & Bona Spiritualia ſæpedictæ Domûs Sancti Johannis Jheruſalem.

* VII. 534.

* Teſtibus;

| | |
|---|---|
| *R. Lemovicenſi.* | *Aymerico* Vicecomite de Thoardz. |
| Et *H. Xanctonienſi*, | *Hugone de Bruxbellay*, de Moſtrell, |
| Epiſcopis: | *Johanne*, Præpoſito de Duay. |
| *Radulpho de Retham*, | *Goffrido*, Theſaurario de Ciceſtria. |
| *Willielmo de Ferr*, | |
| *Roberto de Harecourt*, | |
| *Gaufrido de Ser*, | |

Dat. per Manum *Willielmi* Elienſis Epiſcopi, Apoſtolicæ Sedis Legati, Cancellarii noſtri, apud *Spiram*, Quinto Die Januarii, Anno Quinto Regni noſtri.

NOS autem, *Donationes*, *Conceſſiones*, & *Confirmationem* prædictas Ratas habentes & Gratas, Eas, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, Dilectis Nobis in Chriſto, nunc *Magiſtro & Fratribus dicti Hoſpitalis Jeruſalem*, & Succeſſoribus ſuis, CONCEDIMUS & CONFIRMAMUS, ſicut Carta prædicta rationabiliter teſtatur, & prout iidem, Magiſter & Fratres & Prædeceſſores ſui, Res & Poſſeſſiones prædictas hactenus rationabiliter tenuerunt, & Libertatibus & Quietantiis prædictis hactenus rationabiliter uſi ſunt & gaviſi,

In cujus Rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes;

dictarum & prout eis uti debent, & iidem Fratres, & Prædeceſſores ſui prædicti, eis, a tempore prædicto hucuſque, pro Se, & Hominibus ſuis, uti & gaudere conſueverunt.

Dat. apud *Weſtmonaſterium* viceſimo die Auguſti, Anno Regni noſtri Angliæ, Decimo Nono, Regni vero noſtri Franciæ Sexto.

Quibus quidem Privilegiis & Literis, ſic Nobis Præſentatis & exhibitis, ut præmittitur, per Fratres, *Arnaldum* & *Deodatum*, ipſi Nobis ſupplicaverunt, cum magna inſtantia, ut dicta Privilegia & Literas confirmare dignaremur.

Supplicationi quorum Nos Annuere volentes, ob Devotionem, quam erga Deum ſalvatorem noſtrum, & beatam Virginem Mariam, & Sanctum Johannem Baptiſtam, ac ipſius Ordinem, habemus, & ob Reverentiam ipſorum & Hoſpitalis Jheruſalem prædicti, contenta omnia & ſingula in dictis Privilegiis, ex parte regiâ, atque noſtrâ Poteſtate Nobis ſuper hoc attributâ, *Laudamus*, *Emologamus*, *Acceptamus*, * *Approbamus*, *Ratificamus*, & *Confirmamus* per præſentes, * VII. 535.

Volentes & Decernentes tantam fidem ab omnibus & ubique præſentibus Literis noſtris adhiberi, quanta vero Originali ipſorum Privilegiorum Literarum prædictarum adhiberetur & adhiberi poſſunt & debent, ubicumque.

Mandantes vobis, & veſtrûm ſingulis, ex parte qua ſupra, ut omnia & ſingula, in hiis præſentibus Literis noſtris, inviolabiliter obſervantes, nil præſumatis per vos vel per alium in contrarium facere, vel etiam attemptare quoquo modo.

Dat. Burdegaliæ ſub Sigillo regio Officii noſtri, viceſimo die Menſis Novembris, Anno Domini, Milleſimo, Treſcenteſimo, Septuageſimo octavo.

Nos autem LITERAS PRÆDICTAS, & omnia & ſingula in eis contenta (Exceptis dumtaxat illis verbis, *omne Jus*, *omne Dominium quod ad Nos pertinet & pertineat*) Rata habentes & Grata, Ea, pro Nobis, & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, Ratificamus, Acceptamus, Approbamus, ac *Fratribus Hoſpitalis prædicti*, in Ducatu noſtro Aquitaniæ, *Concedimus* & *Confirmamus*, ſicut Literæ prædictæ rationabiliter teſtantur, & prout iidem Fratres & Prædeceſſores ſui Libertatibus, Quietantiis, Privilegiis, & Conſuetudinibus prædictis rationabiliter uſi ſunt & gaviſi.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, tertio die Julii.

*Pro Decem Libris ſolutis in Hanaperio.*

---

### *De Conventionibus cum Duce Gelriæ.*

HÆC INDENTURA, FACTA inter *Georgium Felbrigg* Militem & *Johannem de Hermeſthorp*, Clericum, Procuratores, Illuſtriſſimi Principis & Domini noſtri, Domini *Ricardi*, Dei gratia, *Regis Angliæ & Franciæ*, ex una Parte, & Venerabilem Virum *Henricum de Steenbergen*, Præpoſitum & Archidiaconum Eccleſiæ Sancti Salvatoris Trajectenſis, Conſanguineum, Nobilis Principis, *Willielmi*, *Primogeniti Juliacenſis*, *Ducis Gelriæ*, & Strenuum *Walterum de Yſendoren* Ann. D. 1386. An. 10. R. 2. Franc. 10. R. 3. m. 21.

* VII. 536. ſic, palam, & publicè, * tanquam Hoſtes dicti Domini Regis & dicti Ducis Gelrenſis, Diffidabit:

Et, ex habundanti, idem Dux Gelrenſis Literas ſuas, Sigillo ſuo conſignatas, dicti Homagii præſtationem Teſtificantes, necnon hujuſmodi Diffidationis, dicto Domino Regi ſeu ejus Concilio faciet liberari:

Et conſimiles Literas Diffidationis dictis Adverſario Franciæ & Duci Burgundiæ, infra Quatuor Menſes, Datam Præſentium immediatè ſequentes, teneatur effectualiter liberare:

Conceſſerunt inſuper dicti Procuratores præfati Ducis Gelrenſis, & fideliter promiſerunt, nomine quo ſupra, quod durante Vita ipſius Ducis Gelrenſis, aliqui Scutiferi ſeu alii non erunt Armati, ſeu aliquo modo contra præfatum Dominum noſtrum Regem, ſeu Gentes, aut Subditos ipſius Domini Regis, Nomine ſuo, Guerrantes cum præfatis Adverſario Franciæ vel Duce Burgundiæ, ſeu quocumque alio ipſi Domino Regi Adverſante, nec alicui ex eis Concilium impendent, Auxilium vel Favorem.

Item, *Concordatum eſt*, per dictos Procuratores, quòd dictus Dux Gelrenſis, pro Homagio & Servitio prædictis, percipiet Annuatim, durante Vitâ ſuâ prædictâ, a præfato Domino noſtro Rege Mille Libras Sterlingorum, ad Scaccarium ipſius Domini Regis in Anglia, ad Terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones; undè, pro Primo Anno de Quingentis Libris, ſuper Liberatione dictarum Literarum ſuarum, præfato Concilio dicti Domini noſtri Regis faciendâ, ut præfertur, præfatus Dux Gelrenſis Solutionem percipiet, poſtquam dicti Procuratores ſui præſentem Indenturam, ſuper Præmiſſis, integraliter, pro parte ipſius Ducis Gelrenſis, adimplendis fecerint, & dicto Concilio Domini noſtri Regis liberaverint, Sigillis dictorum Procuratorum ipſius Ducis Sigillatam; & Reſiduas Quingentas Libras, pro dicto Primo Anno, idem Dux recipiet, apud Middelburgh, in Quindenâ Sancti Michaelis, proximò futurâ, cum ipſe Homagium Deputatis ipſius Domini Regis, Nomine ſuo, fecerit, & alia ſupradicta compleverit, prout ſuperius continetur.

Item, *Concordatum eſt*, per Procuratores ſupradictos, Nominibus quibus ſupra, quòd, durante Vitâ præfati Ducis Gelrenſis, omnes Mercatores & Subditi dicti Domini Regis pacificè poſſint, & eorum quilibet poſſit, cum Mercandiſis & Rebus ſuis, ad Ducatum Gelrenſem & alibi infra Diſtrictus & Poteſtatem ipſius Ducis Gelrenſis, pro libito Accedere, & ibidem Morari, Mercari, Mercandiſas licitas Excercere, Negotiari, & Intercommunicare, & exindè, cum Mercandiſis & Rebus ſuis, quocumque voluerint, liberè Recedere, abſque Moleſtiâ ſeu Impedimento quocumque; Solvendo Cuſtumas, Subſidia, & alia Deveria debita & conſueta;

Et quod, durante Vitâ præfati Ducis Gelrenſis, omnes Subditi prædicti Domini noſtri Regis, tàm Nobiles, quàm Milites, Scutiferi, & alii quicumque, cujuſcumque Dignitatis, Præeminenciæ, Status, Gradûs, Nationis, ſeu Conditionis extiterint, & eorum quilibet, habere poſſint, ſeu poſſit, Liberum, Pacificum, & Securum ingreſſum, Moram, Tranſitum, & Regreſſum, cum eorum Armaturis, Bonis, & Rebus quibuſcumque, per Ducatum prædictum, & quæcumque alia Dominia & Diſtrictus prædicti Ducis, quocumque pergere voluerint;

Et ſimiliter quòd, Vitâ dicti Ducis Gelrenſis durante, omnes Mercatores & Subditi ejuſdem Ducis pacificè poſſint, cum Mercandiſis & Rebus ſuis, ad Regnum Angliæ, & alibi infra Diſtrictus & Poteſtatem dicti Domini Regis, pro libito Accedere, & ibidem Morari, Mercari, Mercandiſas licitas Excercere, Negotiari, & Intercommunicare, & exindè, cum Mercandiſis & Rebus ſuis, quocumque voluerint, liberè Recedere, abſque Moleſtia & Impedimento quocumque; ſolvendo Cuſtumas, Subſidia, & alia Deveria debita & conſueta:

Et quod, durante Vitâ ipſius Ducis Gelrenſis, omnes Subditi ris, Dominiis, & Subditis ſuis quibuſcumque, ex Parte alterâ, mutuò ineundis & præſtandis,

Et ſpecialiter ad Tractandum, Paciſcendum, & Concordandum ſuper Retinentia ſua, penes Nos, in omnibus Guerris noſtris, & certis Servitiis per ipſum Ducem nobis impendendis, durante totâ vitâ ejuſdem Ducis;

Dantes & Concedentes, ex certa ſcientia & noſtra libera voluntate, eiſdem Procuratoribus & Nunciis noſtris plenariam, ſufficientem, & liberam Poteſtatem ad omnia & ſingula Præmiſſa, ſeu ea quomodolibet concernentia, Tractandum, Concordandum, Paciſcendum, Faciendum, Expediendum, & finaliter Concludendum,

Ac omnia & ſingula, ſic Tractata & Concordata, Firmandum & Roborandum Cautionibus quibuſcumque, licitis & honeſtis,

Ac alia omnia & ſingula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ circa Præmiſſa neceſſaria fuerint ſeu oportuna, etiam ſi Mandatum exigant ſpeciale;

Promittentes Nos omnia & ſingula, ſic Tractata & Concordata, pro parte noſtra, Grata & Rata habituros, & in bonâ fide firmiter & inviolabiliter obſervare, prout iidem Procuratores & Nuncii noſtri Nomine noſtro fecerint & promiſerint in Præmiſſis, & ſicuti Nos ipſa omnia & ſingula in Perſona propria feciſſemus.

Dat. in *Palatio noſtro Weſtm.* ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio, Tertiodecimo die Maii, Anno Regni noſtri decimo.

W*Ilhelmus*, Primogenitus Juliacenſis, Dei gratiâ, *Dux Gelriæ*, Comeſque Zutphaniæ.

Notum facimus univerſis, præſentes Literas viſuris vel audituris, quod Nos, de & ſupra Materia infraſcripta, maturâ & plena Deliberatione præhabitâ, ex noſtra certa ſcientia, Conſtituimus, Ordinavimus, & Fecimus, Creamuſque, Ordinamus, & Facimus, per Præſentes, noſtros veros & legitimos Ambaſſiatores, Procuratores, Negotiorum Geſtores, ac Nuncios ſpeciales, Venerabilem *Henricum de Steenberghen* Præpoſitum & Archidiaconum Eccleſiæ Sancti Salvatoris Trajectenſis noſtrum Conſanguineum, & Strenuum *Walterum de Yſendoren* Militem Magiſtrum Curiæ noſtræ, Secretarios & Conſiliarios noſtros dilectos,

Ad Tractandum, Paciſcendum, & finaliter Concordandum cum, Sereniſſimo & Excellentiſſimo Principe & Domino noſtro, Domino *Richardo*, Dei gratiâ, *Rege Angliæ & Franciæ*, & Domino Hiberniæ Illuſtriſſimo, ſeu ipſius Venerabili Concilio, ejus Nomine, vel ipſius Procuratoribus, Nunciis, ſeu Deputatis, in hac parte, plenariam Poteſtatem ab ipſo Domino noſtro Rege habentibus, de & ſuper quibuſcumque Amicitiis, Alligantiis, ac mutuis Auxiliis, præcipuè ad Servitia Domini noſtri Regis (videlicet) inter præfatum Dominum noſtrum Regem, pro Se, Regnis, Terris, Dominiis, ac Subditis ſuis quibuſcumque, ex parte una, & Nos, præfatum Ducem, pro Nobis, Terris, Dominiis, & Subditis noſtris quibuſcumque, ex Parte alterâ, mutuò Ineundis & Præſtandis,

Et ſpecialiter ad Tractandum, Paciſcendum, & Concordandum ſuper * Retinentia noſtra cum præfato Domino noſtro Rege, in omnibus Guerris ſuis, & certis Servitiis præfatis ſuper Nos eidem impendendis, durante totâ Vitâ noſtrâ; * VII. 538.

Dantes & Concedentes, ex certâ ſcientiâ & noſtrâ liberâ voluntate, eiſdem Ambaſſiatoribus, Procuratoribus, & Nunciis noſtris plenariam, ſufficientem, & liberam Poteſtatem ad omnia & ſingula Præmiſſa, ſeu ea quomodolibet concernentia, Tractandum, Concordandum, Paciſcendum, Faciendum, Expediendum, & finaliter Concludendum,

Ac omnia & ſingula, ſic Tractata & Concordata, Firmandum & Roborandum Cautionibus quibuſcumque, licitis & honeſtis,



Digitized by Google

[illegible] capias, [illegible], & firmatas, ſeu meliorandas & firmandas, uſque ultimum diem Maii proximò futurum duraturas, juxta vim, formam, & effectum earumdem, cuſtodiendum & cuſtodiri faciendum,

Et ad omnes illos, quos contra Treugas & Abſtinentias prædictas, ex quacumque Causâ, Delinquentes inveneritis, tàm infra Libertates, quàm extra, cujuſcumque fuerint conditionis, per Vos, & Deputatos veſtros, pro quibus reſpondere volueritis, Areſtandum, & eos ad ſufficientes Reparationem & Emendas, ſuper Attemptatis, per eos, & eis Adhærentes, juxta Quantitatem & Qualitatem Delicti ſui, quatenus de jure, & ſecundum Leges & Conſuetudines Marchiarum prædictarum, ac Formam Treugarum & Abſtinentiarum prædictarum, fuerit faciendum, per Diſtrictiones, & Impriſonamentum Corporum ſuorum, ac Captionem Terrarum & Tenementorum ſuorum, ac Bonorum & Catallorum ſuorum, in Manum noſtram, compellendum,

Aſſignavimus etiam Vos ad Inquirendum, per Sacramentum Proborum & Legalium Hominum de partibus prædictis, per quos rei Veritas meliùs ſciri poterit, ad Informandum Vos, viis & modis quibus poteritis, de omnibus & ſingulis Ligeis noſtris, qui contra eaſdem Treugas & Abſtinentias fecerint vel deliquerint,

* VII. 539. * Ac de illis, qui Tractatus, Covinas, vel Interligationes proditorias cum Inimicis noſtris, in Regni noſtri Angliæ præjudicium, fecerunt, & exnunc facere præſumpſerint, & ad ipſos, ubicumque, tàm infra Libertates, quàm extra, inveniri poterunt, Areſtandum & Capiendum, &, juxta eorum Demerita, ſecundum Leges & Conſuetudines ac Formam prædictas, Caſtigandum & Puniendum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem univerſis & ſingulis Ligeis, & Subditis, & Fidelibus noſtris, Partium prædictarum, tàm infra Libertates, quàm extra, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis, in Præmiſſis faciendis & exequendis, ſicut prædictum eſt, Intendentes ſint, Conſulentes, Obedientes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Julii.

*Per Concilium.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Radulpho de Nevill* & *Thomæ de Clifford*, Cuſtodibus Marchiarum Regni noſtri Angliæ, verſus partes Scotiæ, in partibus de la Eſtmarche, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione veſtris, pleniùs confidentes,

Aſſignavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad omnes & ſingulas Treugas, ac Guerrarum Abſtinentias, inter Nos, pro Nobis, & Subditis noſtris, & illos, *&c. ut ſupra.*

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*Per Concilium.*

noſtri prædicti diſponere & ordinare, volentes,

Tibi præcipimus, diſtictiùs quo poſſumus, quòd in ſingulis locis Comitatûs prædicti, ubi magis expediens fuerit & neceſſe, infra Libertates, & extra, omni dilatione poſtpoſitâ, proclamari facias quòd omnes & ſinguli Domini, Milites, Armigeri, & quicumque alii Comitatûs prædicti, ſub Foriſfactura Vitæ & Membrorum, ac omnium aliorum quæ nobis foriſfacere poterunt (videlicet) quilibet eorum, juxta Statûs ſui exigentiam & Facultates ſuas, Armis competentibus, fortiori modo quo poterunt, ſine dilatione arraient & muniant, & in Arraiatione hujuſmodi ſe teneant, ac quoſcumque Portus Maris & alia Loca maritima, ubi Applicationes Navium infra dictum Comitatum fieri conſueverunt, diligenter explorent,

Ita ſemper quòd parati ſint ad Reſiſtendum Malitiæ dictorum Inimicorum noſtrorum, ſiqui ibidem ingredi præſumpſerint;

Præmuniens firmiter, ex parte noſtrâ, Arraiatores Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittariorum, in Comitatu prædicto, per nos nuper aſſignatos, quòd ipſi, ſub Foriſfactura prædicta, omnes hujuſmodi Homines ad Arma, & Sagittarios, Comitatûs prædicti, arraiari & triari faciant, & omnia alia, in Commiſſione noſtrâ, eis indè nuper directâ, contenta, faciant & compleant juxta formam Commiſſionis prædictæ; & hoc ſub eadem Foriſfactura nullatenus omittas.

Teſte Rege apud *Witteney* undecimo die Auguſti.

*Per Literam ipſius Regis de Signeto.*

Conſimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus ſubſcriptis, ſub eadem Data, videlicet,

*Vicecomiti Eſſex. & Hertford. &c.*

---

*Super Navali Conflictu, & Partitione Priſonariorum.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, Seneſcallo ſuo Aquitaniæ, Conſtabulario & Majori Burdegaliæ, ac quibuſcumque Conſiliariis noſtris ibidem in partibus illis, & eorum cuilibet, Salutem. Ann. D. 1386. *An.* 10. *R.* 2.

Dilecti Ligei & Subditi noſtri, *Adam de York*, & Socii ſui, nobis, graviter conquerentes, per Petitionem ſuam nobis intimabant qualiter, *Vaſc.* 10. *R.* 2. *m.* 8.

Ipſo Adam ac Sociis ſuis prædictis, apud Burdegaliam, poſt Receſſum omnium Navium inibi, cum Vinis carcatarum, quæ verſus Regnum noſtrum Angliæ inſimul tranſierunt, ibidem morantibus,

Quidam Inimici noſtri de Talemonde & la Rochel, Moram ipſorum Adæ & Sociorum ſuorum percipientes, cum quadam Navi de Guerra ſuper ipſos Ligeos noſtros, in Aqua de Geronde, ſubitò veniebant, & in ipſos Ligeos noſtros, cum Ducentis Perſonis armatis, omnibus viribus irruentes, ipſos Ligeos noſtros hoſtiliter Expugnabant, quouſque iidem Ligei noſtri dictam Navem, cum prædictis Inimicis devicerint, & eos de Guerra cepiſſent, Clementiâ Divinâ operante,

Quo-

Digitized by Google

*Per Concilium.*

*De Proviſione.*

Ann. D. 1386. *An. 10. R. 2. Ex Orig. in Tur. n. 8.* URbanus *Epiſcopus*, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, *Richardo Regi Angliæ* Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Gratiæ Divinæ Præmium & humanæ laudis Præconium acquiritur, ſi, per Seculares Principes, Eccleſiarum Prælatis, præſertim Eccleſiarum Cathedralium Regiminibus Præſidentibus, opportuni Favoris Præſidium & Honor debitus impendatur.

Dudùm ſiquidem, bonæ memoriæ, *Johanne Wellenſi* & *Batonienſi* Epiſcopo, Regimini Wellenſis & Batonienſis Eccleſiarum, invicem canonice unitarum, Præſidente, Nos, cupientes eiſdem Eccleſiis, cum eas vacare contingeret, utilem & ydoneam, per Apoſtolicæ Sedis Providentiam, præſidere Perſonam, Proviſionem earumdem Eccleſiarum Ordinationi & Diſpoſitioni noſtræ eâ vice duximus ſpecialiter reſervandam,

Decernentes extunc irritum & inane ſi ſecus, ſuper hiis, per quoſcunque, quavis Auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contingeret attemptari.

Poſtmodum verò, præfatis Eccleſiis, per Obitum ejuſdem *Johannis Epiſcopi*, qui extra Romanam Curiam diem clauſit extremum, vacantibus, Nos, Vacatione hujuſmodi Fidedignis Relatibus intellectâ, ad Proviſionem ipſarum Eccleſiarum celerem & felicem,

De quâ nullus, præter Nos, eâ vice, ſe intromittere potuerat, neque poterat, Reſervatione & Decreto obſiſtentibus ſupradictis,

Ne dicta Eccleſia longæ Vacationis exponeretur incommodis, paternis & ſollicitis Studiis intendentes, poſt Deliberationem, quam ſuper hiis cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, demum ad, Venerabilem Fratrem noſtrum, *Waltherum*, Wellenſem & Batonienſem nunc, Lichefeldenſem & Coventrenſem Epiſcopum,

Conſideratis grandium Virtutum meritis quibus Perſonam ſuam, prout fidedignorum Teſtimoniis accepimus, divina gratiâ inſignivit,

Et quòd *Waltherus Epiſcopus*, qui Lichefeldenſis & Coventrenſis Eccleſiarum, etiam invicem canonicè unitarum, Regimini hactenus laudabiliter præfuit,

Dictas Wellenſem & Batonienſem Eccleſias ſciet & poterit, auctore Domino, ſalubriter regere, & feliciter gubernare, direximus oculos noſtræ mentis,

Intendentes itaque, tàm prædictis Wellenſi & Batonienſi Eccleſiis, quàm earum Gregi Dominico, ſalubriter providere, dictum *Waltherum* a Vinculo, quo eiſdem Lichefeldenſi & Coventrenſi Eccleſiis (quibus tunc præerat) tenebatur, de ipſorum Fratrum Conſilio, & Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, abſolventes,

Ipſum ad dictas Wellenſem & Batonienſem Eccleſias Tranſtulimus, ipſumque illis Præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, Curam & Adminiſtrationem dictarum Wellenſis & Batonienſis Eccleſiarum eidem Walthero in Spiritualibus & Temporalibus plenariè committendo, liberamque ſibi tribuendo licentiam ad eaſdem Wellenſem & Batonienſem Eccleſias tranſeundi,

Firmâ ſpe fiduciâque conceptis quòd, dirigente Domino Actus ſuos, præfatarum Wellenſis & Batonienſis Eccleſiarum, per ipſius Walteri Induſtriæ & Circumſpectionis ſtudium fructuoſum, Regentur utiliter, & proſperè Dirigentur, ac grata in eiſdem Spiritualibus & Temporalibus Suſcipient Incrementa;

* VII. 542. Cum itaque (Fili cariſſime) ſit virtutis opus Dei Miniſtros benigno favore proſequi, & eos Verbis & Operibus, * pro Regis

de gratia noſtra ſpeciali, reſtituimus eadem:

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem Epiſcopo Landavenſi Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Baliiva tua, liberes in forma prædicta.

Teſte Rege apud *Manerium de Wodeſtoke* xxi. die Auguſti.

*Per Literam ipſius Regis de Signeto.*

Conſimile Breve dirigitur *Johanni Brode* de Smethe Eſcaetori ſuo in Comitatu Middleſexiæ, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Conſimile Breve dirigitur *Decano & Capit.* Eccleſiæ Cathedralis Landavenſis.

Teſte ut ſupra.

ET Mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu prædicto, quòd eidem *Willielmo*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus, quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes.

Teſte ut ſupra.

*De Proclamatione facienda, pro Salvatione Navium.*

REX Majori & Ballivis Villæ de Sancto Botholpho, Salutem. Ann. D. 1386. *An. 10. R. 2. Clauſ. 10. R. 2. m. 44. d.*

Quia Inimici noſtri ſe parant & ordinant ſupra Mare, cum maximo Navigio & Potentiâ Armatorum, celerimè proficiſci, ad Mala, quæ poterunt, Navigio Regni noſtri, verſus Burdegaliam, contra proxima Vendagia, tranſituro, Inferendum, ſicut Sumus pro certo informati,

Vobis, diſtrictiùs quo poterimus, Injungimus & Mandamus quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Villa prædicta, & alibi, quotiens neceſſe fuerit, & vobis expedire videbitur, publicè ex parte noſtra proclamari faciatis quòd omnes & ſinguli Domini & Magiſtri Navium ejuſdem Villæ, & aliarum Navium infra Portum ejuſdem exiſtentium, qui Naves illas ad partes Vaſconiæ, contra Vendagia prædicta, * mittere vel ducere intendunt, ſuper Foriſ- * VII. 543. factura Navium prædictarum & omnium aliorum quæ nobis foriſfacere poterunt, fortiori modo quo poterunt, Omnes Naves prædictas inſimul, verſus Portum de Sandwico, cum omni feſtinatione, duci vel mitti, & ibidem eaſdem Naves expectare faciant, quouſque omnes Naves, omnium Villarum & Portuum in partibus Borealibus exiſtentium, quæ ad dictas partes Burdegaliæ, contra Vendagia prædicta, ire voluerint, in dicto Portu Sandewici inſimul Congregatæ fuerint, ad finem quòd tunc abindè recedere & omnes inſimul verſus dictas partes Vaſconiæ, fortiori modo, & cum majori Salvatione quibus poterunt, Deo Dante, contra Invaſionem Inimicorum noſtrorum prædictorum, ſiqui eas invadere voluerint, valeant proficiſci; Et hoc, ſuper fide & ligeantiâ, quibus nobis tenemini, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxviii. die Auguſti.

*Per Concilium.*

Conſimilia Brevia diriguntur Subſcriptis, in forma prædicta, ſub eadem Data; videlicet,

*Majori & Ballivis Villæ de Kingeſton ſuper Hull, &c.*

*Super*

Digitized by Google

*Probi Homines Civitatis novæ Sarum*, de Ducentis Libris.
*Probi Homines Civitatis de Coventre*, de Ducentis Marcis.
*Abbas de Bello Loco*, de Quadraginta Libris.
*Probi Homines Villæ Briſtol*, de Ducentis Libris.
*Cives Civitatis Ciceſtriæ*, de Quadraginta Libris.
• VII. 544. • *Probi Homines Villæ de Lenn*, de Centum Libris.
*Cives Civitatis Regis Wygorn*, de Viginti Libris.
*Probi Homines Villæ de Leyceſtre*, de Sexaginta & ſex Libris Treſdecim Solidis & Quatuor Denariis.
*Probi Homines Villæ Glouceſtr.* de Quinquaginta & Quatuor Libris.
*Abbas Sancti Auguſtini Cantuar.* de Centum Libris.
*Cives Civitatis Lincoln*, de Centum Libris.
*Cives Civitatis Eborum*, de Centum Libris.
*Probi Homines Villæ Sancti Edmundi*, de Sexaginta & ſex Libris Treſdecim ſolidis & Quatuor Denariis.
*Probi Homines Villæ Oxon.* de Quadraginta Libris.
*Probi Homines Villæ Notyngh.* de Quinquaginta Libris.
*Cives Civitatis Norwyc.* de Centum Libris.
*Probi Homines Villæ Gippewici*, de Quadraginta Libris.
*Cives Civitatis Wynton.* de Quinquaginta Libris.
*Probi Homines Villæ Salop* de Sexaginta & Sex Libris.
*Probi Homines Villæ Derb.* de Viginti Libris.
*Cives Civitatis Cantuar.* de Quinquaginta Libris.
*Probi Homines Villæ Hereford.* de Quinquaginta Libris.
*Prior Lanthon in Wallia*, de Viginti & Quatuor Libris, & Decem & Septem Solidis.
*Probi Homines Villæ de Coventre*, de Quaterviginti & Duabus Libris & Duobus Solidis.
*Probi Homines Villæ de Coventre*, de Centum Libris.
*Prior de Huntyngdon.* de Viginti & Septem Libris & Sex Solidis.
*Prior Sancti Bartholomæi juxta Smithfield*, de Viginti Libris.
*Abbas de Oſeney*, de Quinquaginta Libris.
*Probi Homines Villæ de Lichfield*, de Treſdecem Libris, Sex Solidis & Octo Denariis.
*Cives Civitatis Lincoln.* de Sexaginta & Decem Libris, & Sexdecem Solidis.
*Decanus & Capitul. Eccleſiæ Cathedralis Sancti Pauli London.* de Sexaginta & Sex Libris, Treſdecim Solidis & Quatuor Denariis.
*Abbas de Abyndon*, de Viginti & Sex Libris, Treſdecim Solidis & Quatuor Denariis.
*Abbas de Gerne*, de Quindecim Libris, Sex Solidis & Octo Denariis.

---

Ann. D. 1386. *An.* 10. R. 2. *Pat.* 10. R. 2. p. 1. m. 20.

*De certis Summis, Regi Mutuatis, levandis.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Philippo Tylney*, *Johanni de Rochford*, *Philippo Garnon*, *Johanni de Helmeton*, & *Roberto de Clayton*, de Sancto Botholpho Salutem.



Damus autem univerſis & ſingulis Hominibus Villæ prædictæ & Suburbiorum ejuſdem, ſub Foriſfactura Vitæ & Membrorum & omnium aliorum quæ Nobis foriſfacere poterunt, Tenore Præſentium, firmiter in præceptis quòd Vobis, & cuilibet veſtrûm, in Executione omnium & ſingulorum præmiſſorum, obediant, pareant, & intendant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* xxii. die Septembris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

*De Herbergatiis providendis pro excercitu Regis.*

REX Majori & Vicecomitibus Londoniæ Salutem. Ann. D. 1386. *An.* 10. R. 2. *Clauſ.* 10. R. 2. m. 4. d.

Quia pro certo didicimus quòd *Karolus Adverſarius noſter Franciæ*, & Alligati ſui, ac alii ſibi adhærentes, aggregatâ ſecum Potentiâ & multitudine maximâ Armatorum, verſus Regnum noſtrum Angliæ, cum Ordinatione inauditâ, ſe diſponunt, ad Nos & Regnum noſtrum cum omni celeritate hoſtiliter Invadendum, & ad Linguam Anglicanam Deſtruendum & Subvertendum, niſi eorum Malitiæ viriliùs reſiſtatur,

Per quod Mandavimus tàm univerſis & ſingulis Ducibus, Comitibus, Baronibus, ac aliis Dominis dicti Regni noſtri, quòd ipſi, cum tota Retinentia ſua, quàm quampluribus aliis Hominibus ad arma, Hobelariis, & Sagittariis, fortiori modo quo poterunt, penes Perſonam noſtram, cum omni feſtinatione quâ poterunt, tali neceſſitate cauſante, Equis, Armis & Armaturis competentibus ſufficienter Arraiati & Muniti, ad Civitatem noſtram prædictam ſe trahunt, Ita quòd ſint ibidem, ad Feſtum Sancti Michaelis, proximò futurum, ad ultimum, ad Proficiſcendum Nobiſcum in Exercitu noſtro contra dictos Hoſtes noſtros, ad ipſos, cum Dei adjutorio, Debellandum, & eorum Maliciam Reprimendum & Repellendum,

Nos,

Volentes quòd Exercitus noſter, ac Ligei noſtri, illuc ſic de Mandato noſtro venientes (videlicet) Unuſquiſque juxta Statum ſuum aptiori modo quo poterunt, prope Civitatem noſtram prædictam hoſpitentur, & eis de Victualibus & aliis Neceſſariis pro eorum Denariis rationabiliter ſerviatur.

Et id quod ad Rempublicam pertinet, præ cæteris, oculis intuentes,

De aviſamento Dominorum, Magnatum, & aliorum de Concilio noſtro ordinavimus quòd quicumque Hoſpitatores ſive Herbergeatores, quorumcumque Dominorum Regni noſtri prædicti, ac Capitaneorum, ſive Ductorum Hominum ad arma, Armatorum, & Sagittariorum ſint ad Civitatem noſtram prædictam, apud Hoſpitium *Comitis Mareſcalli*, in Vico vocato la Roperie, ejuſdem Civitatis, infra Octo dies à Data Præſentium, ad petendum, & recipiendum à præfato Mareſcallo Herbergagium ſive Hoſpitium pro Dominis & Magiſtris ſuis,



Digitized by Google

Ann. D. 1386. An. 10. R. 2. Pat. 10. R. 2. p. 1. m. 27. d.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, *Radulpho Rochford*, Chivaler, *Roberto de Leek*, Chivaler, & *Philippo de Tilney*, Chivaler, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Homines ad Arma, Armati & Sagittarii Regni noſtri penes Perſonam noſtram, ad Civitatem noſtram Londoniæ, cum omni feſtinatione, ad Mandatum noſtrum ſint venturi, ad proficiſcendum nobiſcum, in Exercitu noſtro, contra Invaſionem Adverſariorum noſtrorum, Franciæ, in Salvationem Regni noſtri, prout per Nos & Concilium noſtrum ordinatur,

Ac intellexerimus quòd Armurarii & Venditores Armorum & Armaturarum ac Equorum, percipientes qualiter dicti Homines ad Arma, Armati, & Sagittarii, Armis, Armaturis, & Equis omnino indigent, & ipſos Arma, Armaturas, & Equos in præſenti ardua neceſſitate, emere oportebat, & Salvationem Regni noſtri minimè ponderantes, immò Lucrum Exceſſivum, propter eorum ſingularem avaritiam, extorquere cupientes, Arma, Armaturas, & Equos ad altius & carius Pretium intollerabile, quam rationabiliter valere poterunt, eâ occaſione, poſuerunt, & ea ſic Ligeis noſtris, ad Salvationem Regni noſtri venturis, pro exceſſivo pretio vendere intendunt & præſumunt, quòd in noſtri Contemptum, ac Populi noſtri Oppreſſionem, necnon Regni noſtri Periculum, conſpicimus notoriè redundare,

Nos igitur,

Volentes hujuſmodi Dampno & Periculo præcavere,

Et id quod Rempublicam concernit, præ cæteris, conſiderantes,

De Aviſamento Concilii noſtri Aſſignavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad proclamandum, & proclamari faciendum, in Villis & in aliis Locis, in partibus de Holandia, in Comitatu Lincolniæ, tàm infra Libertates quàm extra, ubi magis expediens fuerit, quòd nulli Armurarii ſeu Venditores Armorum, Armaturarum, vel Equorum hujuſmodi Arma, Armaturas, ſeu Equos ſuos ad altius ſeu carius Pretium, occaſione prædictâ, quàm rationabiliter valent, & ante hoc tempus communiter & rationabiliter vendi conſueverunt, ſub Foriſfactura Armorum, Armaturarum, & Equorum prædictorum, ponere ſeu vendere præſumant quoviſmodo,

Et, ſi quos, poſt Proclamationem hujuſmodi, inveneritis contraria facientes, tunc Arma, Armaturas, & Equos, quæ ad exceſſivum Pretium, eâ de causâ, poſita inveneritis per Fideles & Legales Homines, qui diſcretionem indè habent, ad rationabile Pretium ponendum & appretiandum, & ea, ſic rationabiliter appretiata, præfatis Hominibus ad arma & Sagittariis, ea ſic indigentibus & emere volentibus (ſatisfacto * priùs de Pretio priùs ſic
* VII. 547.
appoſito) ſine dilatione liberari & habere faciendum,

Et ad omnes illos, quos in hac parte Contrarios inveneritis ſeu Rebelles, areſtandum & capiendum, & Priſonis noſtris committendum, in eiſdem moraturos quouſque pro eorum Deliberatione aliter duxerimus ordinandum.

Et ideò Vobis, & cuilibet veſtrûm, Injungimus & Mandamus, quod circa Præmiſſa cum omni diligentia intendatis, & ea faciatis & exquamini in forma prædicta;

Damus autem univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus Ligeis & Subditis noſtris, tàm infra Libertates, quàm extra, ſuper fide & Ligeantiâ ſuis, prout ipſi Statum Regni noſtri ſalvari deſiderant, diſtrictius in Præceptis, quòd Vobis, & cuilibet Veſtrûm in Præmiſſis omnibus & ſingulis faciendis & exequendis, Intendentes ſint, Conſulentes, Auxiliantes, & Reſpondentes, quotiens & quando per vos, ſeu

Denarios & Obolum per Diem, pro Vadiis ſuis, ac etiam Robas m. 40.
ſuas, ad ſtatum ſuum pertinentes, percipiendos per Manus Cuſtodum Garderobæ noſtræ, infra Hoſpitium noſtrum, qui pro tempore fuerint, durante Vitâ dicti Johannis, tàm pro tempore, quo idem Johannes Moram traxerit in Hoſpitio noſtro, quam pro tempore, quo fuerit in Negotiis noſtris, extra Hoſpitium prædictum, non obſtante quòd aliquis Haraldus, ante hæc tempora, aliqua Vadia, in Hoſpitio noſtro ſeu Progenitorum, percipere non conſueviſſet, prout in Literis noſtris Patentibus, inde confectis, plenius continetur;

Tibi præcipimus quòd eidem *Johanni*, id quod ei à retro eſt, de prædictis Septem Denariis & Obolo diurnis, ac Robis ſuis, à prædicto Duodecimo Die Januarii, & eoſdem Septem Denarios & Obolum, ac Robas, exnunc ſingulis Annis, durante Vitâ ipſius Johannis, de tempore in tempus, ſolvas & liberari facias, juxta Tenorem Literarum noſtrarum prædictarum, Recipiens à præfato Johanne Literas ſuas Acquietantiæ, quæ pro Nobis ſufficientes fuerint in hac parte, per quas & præſens Mandatum noſtrum tibi inde Compoto tuo debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xviii. Die Octobris.

*Et erat Patens:*

---

### * *De Magno Sigillo Thomæ Epiſcopo Elienſi liberato.* * VII. 548.

Ann. D. 1386. An. 10. R. 2. Ibid. m. 35. d.

MEMORANDUM *quòd, die Martis, proximo poſt Feſtum Sancti Lucæ Evangeliſtæ (videlicet) Viceſimo Tertio Die Octobris, circa Horam Primam, Anno præſenti,* Michael de la Pole, *Comes Suffolciæ, nuper Cancellarius Domini noſtri Regis, Supplicans de Officio Cancellarii exonerari, Magnum Sigillum dicti Domini Regis in quadam Bagâ de Coriâ, Sigillo ipſius Comitis ſignatâ, incluſum, eidem Domino noſtro Regi, apud Weſtmonaſterium, in quadam Camera, infra privatum Palatium ſuum, liberavit,*

*Idemque Dominus Rex illud manibus ſuis propriis receperat ab eodem, ac poſtmodùm, die Mercurii, tunc proximò ſequenti (videlicet) Viceſimo Quarto Die Octobris, circa Horam Sextam, prædictus Dominus noſter Rex prædictum Magnum Sigillum ſuum, in Baga prædicta ſic incluſum, Venerabili Patri* Th. Epiſcopo Elienſi *(cujus Sacramentum de Officio Cancellarii, bene & fideliter faciendo recepit) infra dictum Palatium, in præſentia,*

*Venerabilium Patrum,*
Willielmi Cantuarienſis,
*Et* Alexandri Eborum,
*Archiepiſcoporum.*
Willielmi Wyntonienſis,
*Et* Th. Exonienſis, *Epiſcoporum;*
*Ac* Edmundi Eborum,
*Et* Thomæ Glouceſtriæ,
*Ducum,*

*Et aliorum Magnatum, liberavit, & ſecum ad Hoſpitium ſuum deferri fecit:*

*Et die Craſtinâ idem Epiſcopus Elienſis Cancellarius, in Magna Aula Weſtmonaſterienſi, in loco pro Cancellariâ ordinato, ſtatim, poſt ſolis ortum, Bagam prædictam aperiri, & Sigillum illud extrahi, & diverſa Cartas, Literas Patentes, & Brevia, prout moris eſt, in præſentia Clericorum Cancellariæ prædictæ & multorum aliorum, in expeditione Proſequentium, Sigillari fecit; Officium illud exnunc, prout moris eſt, indies exercendo.*

*Pro*

Teſte Rege apud Weſtmonaſterium, ſecundo die Novembris.

*Pro Camerario Regis Armeniæ.*

Ann. D. 1386. An. 10. R. 2. Franc. 10. R. 2. m. 24.

REX, per Literas ſuas Patentes, uſque ad Feſtum Natalis Domini, proximò futurum, duraturas, ſuſcepit in Protectionem & Defenſionem ſuam, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum ſuum, ac in ſalvam Gardiam ſuam, *Franciſcum*, Camerarium *Leonis Regis Armeniæ* cum ſex Equitibus, veniendo infra Dominium & Regnum Regis Angliæ, tàm per Terram, quàm per Mare, ibidem Morando, & exindè Redeundo, necnon Res, Equos, & Herneſia ſua quæcumque; Ita tamen quòd dicti Equites de Inimicitia Regis non exiſtant.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viii. die Novembris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

*Pro Ambaſſiatore Januæ.*

Ann. D. 1386. An. 10. R. 2. Ibid. m. 16.

REX, Univerſis & Singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Damianus Catanus*, Legum Doctor & Januenſis Ambaſſiator, qui pro Duce ac Communitate Januenſium, cum Viginti Hominibus, Servientibus & Famulis ſuis, ac Viginti Equis in Comitiva ſua, pro ipſorum Ducis & Communitatis Negotiis, & Voluntate, ſuper certis Materiis, Nobis & Concilio noſtro expreſſè declarandâ, ad noſtram Præſentiam, ut intelleximus, in proximo ſit venturus,

Nos,

Pro ipſorum Adventu, Morâ, & Receſſu ſecuris & quietis Volentes, ut convenit, providere,

Suſcepimus ipſos, Damianum, necnon Viginti Homines Servientes & Famulos, veniendo in dictum Regnum noſtrum Angliæ, per Dominium & Poteſtatem noſtra, tàm per Terram, quàm per Mare, ad Præſentiam noſtram, ex cauſa prædicta, ibidem morando, & exindè ad Propria redeundo, necnon Bona, Res, Equos, Monetam, Jocalia, & Herneſia ſua quæcumque, in Salvum & Securum Conductum noſtrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Salvam Gardiam noſtras ſpeciales,

Nolentes quòd præfatus *Damianus*, aut aliquis Hominum Servientum ſeu Famulorum prædictorum, uſque ad Numerum prædictum, ex cauſa prædicta venturorum, ſeu eorum Bona, Res, Equi, aut Moneta, Jocalia, vel Herneſia (præſente Salvo Conductu noſtro durante) capiantur, detineantur, ſeu aliqualiter areſtentur.

Et ideò vobis Mandamus, &c.

In cujus, &c. uſque Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximo futurum duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxii. die Novembris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

Nos, qui ſupra, *Johannes Rex Caſtellæ*, *Legionis*, *& Portugaliæ*, pro Nobis, & pro Primogenito ac Hærede noſtro, Nato vel Naſcituro, Terris, Regnis, & Subditis noſtris, præfatas Ligas, Tractatus, Compoſitiones, Confœderationes, Conventiones, & Pacta, & omnia alia & ſingula, in prædictis & circa Præmiſſa per memoratos Procuratores & Ambaxatores noſtros acta, geſta, habita, & conventa, APROBAMUS, RATIFICAMUS, ACCEPTAMUS, & ex certa Scientia CONFIRMAMUS,

Eaque & eorum Singula, propoſitis Nobis tactiſque Sacroſanctis Evangeliis & Venerabili Signo Crucis, ſemper & in omni tempore Cuſtodire, manutenere, & inviolabiliter obſervare, pro Nobis, & dicto Filio, ac Hærede noſtro, Nato vel Naſcituro, Regnis, Terris, & Subditis noſtris, in Verbo Regis, Promittimus & firmiter Policemur, & nunquam contra facere vel venire per Nos, vel per Alium, ſeu Alios, aliquâ Ratione vel Causâ, publicè vel occultè, ſub Ypotheca & Obligatione Regnorum & omnium Bonorum noſtrorum,

Ac quorum Teſtimonio præſentes Literas fieri mandamus & Sigilli Regii Munimine Roborari.

Actum *Segobiæ* in Caſtro Regio, Anno a Nativitate Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Octuageſimo Sexto, Die xxiii Menſis Novembris:

Præſentibus,

Reverendis in Chriſto Patribus,

*P. Archiepiſcopo Tholetan.*

Et *G. Oveten.*

Et *D. Abulen.*

Epiſcopis,

Necnon,

Religioſis Viris,

*Martino Johannis* Magiſtro de Alcantara, & *Fratre Fernando*, Confeſſore noſtro, Ordinis Sancti Franciſci.

* *Tenor verò dicti Inſtrumenti, de quo ſupra habita eſt Mentio, ſequitur in hæc Verba.* * VII. 551.

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

Hoc eſt fidele Tranſcriptum quarumdam Literarum, Nobilis, & Potentis Viri, *Petri Lupi* de Ayala Militis & Vexiliarii Illuſtriſſimi & Potentiſſimi Principis Domini *Johannis Regis Caſtellæ & Legionis* Præſidiſque ſui in Guipuſta, atque *Fernandi Alfonſi* de Algana Decretorum Doctoris & Burgen. Eccleſiæ Decani, Procuratorum præfati Domini Regis, eorumque Sigillis, in duplici Cauda Pergamenæ inpendentibus, in Cera rubea Sigillatarum, Formæque ſequentis & Tenoris.

*Petrus Lupy* de Ayala Miles & Vexillarius Illuſtriſſimi Principis, *&c. ut ſupra ſcript.*

Factum autem fuit præſens Tranſcriptum *Pariſius* Anno Domini

Percipiendo per ipſum Robertum, in eiſdem Officiis, Quadraginta Libras per Annum, ex Ordinatione dicti Concilii noſtri, quamdiu ſteterit in Officiis ſupradictis.

In cujus, &c.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Pro Epiſcopo Bathonienſi & Wellenſi.*

Ann. D. 1386. An. 10. R. 2. Pat. 10. R. 2. p. 1. m. 3.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Conſiderantes quòd, Venerabilis Pater, *Walterus Epiſcopus Bathonienſis & Wellenſis*, nobis Bullas, de Promotione ſua ad eundem Epiſcopatum, apud Manerium noſtrum de Shene, viceſimo ſexto die Septembris, ultimò præterito, optulit, ſicut benè recolimus,

De aſſenſu Concilii noſtri, & in partem Recompenſationis Bonorum & Gratuitorum Servitiorum, quæ ipſe Nobis, poſt Coronationem noſtram, in diverſis gradibus & modis, hactenus impendebat,

* VII. 552.

* Dedimus & Conceſſimus eidem Epiſcopo Reventiones, Redditus, & Proficua, de Temporalibus dicti Epiſcopatûs ſui, quocumque modo, a prædicto viceſimo ſexto die Septembris provenientia, quamdiu ea in manu noſtra extiterunt,

Et ulterius, ex habundanti Gratiâ noſtrâ, de aſſenſu ejuſdem Concilii noſtri, Dedimus & Conceſſimus eidem Epiſcopo omnia Fœna noſtra quæ ſunt facta, & in Maneriis ſive Dominiis dicti Epiſcopatûs, durante ultimâ vacatione ejuſdem, hoſpitata, quietè & liberè, abſque aliquo nobis inde ſolvendo, ad Nutriendum & Paſcendum Beſtias ſuas, quas ipſum neceſſariò tenere oportet pro Culturis & Manutenentia Terrarum, pertinentium ſuo Epiſcopatui ſupradicto.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Judice Appellationum in Vaſconia.*

Ann. D. 1387. An. 10. R. 2. Vaſc. 10. R. 2. m. 6.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione providâ, dilecti & fidelis noſtri, Magiſtri *Reginaldi Andreæ*, utriuſque Juris Bacallarii, de Villa de Reule oriundi, confidentes,

Conſtituimus ipſum Reginaldum Judicem Appellationum Civilium & Criminalium, ad Curiam noſtram Vaſconiæ interpoſitarum & interponendarum, & Cauſarum ejuſdem Curiæ Auditorem,

Habendum cum Emolumentis & Proficuis, ad Officium illud ſpectantibus, quamdiu nobis placuerit,

Percipiendo, in Officio illo, Feoda & Vadia conſueta, prout alii, qui Officium illud anteà habuerunt, percipere conſueverunt in eodem, per manus Conſtabularii Caſtri noſtri, ibidem pro tempore exiſtentis;

Damus autem univerſis & ſingulis Subditis noſtris Dominii noſtri Aquitaniæ, Tenore Præſentium, in Mandatis quòd eidem *Reginaldo*, tanquam dictarum Appellationum, Civilium & Criminalium, Judici, & Cauſarum prædictarum Auditori, in hiis, quæ ad Officium illud ſpectant & pertinent, pareant & intendant.

detur ut dicitur,

Per Procuratores ipſius Cardinalis adipiſci, adeptamque continuare, necnon Fructus, &c. prout in ejuſmodi de Licentia Literis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, nono die Februarii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Epiſcopo Elienſi, Cancellario Angliæ, de Liberata ſua.*

REX univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, & aliis Miniſtris & Fidelibus noſtris, tàm Emptoribus & Proviſoribus Victualium pro Hoſpitio noſtro, quam aliis quibuſcumque, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1387. An. 10. R. 2. Pat. 10. R. 2. p. 2. m. 21.

Volentes pro Majori Quiete, Venerabilis Patris, cariſſimi Conſanguinei noſtri, *Thomæ Epiſcopi Elienſis*, Cancellarii noſtri,

Conſideratione quòd ipſe nulla Dominia ſive Villas, ad Epiſcopatum ſuum pertinentia, prope Civitatem noſtram Londoniæ optinet, ubi Gentes, Familia, & Equi præfati Epiſcopi, dùm ipſe in Officio prædicto ſteterit, hoſpitari valeant,

Gratiosè providere,

Aſſignavimus eidem Epiſcopo, pro Liberata ſua, prætextu Officii ſui prædicti, Villas & Parochias de Hakeney & Leyton, ita quòd Gentes, Familia, & Equi ſui in Villis & Parochiis prædictis hoſpitari poſſint liberè & abſque impedimento aliquali,

Nolentes quòd de Bladis, Animalibus, Fœnis, Avenis, Literâ, Cariagio, Pulcinis, aut de aliis Bonis & Catallis, Gentium Villarum & Parochiarum prædictarum ad opus noſtrum aut aliorum, contra Voluntatem ipſius Epiſcopi, ſeu dictarum Gentium, aut Cuſtodum Bonorum & Catallorum prædictorum, quicquam capiatis, ſeu quantum in vobis eſt ab aliis capi permittatis, nec quòd Villæ & Parochiæ prædictæ per Seneſcallos, Mareſcallos, ſeu Herbergeatores ejuſdem Hoſpitii noſtri, aut alios quoſcumque, alicui alteri pro Herbergagio, quamdiu in eodem Officio ſteterit, aliqualiter liberetur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Februarii.

---

### *De Poteſtate Tractandi, ſuper Caſtro de Breſt.*

REX Omnibus, ad quos, &c. ſalutem. Ann. D. 1387. An. 10. R. 2. Franc. 10. R. 2. m. 13.

Notum vobis facimus quòd,

De Fidelitate & Circumſpectione providis, dilecti Clerici noſtri, *Johannis de Wendlynburgh*, Canonici Londoniæ, pleniſſimè confidentes,

Eidem Johanni,

Ad Tractandum, Conveniendum, & Concordandum cum Nunciis ſive Procuratoribus, Nobilis & Potentis Viri, *Johannis Ducis Britanniæ*, ſufficientem Poteſtatem ad hoc habentibus, ſuper quibuſdam, Caſtrum de Breſt in Britannia, ac Comitatum & Dominium Richemundiæ tangentibus,

Necnon ſuper quibuſcumque Ligis, Confœderationibus, & Amicitiis,

Inter Nos, Subditos noſtros, Regna, & Dominia noſtra quæcumque, ex una, & præfatum Ducem, Subditos ſuos, & Dominia ſua quæcumque, ex parte altera, ineundis,

Cum eorum Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis,

Ac omnia, quæ ſic tractata, concordata, & conventa fuerint, cum

Digitized by Google

... & aliis Fi-
delibus noſtris, in Comitiva ſua, ad Malitiam & Proterviam prædictorum Hoſtium noſtrorum, Gratiâ mediante Divinâ, Propulſandum, ac Eccleſiam & Regnum prædicta Protegendum & Salvandum;

Verùm,

Quia ad Præmiſſa peragenda & complenda, abſque devotarum Orationum Suffragiis, Vires noſtras cernimus penitùs Impotentes,

Ac ſperantes indubiè quòd, quanto in magnis & peragendis Negotiis divinum Præſidium inſtantius & devotius imploratur, tanto exindè Succeſſus proſperior & felicior proveniat & ſequatur,

Veſtram Paternitatem & Devotionem affectuosè Precibus requirimus & rogamus quatinus, tàm grandibus Periculis, quæ Eccleſiæ & Regno prædictis occulatâ fide indies evenire conſpicitis, debitè conſideratis, Suffraganeos veſtros, ac Religioſos, & alios Subditos veſtros univerſos, veſtræ Provinciæ, ad Devotionem ſuam erga ſummum Regem elevandum eo ſpecialiùs, quo magis ſciveritis vel poteritis, juxta poſſibilitatem, tantâ neceſſitate cauſante, inducatis cum effectu, ut ipſi apud Altiſſimum (de quo omnis Gratia procedit) totâ mentis ſolicitudine Preces & Orationes devotiſſimè effundant, & devotis Precibus, & Interceſſionibus, & Miſſarum Celebrationibus, ad Gratiam Dei impetrandum, pro Nobis, Statuque Eccleſiæ & Regni prædictorum,

Et ſpecialiter pro prædicto Conſanguineo noſtro, ac aliis Magnatibus, & Fidelibus noſtris prædictis,

Qui Corpora ſua, propter Salvationem Eccleſiæ Sanctæ, ac Regis & totius Populi prædictorum, exponere non evitant,

Aſſiduè inſiſtant apud Deum, ut ipſe Deus Statum noſtri Eccleſiæque & Regni prædictorum conſervare dignetur proſperum & tranquillum, dictoque Conſanguineo noſtro, ac aliis Magnatibus, & Fidelibus noſtris prædictis, in Actibus ſuis, Expeditionem felicem, pro ſua magna miſericordia, gratioſiùs tribuat & concedat.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Martii.

Conſimile Breve dirigitur *A. Archiepiſcopo* Eborum Angliæ Primati ſub eadem Data.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, *R.* eâdem gratiâ, *Epiſcopo Londoniæ*, Salutem.

Cùm nuper, *&c. ut ſupra uſque ibi*, debitè conſideratis *& tunc ſic*, univerſos & ſingulos Clericos & Subditos veſtros, tàm Regulares, quàm Seculares, veſtræ Diœceſis ad Devotionem, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

* VII. 555. * Conſimilia Brevia diriguntur Epiſcopis ſubſcriptis, ſub eadem data; videlicet,

*W. Epiſcopo Wyntoniæ.*
*Th. Epiſcopo Elien.*
*H. Epiſcopo Norwicen.*
*Th. Epiſcopo Ciceſtr.*
*J. Epiſcopo Dunolm.*
*Th. Epiſcopo Karliol.*
*R. Epiſcopo Sarum.*
*Th. Epiſcopo Exon.*
*J. Epiſcopo Hereford.*
*Th. Epiſcopo Roffen.*
*H. Epiſcopo Wygorn.*
*J. Epiſcopo Lincoln.*

ET Mandatum eſt, Dilecto & Fideli Regis *Johanni de Nevill* de Raby, Cuſtodi Marchiarum Regis verſus partes Scotiæ, in partibus de la Eſtmarche, quòd eidem Militi Scotiæ Literas, de ſalvo & ſecuro Conductu, quòd ipſe uſque Villam Regis Berewici ſuper Twedam, vel alibi in Marchia prædicta, cum Hominibus, tàm Peditibus, quàm Equitibus, uſque ad Numerum Sexaginta Perſonarum, in Comitiva ſua, ex Cauſâ prædictâ, venire poſſit, concedat.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

** De certis Priſonariis, in Viagio ſupra Mare captis, in Turrim Londoniæ recipiendis.* * VII. 556.

REX cariſſimo Fratri ſuo, *Thomæ Comiti Kantiæ*, Conſtabulario Turris noſtræ Londoniæ, vel ejus Locum tenenti, Salutem. Ann. D. 1387. *An.* 10. *R.* 2. *Clauſ.* 10. *R.* 2. *m.* 2.

Mandamus vobis quòd a, dilecto nobis, *Johanne Slegh*, ſeu ejus in hac parte Attornato, Viginti Priſonarios noſtros,

Supra Mare per, cariſſimum Conſanguineum noſtrum, *Ricardum Comitem Arundellæ*, Admirallum Angliæ, & alios in Comitiva ſua ſupra Mare, captos,

Recipiatis, ad eos infra Turrim noſtram prædictam, ad Cuſtus ipſius Johannis, quouſque aliud a nobis habueritis in Mandatis, ſalvò & ſecurè Cuſtodiendum.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſeptimo die Junii.

---

*Pro Willielmo Duce Geldriæ.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1387. *An.* 10, *R.* 2. *Pat.* 10. *R.* 2. *p.* 2. *m.* 4.

Sciatis quòd,

Pro eo quòd, dilectum Conſanguineum noſtrum, *Willielmum Ducem Gelriæ*, ad Deſerviendum Nobis de Guerra, cum certo Numero Hominum Armorum, durante Vitâ ſuâ, penes Nos Retinuimus, prout per quaſdam Indenturas, indè inter certos Procuratores noſtros & Procuratores ipſius Ducis in præſentia Concilii noſtri confectas, plenè liquet,

Ac pro Homagio ſuo, Nobis in forma debita faciendo,

Conceſſimus ei Mille Libras, percipiendas, ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum, ad Terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, ad totam Vitam præfati Ducis, dumtamen idem Dux certa Contractus, Conventiones, & Promiſſa, ac omnia alia, in eiſdem Indenturis contenta, faciat fideliter & adimpleat ex parte ſua, juxta vim & effectum Indenturarum prædictarum.

Dat. in Palatio noſtro *Weſtmonaſt.* ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio, decimo tertio die Junii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

vientum ſeu Famulorum ſuorum, uſque ad dictum Numerum, ſeu Bona, Res, Equi, Moneta, Jocalia, vel Herneſia ſua, durante præſenti Conductu noſtro, capiantur, detineantur, ſeu quomodolibet areſtentur;

Et ideò vobis Mandamus quòd ipſum Damianum, &c. non inferentes, &c. Et ſi quid, &c.

In cujus, &c uſque ad Sextumdecimum diem Auguſti, proximò futurum, duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Julii.

*Per Concilium.*

---

### *De Protectionibus, ſuper Mora in Iſpania.*

Ann. D. 1387. *An.* 11. R. 2. *Franc.* 11. R. 2. *m.* 27.

CAriſſimus Frater Regis *Johannes de Holand* Miles, qui in Obſequium Regis, in Comitiva, cariſſimi Patrui Regis, *Johannis Regis Caſtellæ & Legionis* Ducis Lancaſtriæ, in partibus Iſpaniæ moratur, habet Literas Regis de Protectione, cum Clauſula volumus, per unum Annum duraturas.

Pr. &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quinto Die Julii.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas habent ſubſcripti,

*Thomas de Driffeld*, Armiger.
*Walterus Smale.*
*Richardus Dominus de Ponynges*,
Miles.

---

### *Super Electione Abbatis Weſtmonaſterii.*

Ann. D. 1387. *An.* 11. R. 2. *Ex Orig. in Tur. n.* 10.

URbanus *Epiſcopus*, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, *Richardo Regi Angliæ* Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Gratiæ Divinæ Præmium & humanæ laudis Præconium acquiritur, ſi, per Seculares Principes, Perſonis Eccleſiaſticis, præſertim Dignitate præditis, oportuni Favoris Præſidium & Honor debitus impendatur.

Exhibita ſiquidem Nobis nuper, pro parte, dilectorum Filiorum, *Willielmi Abbatis* & Conventûs Monaſterii *Weſtmonaſterii*, Romanæ Eccleſiæ immediatè Subjecti, Ordinis Sancti Benedicti, Londonienſi Diœceſe, Petitio continebat,

Quod olim, Monaſterio ipſo, per Obitum quondam *Nicolai*, dicti Monaſterii *Abbatis*, extra Romanam Curiam Defuncti, vacante, Abbatis Regimine deſtituto, dicti Conventus, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt Electioni hujuſmodi commodè intereſſe, Die ad Eligendum præfixâ, ut moris eſt, Convenientes in unum prædictum Willielmum, ipſius Monaſterii Monachum, Ordinem ipſum expreſsè profeſſum, & in Sacerdotio conſtitutum, in eorum & dicti Monaſterii Abbatem concorditer elegerunt, ipſéque Willielmus Electioni hujuſmodi illius, ſibi præſentato Decreto, conſenſit, in his omnibus Statutis a jure temporibus obſervatis.

Quare, pro parte Willielmi Abbatis, & Conventûs prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum ut Electionem hujuſmodi confirmare Benignitate Apoſtolicâ dignaremur,

Nos igitur,

Ann. D. 1387. *An.* 11. R. 2. *Vaſc.* 11. R. 2. *m.* 6.

REX, Dilectis ſibi, *Majori*, Submajori, Præpoſito, Clerico, Procuratori, Juratis, Civibus, Burgenſibus, & aliis quibuſcumque, Habitantibus & Habitatoribus *Civitatis noſtræ Burdegaliæ*, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem.

Ex gravi tàm Querimoniâ Cleri noſtræ Diœceſis, & Provinciæ Burdegalenſis, quam ex Relatione quampluriurn Ligiorum noſtrorum fidedignorum Partium illarum, noſtris eſt Auribus intimatum quòd vos,

Dilectos nobis, Canonicos Eccleſiarum Sanctorum Andreæ & Severini, dictæ Civitatis noſtræ Burdegaliæ, & alios de Clero noſtro Diœceſis & Provinciæ Burdegalenſis, contra Libertatem Eccleſiaſticam, opprimere & infeſtare multipliciter ſatagentes,

Ipſos Canonicos, & alias Perſonas Eccleſiaſticas, tàm in dicta Civitate Burdegaliæ, quàm extra, in Fide & Obedientiâ noſtris exiſtentes, colore quarumdam Literarum noſtrarum Patentium, per certum tempus duraturarum,

Per quas Conceſſimus vobis quandam Impoſitionem (videlicet) Duodecim Denariorum de Libra Monetæ Currentis, ſuper omnibus Rebellibus & Inimicis noſtris, & Sex Denariorum de Libra de eadem Moneta ſuper illis qui Nobis Obedientes exiſtunt, capiendo unam Medietatem de Venditore, & aliam Medietatem de Emptore, de Mercandiſis quæ in Civitate prædictâ venderentur vel emerentur,

Ad ſolvendum Quinque Solidos, hujuſmodi Monetæ, pro quolibet Dolio Vini ipſorum Canonicorum & Perſonarum Eccleſiaſticarum, per ipſos ſeu eorum Servientes in dicta Civitate Vendito, &, propter hoc, plures alias Tallias & Summas Pecuniarum, auctoritate veſtrâ propriâ, abſque eorum Aſſenſu & Voluntate, abſque etiam Regia Auctoritate, ſæpiùs compellere præſumpſiſtis, & indies compellitis minus juſte:

Ac etiam quod Vos, colore quarumdam Literarum Patentium, Domini *E.* nuper *Regis Angliæ*, Avi noſtri, Anno Regni ſui Angliæ Triceſimo ſecundo factarum, ad Voluntatem ipſius Avi noſtri duraturarum,

Per quas conceſſit vobis quòd nulli alii, præter vos, Vina in Taberna, in Civitate prædicta, a Feſto Pentecoſtes, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis, vendere poſſent,

Ipſos Canonicos & Perſonas Eccleſiaſticas prædictas, quominus ipſi Vina ſua propria, in Civitate prædicta, a Feſto Pentecoſtes, uſque ad dictum Feſtum Sancti Michaelis, per Se vel eorum Servientes, prout hactenus licitè facere conſueverunt, & deberent, temerè impediviſtis & impeditis, quamquam hujuſmodi Conceſſio præfati Avi noſtri ulterius quàm vixerat locum non habuit nec valebat:

Et ſimiliter, dictum Clerum plus gravare nitentes, Divino Honore poſtpoſito, Portas & Januas Civitatis ac Villæ contra ipſos Canonicos, & eorum Homines & Servientes, quominus ipſi * Eccleſias prædictas, horis debitis, liberè ingredi & exire, ſeu Vina, Blada, & alia Bona ſua ad Domos ſuas ibidem ducere & deferre valeant, ſicut ſolebant, & ut ipſos facere oporteret, temerè & injuſte impeditis ſæpius & de facto: * VII. 559.

Et inſuper, quando contingit quòd aliquæ Gentes Armorum, de Regno noſtro Angliæ, vel aliunde, pro Defenſione Patriæ & Domini noſtri ibidem, ſeu aliâ Cauſâ veniunt, ipſas, in Domibus ſive Hoſpitiis ipſorum Canonicorum, & Perſonarum Eccleſiaſticarum, intra Salvitatem quandoque exiſtentium, præter & contra eorum Aſſenſum & Voluntatem de facto poni & hoſpitari facitis, quamquam Gentes illæ in aliis Domibus ſive Hoſpitiis Burgenſium dictæ Civitatis poſſent competenter hoſpitari:

Et, quod deterius eſt, ipſos Canonicos & alias Perſonas Eccleſiaſticas, abſque Proceſſu & Cauſæ Cognitione, extra Civitatem prædictam, ſubitò expelli & amoveri facitis, niſi prædictis Gravaminibus

Digitized by Google

te Ordinariorum & Cleri loci prædicti,

Aut per Firmationem vel Clauſuram Portarum ſeu Januarum dictæ Civitatis aut Loci adverſus dictos Canonicos, ſeu alias Perſonas Eccleſiaſticas, vel Servitores ipſorum, aut Bona, aliqualiter faciendas, aliter, ſeu aliâ occaſione, vel colore, quàm pro ſalvatione & ſecuritate Civitatis prædictæ contra Pericula Inimicorum noſtrorum neceſſario fieri oportebit,

Sub Pœnis & forisfactura prædictis per vos, ſeu per aliquam aliam interpoſitam Perſonam, nullatenus moleſtetis, de Villa expellatis, impediatis aliqualiter ſeu vexetis, ſeu per alios moleſtari, impediri, aut vexari faciatis quoviſmodo,

Taliter vos habentes in hac parte ne dicti Canonici, ſeu Clerus ibidem, Materiam habeant contra vos penes Nos ſeu Concilium noſtrum pro alio Remedio interim proſequendi, ſeu etiam querelandi; unde vos, tanquam Inobedientes Nobis, & regii Mandati Contemptores, oporteat meritò Nos punire.

Dat. apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Auguſti.

*Per Concilium.*

---

* VII. 560.

### * *Pro Clero prædicto, de Aſſiſtendo.*

Ann. D. 1387. *An.* 11. R. 2. *Vaſc.* 11. R. 2. *m.* 8.

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Seneſcallo* & *Judici* Aquitaniæ, & *Conſtabulario* noſtro Burdegaliæ, ac quibuſcumque aliis de Concilio noſtro ibidem, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, necnon univerſis & ſingulis Baronibus, Dominis, ac aliis Fidelibus noſtris, in Dominio & Territorio noſtris Aquitaniæ, & eorum cuilibet, Salutem.

Ex clamosâ tàm Querimonia Cleri noſtri Diœceſis & Provinciæ Burdegaliæ, quàm ex Relatione quamplurimum Ligeorum noſtrorum fidedignorum, Partium illarum, pleniùs informati qualiter Major & Jurati, Cives & Burgenſes, Civitatis noſtræ Burdegaliæ,

Dilectos Nobis, Canonicos Eccleſiarum Sanctorum Andreæ & Severini, dictæ Civitatis Burdegaliæ, & alios de Clero noſtro Diœceſis & Provinciæ prædictarum, contra Libertatem Eccleſiaſticam, opprimere & infeſtare multipliciter Satagentes,

Ipſos Canonicos & alias Perſonas Eccleſiaſticas, tàm in dicta Civitate Burdegaliæ, quàm extra, in Fide & Obedientia noſtris exiſtentes,

Tàm per graves Tallias & novas Impoſitiones, inſolitas & illicitas, fictis Coloribus vel quæſitis, eorum Auctoritate propria, abſque Licentia regia factas,

Quàm per Clauſuram & Firmationem Portarum dictæ Civitatis contra dictos Canonicos, & eorum Servientes, ac per Impedimentum & Reſtrictionem Venditionis Propriorum Vinorum ipſorum Canonicorum, & aliarum Perſonarum Eccleſiaſticarum,

Et aliis diverſis modis,

In quantum poſſunt multipliciter oppreſſerunt, & indies opprimere non deſiſtunt, tàm in Libertatis Eccleſiaſticæ Læſionem, quàm in Regiæ Majeſtatis Contemptum manifeſtum,

Ac Nolentes hujuſmodi Injurias & Inſolentias ulterius tollerare,

De Aviſamento Concilii noſtri, per Literas noſtras Patentes, Mandavimus, diſtrictè injungentes, præfatis *Majori* & *Juratis*, ac Submajori, Præpoſito, Clerico, Procuratori, Juratis, Civibus, Burgenſibus, & aliis quibuſcumque, Habitantibus & Habitatoribus, Civitatis prædictæ, quòd ipſi, ſuper Sacramento Fidelitatis, per ipſos Nobis præſtito & præſtando, ac ſub Pœna Forisfacturæ &

### *Confirmatio Johannis Regis Portugalliæ de Liga facta.*

JOhannes, Dei gratiâ, *Rex Portugalliæ & Algarbii* Omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1387.

Inſpeximus Tractatum Pacis, Concordiæ & Perpetuæ Amicitiæ inter, Cariſſimum Conſanguineum noſtrum, Dominum *Richardum*, *Regem Angliæ & Franciæ*, & Dominum Hiberniæ, pro Se, Hæredibus, Regno, Terris, Dominiis, Vaſſallis, & Subditis ſuis, ex unâ, & Nos, pro Nobis, Hæredibus, Regno, Terris, Dominiis, Vaſſallis, & Subditis noſtris quibuſcumque, ex parte alterâ, Modo & Formâ prout inferiùs continetur,

*An.* 11. R. 2. *Ex Autogr.*

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Nos FERNANDUS *&c. ut in Tractatu Dat. 9. Maii,* 1386. *& tunc ſic.*

Nos autem Tractatus, Confœderationes, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Pactiones, Conditiones, Promiſſiones, Fœdera, & quæcumque Ligamina ſupradicta, nomine noſtro ac Hæredum noſtrorum Supradictorum per Sæpedictos Procuratores noſtros, cum memoratis Procuratoribus præfati Regis Angliæ & Franciæ, Tractata, Ordinata, Conventa, inita ſeu aliàs diſpoſita in præmiſſis, Ore Regio Approbamus, laudamus, necnon præſentibus confirmamus, & etiam Promittimus, pro Nobis, & Hæredibus noſtris prædictis, Præmiſſa omnia & ſingula pro perpetuo Tenere, & non contra facere vel venire per Nos, vel alium, ſeu alios, ſet ea firmiter & illæſa, ſicut in Literis dictorum Ligaminum ſeu Pactionum pleniùs contineri noſcitur, inviolabiliter obſervare;

Quæ omnia & ſingula, prout ſuperiùs tractata ſunt & concordata, inviolabiliter obſervare & obſervari facere, per hæc Sancta Dei Evangelia, per Nos inſpecta & corporaliter tacta, Promittimus & Juramus.

In cujus rei Teſtimonium præſentes Literas, in formam Publici Inſtrumenti, per Notarium Publicum infraſcriptum, fieri & publicari mandavimus, noſtrique Sigilli Plumbei fecimus appenſione muniri.

Datum & Actum *Colimbriæ*, in Palatio noſtro Regali, Die (videlicet) Duodecimo Menſe Auguſti, de Anno Nativitatis Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Octuageſimo Septimo: Sub Æra Cæſaris Milleſima, Quadringenteſima, Viceſima quinta,

Præſentibus,

Nobilibus,
Religioſis Viris,
Dominis,
*Menendo Roderici* de Waſcontell, Magiſtro Ordinis Militiæ Sancti Jacobi in prædictis Regnis Portugalliæ & Algarbii,
Fratre *Alvero Gunſalvi* Camello, Priore omnium Bonorum quæ Ordo Hoſpitalis Sancti Johannis Jheruſolimitâni in præfatis Regnis habet:
Domino *Gunſalvi Menendi* de Vaſcontell,
*Egidio de Senſu*,
Et *Johanne Alfonſi* de Regulis,
Legum Doctoribus,
Conſiliariis:
*Laurentio Johannis Fogata*,

Et

Digitized by Google

Ann D. 1387. *An.* 11. *R.* 2. *Ex Autogr.*

SEreniſſimo & Excellentiſſimo Domino *Richardo*, Dei Gratiâ, *Angliæ*, *Franciæ &c. Regi* Illuſtri, & Yberniæ Domino, plurimùm honorando, *Anthonius Venerio*, Dei Gratiâ, Dux Venetiarum &c. Salutem, & Proſperorum Succeſſuum incrementa.

Nobilis Vir *Marcus Marcello*, Civis & Fidelis noſter, Nobis expoſuit, quòd in Anno M. CCC. LXXXII. Die Quinto Decimo Novembris, dùm, Nobilis Vir, *Johannes Grimani*, Civis noſter, eſſet in Civitate Londres, ipſe Johannes dimiſit, in manibus *Hugolini Gerardi* de Benonia, Filla viginti tria Perlarum Groſſarum, (quæ fuerunt numero Perlæ Septingentæ, Quinquaginta Septem) & unum Rubinum in Tabulla, ligatum in Auro,

Prædicta autem omnia dimiſit prædictus Johannes Grimani, tamquam de ratione nobilis viri *Franciſci Bembo* Civis noſtri, ſed non erant, nec ſunt dicti Franciſci, ſed ſunt iſtius Marci Marcello:

Nam Prædictus Johannes Grimani, exiſtens tempore iſto in Civitate Londres, habuit eaſdem Perlas & Rubinum, in ſolutum, a quodam Mercatore, dare debente Pecuniam ipſi Johanni Grimani pro Mercationibus, per eum illi Mercatori venditis, quæ Mercationes erant de ratione Præfati Marci Marcello.

Videtur autem, ſicut habetur a ſupraſcripto Hugolino Gerardi, quòd, per quoſdam Officiales veſtræ Regiæ Majeſtatis, Prædictæ Perlæ & Rubinum arreſtatæ & intromiſſæ ſunt, jam Annis Quatuor elapſis; aſſerentibus Officialibus prædictis quòd perditæ ſunt, quia pro eis non fuit ſoluta Coſtuma, ſed de ipſis non debebat ſolvi Coſtuma, quia ipſæ Perlæ & Rubinum fuerunt receptæ in ſolutum, pro Mercationibus venditis, ut ſuperiùs dictum eſt.

Quare cùm, a dicto tempore citra, prædicti Officiales duxerint per Litigium, occaſione prædictâ, Hugelinum ſuperius nominatum, tenendo ipſas Perlas & Rubinum impeditas, in non modicum Dampnum & Siniſtrum dicti *Marci Marcello*, Civis noſtri, cujus ſunt;

Excellentiam Regiam, cultricem Juſtitiæ & æquitatis, devoto precamur affectu, quatenus, in favorem Juſticiæ & Mercatorum noſtrorum, converſantium in partibus Majeſtati veſtræ Subjectis, mandare dignetur, & effectualiter ordinare, quòd Arreſtatio & Impedimentum, data Perlis & Rubino prædictis, removeatur, quòd *prædicto Ugolino*, ſicut juſtum eſt, liberè reſtituantur, ſicut in ſimili cauſa vellet Celſitudo Regia, pro ſuis Subditis, nos facturos; ad cujus Honores & Beneplacita ſumus, & eſſe ſemper intendimus, læto animo præparati.

Data, in *Noſtro Ducali Palatio*, Die Viceſimo Secundo Auguſti; Indict. x.

## *Bulla, de Proviſione.*

Ann. D. 1387. *An.* 11. *R.* 2. *Ex Autogr.* • VII. 563.

U*Rbanus Epiſcopus*, Servus Servorum Dei, Cariſſimo, &c. Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Dudùm, Dilecto Filio, Magiſtro *Lamberto de Geys*, Majoris & Sancti Severini Burdegalenſis Eccleſiarum Canonico, Scriptori & Familiari noſtro,

• Majoris tunc per quondam *Guillielmi de Guillielmo* ejuſdem, & Sancti Severini, Eccleſiarum prædictarum, tunc per quondam *Guillielmi de Rupe* ipſius, Eccleſiarum Canonicorum, Obitus, Canonicatibus & Præbendis vacantibus, & antea Diſpoſitioni Apoſtolicæ Reſervatis.

Per diverſas noſtras Litteras gratiosè duximus providendum.

Quia vero dictum Lambertum, ſuis exigentibus Meritis, Favore proſequimur ſpeciali, Serenitatem tuam affectuosè rogamus, quatinus pro Noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis Reverentiâ, ac intuitu

præfati Johannis, in Comitivâ ſuâ, verſus dictas partes Vaſconiæ, fortiori modo & cum majori ſalvatione quibus poterunt, Deo dante, contra Invaſionem Inimicorum noſtrorum prædictorum, ſi qui eas invadere voluerint, valeant proficiſci; Et hoc, ſuper Fide & Ligeantia, quibus nobis tenemini, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo die Octobris.

*Per Concilium.*

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, de hujuſmodi Proclamatione faciendâ in Portubus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Majori & Vicecomitibus Londoniæ*, in Portu ejuſdem Civitatis.
*Ballivis Villæ de Herewyche*, in Portu ejuſdem Villæ.

## *De Licentia Eundi ad Terram Sanctam.*

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Ann. D. 1387. *An.* 11. *R.* 2. *Franc.* 11. *R.* 2. *m.* 15. • VII. 564.

Sciatis quòd Conceſſimus Licentiam, dilecto & fideli noſtro, *Willielmo Hoo*, Cuſtodi Caſtri noſtri de Oye, quòd ipſe verſus *Sanctam Civitatem Jeruſalem* peregrè proficiſci poſſit, & ea de cauſa extra Regnum noſtrum eſſe per Duos Annos integros proximò futuros,

• Ac etiam quòd idem Willielmus Filium ſuum, aut Fratrem ſuum, ſeu aliam Perſonam ſufficientem, Locumtenentem ſuum, pro quo reſpondere voluerit, ad dictum Caſtrum noſtrum, ad opus noſtrum, ſalvò cuſtodiendum, habere poſſit durante tempore prædicto.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

## *Super Mora Regis Caſtellæ in Iſpannia.*

Ann. D. 1387. *An.* 11. *R.* 2. *Franc.* 11. *R.* 2. *m.* 20.

J*Ohannes*, *Rex Caſtellæ & Legionis*, Dux Lancaſtriæ, qui de Licentia Regis, in Partibus Tranſmarinis moratur, habet Literas Regis de Generali Attornatu, ſub Nominibus *Johannis de Waltham* Clerici, & *Roberti de Swillington* Chivaler, ſub alternatione, ad lucrandum, &c. in quibuſcumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas.

Præſ. &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, tertio die Octobris.

*Robertus de Faryndon* Clericus recepit Attornamentum uſque ad Adventum ipſius Regis.

*Idem Rex* ſub Nominibus *Richardi le Scrop*, Chivaler, & *Johannis Devereux*, Chivaler,

Teſte ut ſupra.

*Johannes de Waltham* Clericus recepit Attornamentum uſque ad Adventum ipſius Regis.

*Idem Rex* ſub Nominibus *Robert de Swyllyngton*, Chivaler, & *Thomæ de Hungerford*, Chivaler.

Teſte ut ſupra.

*Idem*

Digitized by Google

565. ros quicquid per vos, in ſingulis Præmiſſorum, Actum, Geſtum, Conventum, & Concordatum fuerit, ſeu aliqualiter terminatum:

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmiſſa cum omni efficaciâ & celeritate poſſibili effectualiter intendatis, & ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio noſtro Weſtm.* Septimo die Octobris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

### *Pro Comite Marchiæ Scotiæ.*

Ann. D. 1387. An. 11. R. 2. Scot. 11. R. 2. m. 1.

REX, Univerſis & Singulis Admirallis &c. Salutem.

Sciatis quòd ſuſcepimus in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defenſionem noſtras ſpeciales, *Georgium de Dunbarre* Comitem Marchiæ Scotiæ cum Centum Equitibus de Scotiâ in Comitivâ ſuâ, veniendo in Regnum noſtrum Angliæ, ibidem morando, & exinde ad libitum ſuum, cum eiſdem Equitibus, per Dominium & Poteſtatem noſtra, tàm per Terram, quàm per Mare, ad Propria redeundo:

Et Conceſſimus eidem Comiti quòd ipſe Caſtra & Villas, infra dictum Regnum noſtrum, cum certo Numero Hominum rationabili, juxta aviſamentum, Dilecti & Fidelis Conſanguinei noſtri, *Johannis Domini de Nevill*, uſque ad dictum Numerum Centum Equitum prædictorum, per ſufficientem Securitatem, per ipſum Conſanguineum noſtrum a præfato Comite in hac parte capiendam, intrare & exire valeat, præſenti Conductu noſtro durante:

Nolentes quòd præfatus Comes, aut aliquis Hominum, Servientum, ſeu Famulorum ſuorum, uſque ad dictum Numerum *Centum Perſonarum*, ſeu Bona, Res, Equi, Moneta, Jocalia, vel Herneſia ſua, durante eodem Conductu noſtro, capiantur, detineantur, ſeu quomodolibet areſtentur:

Et ideò vobis Mandamus, *&c. ut in cæteris de Conductu Literis.*

In cujus &c. per Dimidium Anni duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Super Hoſtageamento Caroli de Bloys.*

Ann. D. 1387. An. 11. R. 2. Franc. 11. R. 2. m. 10.

LE Roi a touz ceux, qui ceſtes noz Lettres verront, Saluz.

Sachez que,

Come *Robert de Veer* n'adgairs Duk d'Irland, eit fait mettre *Johan de Bloys* de Britaigne, jadys detenuz en noſtre Garde come Hoſtage pur *Charles ſon Pier*, a Finance & Raunceon pur la Somme de Sys vyntz Milles Franks, dont certein Porcion ad eſte Paiez as Deputez du dit Robert,

Et ſoit enſy que du Remenant certeine Somme eſt unqore adererre, dont partie eſt Aſſigne d'eſtre paiez dedeinz Mye Quareſme preſent, ſicome per certeins Obligations, ent faitz par certeins Seignurs Franceois, plus pleinement poet apparoir,



Cæteraque omnia & ſingula, in dicto Brevi noſtro contenta, facias & exequaris juxta Tenorem ejuſdem, dictam Clauſulam penitus omittens; & habeas ibi hoc Breve & aliud Breve.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo die Januarii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam, ac cariſſimo Avunculo Regis *Johanni Regi Caſtellæ & Legionis* Duci Lancaſtriæ, vel ejus Cancellario in eodem Ducatu, ſub eâdem Datâ.

---

### *Super Appello de Proditionibus, in Parliamento, de Priſonariis recipiendis.*

Ann. D. 1388. An. 11. R. 2. Clauſ. 11. R. 2. m. 10.

REX, Dilecto & Fideli Regis *Conſtabulario Caſtri Regis Glouceſtriæ*, & ejus Locum tenenti, Salutem.

Cùm, Dilecti & Fideles noſtri, *Thomas Dux Glouceſtriæ*, *Henricus Comes Derbiæ*, *Ricardus Comes Arundelliæ*, *Thomas Comes Warrwicæ*, & *Thomas Comes Notynghamiæ*, coram Nobis & Magno Concilio noſtro, appellaverunt *Robertum Treſilian* Militem, & *Nicolaum Brembre* Militem, de quibuſdam Proditionibus, Nos & Statum Regni noſtri Angliæ tangentibus,

Et ex hac cauſa, per Nos, & dictum Concilium noſtrum, Ordinatum exiſtat quòd iidem, *Robertus* & *Nicholaus*, in Caſtro prædicto per aliquod tempus ſalvò cuſtodiantur,

Vobis Mandamus quòd ipſos, *Robertum* & *Nicholaum*, ab hiis, qui ipſos vobis nomine noſtro liberabunt, Recipiatis, & in Caſtro prædicto ſeparatim, abſque Colloquio inſimul habendo, quouſque aliud a Nobis & dicto Concilio noſtro indè habueritis in Mandatis, & prout pro Corporibus eorumdem reſpondere volueritis, ſalvò cuſtodiri faciatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Januarii.

---

### *De Priſonariis, ſub certa forma, ſalvo cuſtodiendis.*

Ann. D. 1388. An. 11. R. 2. Ibid. * VII, 567.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, *Johanni Deveros*, Conſtabulario Caſtri ſui Dovorriæ & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, & ejus Locum tenenti, Salutem.

Cùm, propter diverſas & urgentes Cauſas, Nos & Statum Regni noſtri tangentes, per Nos conceſſum, & per * Concilium noſtrum Declaratum ſit & Ordinatum, quòd *Johannes Beauchamp* de Holt Miles, *Thomas Tryvet* Miles, *Johannes Saliſbury* Miles, & *Johannes Lincoln* de Recepta Scaccarii noſtri Clericus, in diverſis Locis, infra Caſtrum prædictum, ſeparatim, per aliquod tempus, ſub hac formâ quod nullus eorum cum altero Colloquium habeat interim Concilium ineundi vel Tractatum, nec quòd aliquis eorum quicquam præterquam ad Magnum Concilium noſtrum interim mittat, ſalvò cuſtodiantur,

Proviſo ſemper quòd quilibet eorum, alterum ſalutando, ſibi in aperto loqui valeat, quam quidem formam loquendi quilibet Militum prædictorum coram dicto Concilio noſtro, & quòd tanquam



Fi-

1388. R Cum, dilecti & Fideles noſtri,
An. 11. *Thomas de Wodeſtoke* Dux Glouceſtriæ,
R. 2. *Henricus* Comes Derbiæ,
Clauſ. 11. *Ricardus* Comes Arundellæ,
R. 2. *Thomas* Comes Warwicæ,
m. 13. d. Et *Thomas* Comes Notinghamiæ,
Coram Nobis & Concilio noſtro, appellaverint,
*Alexandrum Archiepiſcopum Eborum*,
*Robertum de Veer* Ducem Hiberniæ,
*Michaelem de la Pole* Comitem Suffolciæ,
*Robertum Treſilian* Militem,
Et *Nicholaum Brembre* Militem,
De quibuſdam Proditionibus, Nos & Statum Regni noſtri Angliæ tangentibus,

Ipſique appellantes Appellum ſuum prædictum ſe optulerint, ſecundum Legem & Conſuetudinem, in Regno noſtro hactenus uſitatas, proſecuturos in proximo Parliamento noſtro, quod ſummonitum eſt in Craſtino Purificationis beatæ Mariæ, proximò futuro, apud Weſtmonaſterium Tenendum,

Nobis humiliter ſupplicando quatinus eoſdem, Archiepiſcopum, Ducem Hiberniæ, Comitem Suffolciæ, Robertum, & Nicholaum, ad Reſpondendum ſibi, ſuper Appello prædicto, coram Nobis, in eodem Parliamento, ad diem prædictum, prout aliàs coram Nobis extitit Proclamatum, corporaliter venire faciamus.

Nos (Supplicationi prædictæ annuentes, ut eſt juſtum) Tibi Præcipimus quòd in Comitatu tuo, & in ſingulis Civitatibus & Villis Mercatoriis ejuſdem, publicè proclamari, ex parte noſtrâ, & firmiter injungi facias eiſdem Archiepiſcopo, Duci Hiberniæ, Comiti Suffolciæ, Roberto, & Nicholao, ſub Pœnâ Foriſfacturæ omnium quæ Nobis foriſfacere poterunt, quòd ſint in propriis
• VII. Perſonis ſuis, ad diem * Parliamenti, ut prædictum eſt, aſſignati
568. ad Reſpondendum ibidem, in forma prædicta, ſuper Appello prædicto.

Proclamari facias etiam & ex parte noſtrâ injungi, ſub eâdem Pœnâ, nè quis eiſdem Appellatis, vel eorum alicui, interim, in Corporibus vel Bonis ſuis, Dampnum inferat vel Gravamen, quominus in eodem Parliamento ex causâ prædicta comparere valeant.

Ac etiam certis de cauſis, coram Concilio noſtro propoſitis, omnia Bona & Catalla ipſorum, Archiepiſcopi, Ducis Hiberniæ, Comitis Suffolciæ, Roberti, & Nicholai, in Ballivâ tuâ, infra Libertates, & extra, ubicumque inventa fuerint, abſque diſtractione aliquâ, ſub ſalvâ & ſecurâ Cuſtodiâ noſtrâ, quouſque aliud a Nobis & dicto Concilio noſtro indè habueris in Mandatis, poni facias.

Et nichilominus præfatos, Ducem Hiberniæ, Comitem Suffolciæ, & Robertum, qui ſe tenent Fugitivos ex hac causâ, ut dicitur, ubicumque inveniri poterunt in Ballivâ tuâ, infra Libertates, vel extra, areſtari & capi, & coram Nobis & Concilio noſtro, in Parliamento prædicto, ad diem prædictum, ſalvò & ſecurè, ex causâ prædictâ, venire facias; & habeas ibi hoc Breve:

Nos & dictum Concilium noſtrum de eo Quod ad præſens Mandatum noſtrum ſeceris in omnibus & ſingulis Præmiſſorum, & Qualiter, & Quo modo, & Ubi Bona & Catalla illa, & Quæ, & Cujuſmodi fuerint, & de Pretio & vero Valore eorumdem, cum omni feſtinatione poſſibili, diſtinctè & apertè certificans, cum Tranſcripto hujus Brevis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quarto die Januarii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

*Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam, ſub eadem Data.*

cauſa, iterum conquerendi.

Dat. in Palatio noſtro *Weſtmonaſt.* viceſimo ſecundo die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Bulla de agendis inter Regem & Papam, & de aſſenſu Pro-* • VII.
*cerum habendo.* 569.

URbanus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Ann. D
Filio, *Richardo Regi Angliæ* Illuſtri, Salutem & Apoſtoli- 1388.
cam Benedictionem. An. 11.
Serenitatis tuæ Litteras, cum quibuſdam Capitulis, per, dile- R. 2.
ctum Filium, Magiſtrum *Henricum Bowet*, Capellanum noſtrum, Ex Autogr.
& Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditorem, nobis præſentatas, gratè recepimus; & ex ipſis collegimus evidenter quòd Celſitudo Regia ſanis ducitur Conſiliis, per quæ nedùm Eccleſiæ Romanæ & Regno tuo, verùm etiam Reipublicæ Fructus uberes poterint provenire.

Verùm in hujuſmodi contenta Capitulis ſunt magni ponderis, præfatuſque Henricus ad ea Conſummanda Mandatum non habuit, Noſque & Eccleſiam ipſam ac Regnum tuum concernunt, pro majori robore & perpetuitate Agendorum, non ſolùm noſtris & tuis duraturorum temporibus, ſed pro nobis, & noſtris, ac tuis in Regno ipſo Succeſſoribus, utile & quodammodo neceſſarium, etiam de Fratrum noſtrorum conſilio, reputamus quòd Regni tui Procerum ad hoc accedere debent Conſilium & Aſſenſus.

Quare Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attentè quatinus, cum Conſilio & Aſſenſu dictorum Procerum, pro hujuſmodi Conſummatione Negotii, aliquos ſolennes Ambaſſatores, ſufficiens & ſpeciale Mandatum habentes, prout Regiæ Celſitudini videbitur, quantocius ſtudeas deſtinare; & ſuper hiis, Venerabilis Frater noſter, *Richardus Epiſcopus Oſſorienſis*, qui per Nos de Præmiſſis informatus ad Celſitudinem revertitur, Regiam Serenitatem tuam poterit pleniùs informare.

Dat. *Peruſii*, octavo Id. Februarii, Pontificatûs noſtri Anno Decimo.

*Ja de Papia.*

---

*De Poteſtate data Johanni Haukwode, ſuper Jure Regis ad Comitatus Provinciæ & Forcalquerii, & Hæreticis ibidem Debellandis.*

REX, dilecto & fideli ſuo, *Johanni Haukewode*, Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1388.
Cùm Communitates Univerſitatum, Habitantium, & Incola- An. 11.
rum Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & aliorum Locorum Co- R. 2.
mitatuum Provinciæ & Forcalquerii, ſub Fidelitate & Dominio Franc. 11.
Regis Jeruſalem & Siciliæ ac Comitis eorumdem Comitatuum R. 2.
exiſtentium, quoad vixit, & ſingularum Perſonarum eorumdem, m. 13.
penes quos remanet Poteſtas & Auctoritas omnium Univerſitatum dictorum Comitatuum Congregandi & Faciendi generale Concilium in dictis Comitatibus, prout intelleximus, per *Lambertum de Goy*, Sindicum, Procuratorem & Nuncium ſuum, Nobis clarius intimâſſent qualiter ipſi morati ſunt & conſtituti in medio Perverſarum & Nephariarum Nationum Sciſmaticorum & Hæreticorum, & eorum Fautorum & Adhærentium, & Succeſſorum *Lodowici* nuper *Ducis Andegavenſis*, & *Lodowici* Filii ejus, & *Mariæ de Britania* nuper Uxoris ejuſdem Ducis, qui eaſdem

Commu-

Digitized by Google

di, cum eorum Juribus, Juriſdictionibus, Libertatibus, & Pertinentiis univerſiis, Nomine noſtro Recipiendum, & ea per Vos & Deputatos veſtros Regendum, Gubernandum, & ſalvò Cuſtodiendum, necnon de eiſdem Diſponendum, prout pro Repulſione Hæreſum & Sciſmatum hujuſmodi magis ſalubre fore videritis ac expediens & oportunum,

Et ad omnes & ſingulas Libertates, Francheſias, & Conſuetudines, ac Privilegia ſua Innovandum & Confirmandum, & alia eis de tempore in tempus, quotiens neceſſe fuerit, Dandum & Concedendum,

Ac ad Homagia, Ligea & Juramenta Fidelitatis, penes Nos gerenda, de Prælatis, Baronibus, Nobilibus, Communitatibus, Perſonis Eccleſiaſticis & Secularibus quibuſcumque, pro Nobis & Nomine noſtro, ſimiliter Recipiendum,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros quicquid per Vos, nomine noſtro, in Præmiſſis, actum, geſtum, concordatum fuerit, ſeu aliqualiter terminatum.

Dat. ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio in *Palatio noſtro Weſtmonaſter.* Quarto die Martii,

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

*Super Cauſa, coram Conſtabulario & Mareſcallo terminanda.*

Ann. D. 1388. REX, dilecto & fideli ſuo, *Willielmo de Beauchamp*, Capitaneo Villæ noſtræ Caletii, vel ejus Locum tenenti ibidem, Salutem.

*An.* 11. *R.* 2. Supplicavit nobis, dilectus & fidelis Ligeus noſter, *Matheus Gournay ut*,

*Ibid.* *m.* 10. Cùm *Lodowicus de Sanerre*, Mareſcallus Franciæ, per certos Attornatos ſuos, præfatum Matheum, nuper in Servitio noſtro apud Caleſium de Mandato noſtro exiſtentem, virtute cujuſdam Obligationis, Summam Sex Milium Francorum continentis, & pro Cuſtubus ſuis, coram vobis (præfate Capitanee) Implacitari feciſſet,

In qua quidem Obligatione tàm *Dominus le Deſpenſer* defunctus, &, dilectus & fidelis noſter, *Hugo de Calvyle*, quam præfatus Matheus ſunt principaliter Obligati,

Per quod Executores ejuſdem Domini le Deſpenſer & præfatus Hugo ad contribuendum, cum præfato Matheo, in defenſione dictæ Cauſæ, de jure Apprehendi debent,

Ac, in Defenſione ejuſdem Cauſæ, certæ Exceptiones, ex parte
* VII. 571. ipſius * Mathei, allegatæ fuiſſent, & quamplura alia adhuc in Defenſione ſui ibidem ſint proponenda & expedienda, quæ apud eandem Villam Caleſii declarari non poterunt, nec allegari, pro eo quod eadem Villa Caleſii de ſufficienti Concilio & Legis peritis eſt deſtituta,



REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1388.

Sciatis quod Nos,

Ob affectionem & benivolentiam, quas Venerabilis Pater, *Perinus* Tituli *Sancti Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis*, aliàs dictus *Cardinalis Neopolitanus*, erga Nos & Regnum noſtrum gerit, prout veraciter ſumus informati, *An.* 11. *R.* 2. *Pat.* 11. *R.* 2.

Conceſſimus eidem Cardinali, quantum in nobis eſt, quòd ipſe Poſſeſſionem Præbendæ de Gilyngham in Eccleſia ſive Monaſterio Monialium Shaftoniæ, ac Præbendæ de South Neuton in Eccleſia ſive Monaſterio Monialium Wiltoniæ Sarum Diœceſe, *p.* 2. *m.* 28.

Cùm eædem Præbendæ ſibi per Dominum *Summum Pontificem* collatæ fuerint,

Per Procuratores ipſius Cardinalis adipiſci, adeptamque continuare, necnon Fructus, *&c. prout in ejuſmodi de Licentia Literis.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Martii.

*Per ipſum Regem.*

---

* *De Sacramentis, ad Dominos Appellantes Manutenendum, Capiendis.* * VII. 572.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, *Anketello Malore*, ac Vicecomiti Lincolniæ, Salutem. Ann. D. 1388.

Quia Prælati, ac Proceres, & Magnates, necnon Milites Comitatuum, Cives Civitatum, & Burgenſes Burgorum, Regni noſtri Angliæ, in inſtanti Parliamento noſtro præſentes, quoddam Sacramentum coram Nobis in eodem Parliamento corporaliter præſtiterunt, & Volumus, de Aviſamento Concilii noſtri in eodem Parliamento, quòd cæteri Generoſi & Validi Homines dicti Regni noſtri, necnon Majores, Ballivi, & Aldermanni Civitatum & Burgorum ejuſdem Regni, qui in eodem Parliamento minimè interfuerunt, Sacramentum conſimile faciant indilatè, *An.* 11. *R.* 2. *Clauſ.* 11. *R.* 2. *m.* 5.

Vobis Mandamus, firmiter Injungentes, quòd ſtatim, viſis Præſentibus, & excuſatione quacumque ceſſante, omnique dilatione poſtpoſitâ, Sacramentum hujuſmodi de Generoſioribus & Validioribus Hominibus Comitatûs prædicti, necnon Majoribus, Ballivis, & Aldermannis Civitatum & Burgorum ejuſdem Comitatûs, qui in dicto Parliamento, tempore Præſtationis ejuſdem Sacramenti, minimè, ut præmittitur, interfuerunt, capiatis juxta Tenorem Cedulæ, præſentibus interclusæ,

Eiſque, ac aliis Ligeis & Fidelibus noſtris dicti Comitatûs, ex parte noſtrâ, diſtrictiùs inhibentes nè aliquibus Locutionibus, Aſſertionibus, Dictis, ſeu Relationibus, per quoſcumque in contrarium Præmiſſorum faciendis, Fidem ſeu Credentiam aliquam adhibeant ullo modo,



Digitized by Google

## *De Tractando cum Adverſario Scotiæ.*

Ann. D. 1388. An. 11. R. 2. Scot. 11. R. 2. m 2. * VII. 573.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De circumſpecta Fidelitate & Induſtria, Venerabilis Patris, *J. Epiſcopi Dunolmenſis*, ac, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, *Henrici de Percy*, Comitis Northumbriæ Conſanguinei noſtri cariſſimi, *Johannis Domini de Nevill*, *Briani de Stapilton*, Chivaler, & * Magiſtri *Ricardi Rouball*, Legum Doctoris, plurimum confidentes,

De Aſſenſu & Aviſamento Concilii noſtri ipſos, Epiſcopum, Comitem, Johannem, Brianum, & Ricardum noſtros veros & legitimos Procuratores, Negotiorum geſtores, Deputatos, ac Nuncios ſpeciales Facimus, Creamus, Deputamus, & Conſtituimus per Præſentes,

Dantes eiſdem Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis noſtris, Quatuor, Tribus, & Duobus eorum Poteſtatem plenariam, ac Mandatum generale & ſpeciale, Conveniendi, Loquendi, Communicandi, Tractandi, & Concordandi pro Nobis, & noſtro nomine, ac pro Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Vaſſallis, & Ligeis, ac Alligatis noſtris quibuſcumque, cum *Adverſario noſtro Scotiæ*, ſeu ejus in hac parte Procuratoribus, Nunciis, ſeu Deputatis, plenariam Poteſtatem ab ipſo Adverſario noſtro habentibus, tàm de Pace & Concordia finalibus & perpetuis, quàm de quibuſcumque Treugis, Guerrarum ſufferentiis, Amicitiis, Ligis, Confœderationibus, & Unionibus,

Inter *Nos*, & Hæredes noſtros, pro Regnis, Terris, & Dominiis, ac Subditis, Vaſſallis, & Alligatis noſtris prædictis, ex una, & ipſum *Adverſarium noſtrum*, & Hæredes, Complices, & alligatos ſuos, pro Se, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis ſuis, ex Parte altera, perpetuò vel ad tempus duraturis,

Necnon Tranſigendi, Componendi, & Paciſcendi cum dicto Adverſario, ſeu ejus Commiſſariis, aut Deputatis ſufficientibus in hac parte, ſuper omnibus & ſingulis. Quæſtionibus, Querelis, Riotis, & Debatis, cum omnibus ſuis & ſingulis Articulis, Circumſtantiis, incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis, inter Progenitores noſtros, claræ memoriæ, & Nos, ex una, ac Ipſum, Progenitores, & Alligatos ſuos, qualitercumque ante hæc tempora motis, ex Parte altera,

Omniaque & ſingula, ſic Tractata, Locuta, Tranſacta, Compoſita, Pacificata, & Concordata, cum omnibus & ſingulis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis, Firmandi, Vallandi, Approbandi, Laudandi, & finaliter concludendi,

Ac Nos, & Hæredes noſtros, ad ſic Tractatorum & Concordatorum obſervantiam, quibuſcumque viis & modis, honeſtis & licitis, obligandi,

Ac Obligationes conſimiles, ex parte altera, Requirendi, Recipiendi, & Stipulandi,

Quodcumque Juramentum, honeſtum & licitum, in Animam noſtram præſtandi,

Necnon omnia alia & ſingula Excercendi, Faciendi, & Expediendi quæ circa Præmiſſa neceſſaria fuerint vel etiam oportuna, etiam ſi Mandatum exigant quantumcumque ſpeciale,

Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuò habituri quicquid iidem Procuratores, Deputati, & Nuncii noſtri, ac alii prænominati Commiſſarii noſtri, Quatuor, Tres, & Duo eorum, Nomine noſtro, fecerint in Præmiſſis, vel aliquo Præmiſſorum; Et hoc, ſub Ypotheca & Cautione omnium Bonorum noſtrorum, Promittimus & exponimus Cautiones.

Dat. ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio, apud *Weſtmonaſte-*

[illegible] Largitor, Dominus inſignivit, & quòd ipſe Thomas Electus, qui regimini Elienſis Eccleſiæ hactenus laudabiliter præfuit, præfatam Eboracenſem Eccleſiam ſciet & poterit, Auctore Domino, ſalubriter regere, & feliciter gubernare,

Convertimus oculos noſtræ mentis,

Intendentes igitur, tàm ipſi Eboracenſi Eccleſiæ, quàm ejus Gregi Dominico, ſalubriter providere,

Eundem Thomam Electum a Vinculo, quo dictæ Elienſi Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de eorumdem Fratrum Concilio, & ejuſdem Poteſtatis plenitudine, Abſolventes,

Ipſum ad eandem Eboracenſem Eccleſiam Auctoritate Apoſtolicâ tranſtulimus ipſumque illi præfecimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, Curam & Adminiſtrationem ipſius Eboracenſis Eccleſiæ ſibi in ſpiritualibus & Temporalibus plenariè committendo, liberamque ſibi dando Licentiam ad eandem Eboracenſem Eccleſiam tranſeundi; firmâ ſpe, fiduciâque conceptis quòd, dirigente Domino Actus ſuos, præfata Eboracenſis Eccleſia, per ipſius Thomæ Electi circumſpectionis Induſtriam & ſtudium fructuoſum, regetur utiliter & proſperè dirigetur, ac grata in eiſdem Temporalibus & Spiritualibus ſuſcipiet Incrementa.

Cùm itaque (Fili cariſſime) ſit Virtutum Opus Dei Miniſtros benigno favore proſequi, ac eos verbis & operibus, pro Regis æterni gloriâ, venerari, Serenitatem tuam Rogamus & hortamur attentè quatinus eundem Electum & præfatam Eccleſiam Eboracenſem, ſuæ Curæ Commiſſam, habens pro Noſtrâ & Apoſtolicæ Sedis Reverentiâ propenſiùs Commendatos, ipſos benigni favoris Auxilio proſequaris, ita quòd idem Electus, tuæ Celſitudinis fultus Præſidio, in Commiſſo ſibi Curæ Paſtoralis Officio poſſit, Deo propitio, proſperari, ac tibi exindè perennis Vitæ præmium, & a Nobis proveniat actio Gratiarum,

Dat. *Peruſii* iii. Non. Aprilis, Pontificatûs noſtri Anno Decimo

*B. de Piſtorio.*

## *De Proviſionibus pro Eccleſia Dunolmenſi.*

URbanus *Epiſcopus*, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, *Richardo Regi Angliæ* Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Ann. D. 1388. An. 11. R. 2. Ibid. n. 8.

Gratiæ Divinæ Præmium & humanæ laudis Præconium acquiritur, ſi, per Seculares Principes, Eccleſiarum Prælatis, præſertim Eccleſiarum Cathedralium Regiminibus Præſidentibus, oportuni Favoris Præſidium & Honor debitus impendatur.

Sanè,

Dunelmenſi Eccleſiâ ex eo vacante quòd Nos hodie, Venerabilem Fratrem noſtrum, *Johannem Elienſem*, tunc *Dunolmenſem Epiſcopum*, a Vinculo, quo ipſi Eccleſiæ Dunolmenſi, cui tunc præerat tenebatur, de Fratrum noſtrorum Concilio, & Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine, Abſolventes, ipſum ad Elienſem Eccleſiam, tunc Paſtore carentem, Auctoritate Apoſtolicâ duximus Transferendum, præficiendo eum dictæ Elienſi Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem,

Nos,

Ad Proviſionem dictæ Dunelmenſis Eccleſiæ celerem & felicem, ne longæ Vacationis exponeretur Incomodis, Paternis & ſolicitis ſtudiis Intendentes,

Poſt Deliberationem, quam de Præficiendo eidem Dunelmenſi Eccleſiæ Perſonam, utilem & etiam fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem,

Demùm ad, Venerabilem Fratrem noſtrum, *Walterum* tunc Wellenſem & Batonienſem Epiſcopum,

Con-

Digitized by Google

Cùm Pacis Auctor, pacificos volens Filios eſſe beatitudinis, ac execrabilem Pacis Æmulum a Chriſtianorum Finibus exulare, Ea propter ad PERPETUAM rei MEMORIAM, NOVERINT UNIVERSI, Tenorem præſentium viſuri & audituri, quòd,

Orta dudùm inter, Sereniſſimum Principem & Regem *Richardum*, Dei gratiâ, *Regem Angliæ & Franciæ* ac Dominum Hiberniæ, Ligeoſque ſuos Angliæ, parte ex una, necnon, Venerabilem & religioſum Dominum, Dominum *Conradum Zolner* de Rotheuſtein Magiſtrum Generalem Ordinis beatæ Mariæ Domus Theutonicæ, Terramque ſuam Pruſſiæ, & ſubditos ejuſdem, parte ex altera, Diſſenſionis ſeu Diſcordiæ materiâ,

Prædictus Dominus Magiſter Generalis, uſus conſilio, ſuos honorabiles Nuncios ad ſupradictum Sereniſſimum Principem & Regem verſus Angliam deſtinavit, ad Proponendum & Querulandum ſibi Violentias & Injurias Pruchenis ab Anglicis, ut dicitur illatas, propter quæ Nonnulla Bona Ligeorum Angliæ areſtata fuerunt in Terra Pruſſiæ,

Quorum Querelam dictus Sereniſſimus Princeps benivolenter & amicabiliter admiſit, recepit, & acceptavit, ac, poſt multa verba in Tractatu hujuſmodi habita, eos ad propria benivolenter remiſit, promittens literatoriè dicto Venerabili Magiſtro Generali quod ſuos Ambaſſiatores ad Terram Pruſſiæ vellet deſtinare,

Undè, de anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, octogeſimo octavo, Honorabiles & Reverendos viros, *Magiſtrum Nicholaum Stoket* utriuſque Juris Licentiatum, *Thomam Graa*, & *Waltherum Sibill*, Londonienſis & Eboracenſis Cives Civitatum, cum ſufficiente Poteſtate Mandatoque pleno, dictum Negotium Tractandi, Diſcutiendi, & finaliter Terminandi, necnon cum Litera Credentiali, ad dictum Venerabilem Dominum Magiſtrum Generalem deſtinavit,

Quos quidem Ambaſſiatores, unà cum *Johanne Benys* de Londonia, Informatore eorumdem, ac Literis prædictis, & eorum Ambaſſiata, idem Venerabilis Dominus Magiſter Generalis in Caſtro ſuo de Marienburg, Viceſimo octavo die Julii, anni prædicti, reverenter & honorificè recepit & admiſit, animoque arbitrabatur digno dictas Cauſas Tractandi & Decidendi,

Sicque Ambaſſiatoribus prædictis Tres de ſuo Concilio (videlicet) Honorabiles & Religioſos Dominos, *Conradum de Walrode* Magiſtrum Commendatorem, *Seiffridum Walpoldi* de Baſſenheim Summum Hoſpitalarium & Commendatorem in Elburgo, *Welricum Hathenberger* Thezaurarium Ordinis ſui prædicti, pro parte ſuâ adjunxit,

Quibus ſic Tractantibus, poſt multos Tractatus inter ſe habitos, in hunc modum, & ſub forma quæ ſequitur, unanimiter & concorditer extitit Condeſcenſum & Concordatum,

PRIMO (videlicet) quòd omnes Areſtationes, Repriſaliæ, & Impignorationes, quorumcumque Bonorum & Mercandiſarum, in Angliâ & Pruſſiâ ante Datam Præſentium factæ, ſint de præſenti Quietæ, liberæ, & ſolutæ, omni fictione & diſſimulatione poſtpoſitis, adeò quòd Dampna, Sumptus, & Diſpendia hinc

Compoſitioni ſeu Arbitrio temerarius Contradictor extiterit vel etiam Contemptor, extunc habent Ambaſſiatores prædicti dictos Pruchenos conquerentes ad Regiæ Mageſtatis Præſentiam deducere, necnon ſupplicare quòd hujuſmodi Conquerentibus fiat Juſtitiæ complementum ſeu Judicium indilatum, prout hæc ſunt placitata:

Si quis verò de Angliâ, contra quem aliquis de Pruſſiâ ſuas Actiones vellet intentare, ſe in Termino abſentaverit, dicti Ambaſſatores, ad proximum Terminum, extunc ſequentem, eundem Anglicum evocare ſeu conſtituere debent, ne Prucheni Conquerentes ſine Judicio ſeu juris Suffragio ſecedere ſeu recedere videantur: quòd, ſi Evocatus Contumax extiterit, dicti Ambaſſiatores habent referre & requirere, prout ſuperiùs dictum eſt:

Et conformiter per omnia fiat Anglicis in Pruſſiâ, conqueri volentibus (videlicet) in Civitate de Danzk, ubi Proconſules ejuſdem Civitatis & Elburgen. Civitatis coaſſumptis ſibi Duobus Conſulibus, uno de Danzk, altero verò de Elburgo, qui quidem Quatuor conſimilem per omnia habeant Poteſtatem omnes Querelas Criminales, criminaliter per Anglicos contra Pruchenum ſeu Pruchenos propoſitas, per Amicabilem Reconciliationem, ſeu honeſtam Emendam, ſi fieri poterit, Decidendi, Diſcutiendi, & Terminandi:

Quòd, ſi amicabiliter fieri non poterit, ſeu ſi aliquis Pruchenus Arbitrio ſeu Compoſitioni hujuſmodi non paruerit, immò Contradictor ſeu Contemptor extiterit, extunc dicti Quatuor Proconſules & Conſules Domino Magiſtro Generali Terræ prædictæ referre & debite requirere teneantur, quòd dictis Anglicis Conquerentibus fiat Judicium indilatum & Juſtitiæ complementum:

Si verò contingat aliquem aut aliquos Reos Principales Mori hinc indè, aut eſſe jam Defunctos, extunc liberum ſit Agenti proſequi Jus ſuum in Bona ſive Hæredes jam Defuncti.

Ad præmiſſa verò exequenda Termini ponuntur infraſcripti,

Primus (videlicet) in Dominicâ, quâ *quaſi modo geniti* decantatur, proximò futurâ, cum Septem Diebus ſequentibus,

Secundus, in Feſto Sanctæ Trinitatis proximò etiam futuro, cum Septem Diebus ſequentibus,

Tertius, in Octavâ Sancti Johannis Baptiſtæ, extunc proximâ, cum Septem Diebus ſequentibus,

Quartus Terminus, ultimus & peremptorius, erit in Feſto Sancti Michaelis, proximò futuro, cum Septem Diebus ſequentibus;

Et extunc omnes Cauſæ, quæ tangunt Mortem vel Membri mutilationem, cum Actionibus Civilibus ex eiſdem Deſcendentibus, ſint perpetuò Mortuæ penitus & extinctæ.

Et, ſi fortè aliquis dictorum Ambaſſiatorum interim moriatur, extunc Duo Poteſtatem habeant Tertium eligendi.

Et, ſi, poſt Datam Præſentium, aliqua Cauſa inſurgat vel emergat, parva ſeu magna, debet judicari in Angliâ & in Pruſſiâ, ſicut antiquitùs & ab antiquo extitit uſitatum.

ITEM, ULTIMO, Concordatum exiſtit quòd Ligei Mercatores Angliæ quicumque liberam habeant facultatem ſe applicandi, cum Navibus, Bonis, & Mercandiſis quibuſcumque, ad quemcumque Portum Terræ Pruſſiæ: necnon hujuſmodi Bona & Mercandiſas ulterius ad quemcumque Locum in dictâ Terrâ Pruſſiæ ſe transferendi: ibique cum * quacumque Perſonâ libere contrahere & *VII. 601.*
mercari, ſicut antiquitùs & ab antiquo extitit uſitatum; Quod quidem in omnibus & per omnia Pruchenis Conceſſum eſt in Angliâ.

Et ſi, poſt Datam Præſentium, inter dictum Regnum Angliæ & Terram Pruſſiæ aliqua Diſſenſio ſeu Diſcordia de novo emerſerit

Digitized by Google

Auditâ & acceptâ eorum Ambaſſiatâ, conſultè & maturè agere volentes, adjunximus veſtris honorabilibus Ambaſſiatoribus ſeu Nunciis, de noſtro Concilio, Tres Honorabiles & Religioſos Viros & Dominos, Compræceptores noſtros, *Conradum de Walrode* Magnum Commendatorem, *Sifridum Walpodi* de Baſſenheim Summum Hoſpitalarium & Commendatorem in Elbrugo, *Ulricum Hathenberg* Ordinis noſtri Thezaurarium, qui, juxta Continentiam Literarum, ſigillis eorum communitarum, unanimiter convenerunt, quorum Compoſitionem ſeu Ordinationem firmiter & inviolabiliter Gratificamus, Ratum & Gratum habere volumus, omni poſtpoſitâ fictione;

In cujus Gratificationis Teſtimonium Sigillum noſtrum duximus præſentibus appendendum.

Datum in *Caſtro noſtro Marienburg*, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Octogeſimo Octavo, Viceſima Prima Die Menſis Auguſti.

---

*De Filiis Barnabonis Viſconti.*

Ann. D. 1388. *An.* 12. *R.* 2. *Exit.* 12. *R.* 1. *Pell.*

SOlvuntur *Maſtino Viſconte* & Fratri ſuo, Filiis nuper *Barnabonis Viſconte* de Melane, defuncti, venientibus in Angliam, de Dono Regis XL. Libræ, in Auxilium Suſtentationis.

XXIII. Auguſti.

---

* VII. 602.

* *De Tractando, cum Mercatoribus de Hanza.*

Ann. D. 1388. *An.* 12. *R.* 2. *Franc.* 12. *R.* 2. *m.* 16.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, probitate, & circumſpectione, dilectorum nobis, Magiſtri *Nicholai Stoket* Clerici, *Thomæ Graa* Civis Eborum, & *Walteri Sybill* Civis Londoniæ, pleniſſimè confidentes,

Ad Tractandum, Concordandum, & Finiendum cum *Nobilibus & probis Hominibus Villæ de le Sounde* in Alemaniâ, ac *Mercatoribus de Hanſa* in eiſdem Partibus, & Deputatis ſuis quibuſcumque, ſufficientem Poteſtatem ac Mandatum ſpeciale ad hoc habentibus, ſuper quibuſcumque Quæſtionibus, Contentionibus, Diſcordiis, & Debatis, inter Nos & præfatos Homines & Mercatores, ratione vel occaſione Captionum & Areſtationum Navium ac aliorum Vaſorum, Bonorum & Mercandiſarum, nomine Marquæ vel Repriſaliæ, aut alio modo, motis mutuò & exortis,

Et hujuſmodi Quæſtiones, Contentiones, Diſcordias, & Debatas Reformandum, Redigendum, Sedandum, & Pacificandum, & quæcumque Tranſgreſſiones, Dampna, Meſpriſiones, Exceſſus, Violentias, & Injurias, per Nos & Subditos noſtros facta aut attemptata, Redigendum, Reparandum, Reſtaurandum, & Emendandum,

Conſimileſque Reſtitutiones, Reparationes, Reſtaurationes, & Emendationes de præfatis Hominibus & Mercatoribus, ſeu Deputatis ſuis prædictis, pro Nobis & Subditis noſtris, Requirendum, Petendum, & Recipiendum,

Necnon ad Tractandum ulterius, Concludendum, & Conveniendum cum eiſdem Hominibus & Mercatoribus, ſeu Deputatis ſuis prædictis, de Communicationibus, hinc indè, in Mercimo-

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, &c. Salutem. Ann. D. 1388. *An.* 12. *R.* 2. *Vaſc.* 12. *R.* 2. *m.* 17.

Sciatis quòd,

Cùm, ut intelleximus, cariſſimus Avunculus noſter, *Johannes Rex Caſtellæ & Legiones* Dux Lancaſtriæ, pro Securitate quarumdam Solutionum, ſibi fieri debitarum, per *Johannem Henrici*, Detentorem dictorum Regnorum Caſtellæ & Legionis, Adverſarium ſuum, ratione cujuſdam Tranſactionis & amicabilis Compoſitionis tractatæ, ſi ipſe Tractatus in hac parte Communi Concordiâ & Conſenſu firmare voluerit, nonnullas Perſonas, de dictis Regnis Caſtellæ & Legionis, per dictum Adverſarium ſuum, aut ejus Nomine, aſſignandas & tradendas in Obſides ſive Oſtagia, recipere debeat, & in ſecura Cuſtodia, quouſque ſibi de Solutionibus prædictis fuerit ſatisfactum, detinere,

Nos,

Indempnitati ipſius Avunculi noſtri, ac pro ſecura Mora dictorum Obſidum ſive Oſtagiorum, in hac parte, providere volentes,

Suſcepimus, & tenore præſentium ſuſcipimus, hujuſmodi Obſides ſive Oſtagia, uſque ad numerum Sexaginta Perſonarum, cujuſcumque ſtatûs ſeu Conditionis fuerint, unà cum Herneſiis ſuis, quotienſcumque & quandocumque per Civitates, Villas, Loca, Caſtra, Fortalitia, Terras, Portus, Paſſus, Territoria, & Diſtrictus noſtros, tàm per Terram, quàm per Mare, in Comitiva dicti Avunculi noſtri, ſeu aliorum (ad quorum Conductum ſive Cuſtodiam eoſdem Obſides ſive Oſtagia deputari contigerit) tranſeundo, ibidem morando, & ad ea declinando, ac Bona, Res, & Herneſia ſua quæcumque, in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, ac Salvam gardiam noſtram, nec non in protectionem, Tuitionem, & in Defenſionem noſtras ſpeciales;

Et ideò Vobis mandamus quòd ipſos Obſides ſive Oſtagia, uſque ad numerum prædictum, per Civitates, Villas, Loca, Caſtra, Fortalitia, Terras, Portus, Paſſus, Territoria, & Diſtrictus prædicta, tàm per Terram, quàm per Mare, in Comitiva dicti Avunculi noſtri, ſeu aliorum prædictorum, tranſeundo, ibidem morando, & ad ea declinando, benignè recipiatis, & amicabiliter pertractetis, manuteneatis, protegatis, & defendatis, eiſque Victualia, & alia neceſſaria ſumptibus ſuis rationabilibus miniſtrari faciatis, non inferentes eis, ſeu eorum alicui, Bonis, Rebus, ſeu Herneſiis ſuis prædictis, aut ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Violentiam, Areſtum, Impedimentum aliquod, ſeu Gravamen.

Et, ſi quid eis, ſeu eorum alicui, in Rebus ſeu Perſonis ſuis, Foriſfactum ſive Injuriatum fuerit, id eis ſine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis; dumtamen ſe benè & pacificè habeant & gerant erga Nos & Subditos noſtros quoſcumque.

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxvi. die Auguſti.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

Ann. D. 1388. *An.* 12. *R.* 2. *Clauſ.* 12. *R.* 2. *m.* 39. *d.*

*De Sacramento Collectoris Papæ in Anglia.*

MEMORANDUM quòd, Viceſimo Septimo Die Auguſti, Anno præſenti, *Jacobus Dardain*, Canonicus Tropienſis, Collector Proficuorum Domini *Urbani Summi Pontificis* infra Regnum An-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

Digitized by Google

*Gratia communi vel ſpeciali, exigam ſeu levabo, nec Proceſſus eâ de cauſâ faciam:*

*Nec aliquas Novitates incipiam, per Mandatum, nec abſque Mandato, ſine Voluntate & Licentiâ ſpeciali dicti Domini noſtri Regis, & abſque eo quod Cauſa, vel Mandatum hujuſmodi, ſi quæ vel quod fuerint, primitùs dicto Domino Regi aut Concilio ſuo modo debito fuerit oſtenſum:*

*Et quod extra dictum Regnum, abſque Licentia ſpeciali dicti Domini noſtri Regis, & hoc per Literas vel Brevia ſub Magno Sigillo dicti Domini noſtri Regis, me non transferam,*

*Sic me Deus adjuvet & Sancta ejus Evangelia.*

---

### *De Tractando cum Duce Bavarriæ.*

Ann. D. 1388. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Nos,

An. 12. R. 2. Franc. 12. R. 2. m. 16. De circumſpectâ Fidelitate & Induſtriâ, dilecti Clerici noſtri, Magiſtri *Ricardi Roxhale* Legum Doctoris, & , dilecti nobis, *Willielmi Brampton* Gubernatoris Stapulæ noſtræ de Middelburgh, pleniùs confidentes,

De aſſenſu & aviſamento Concilii noſtri, ipſos, *Ricardum* & *Willielmum*, noſtros veros & legitimos Procuratores, Negotiorum Geſtores, ac Nuncios ſpeciales,

Ad Tractandum cum, Nobili & Potenti Viro, *Alberto Duce Bavarriæ*, Conſanguineo noſtro cariſſimo, ſeu ejus in hac parte Procuratoribus, Nunciis, ſeu Deputatis, plenariam Poteſtatem ab ipſo Duce habentibus, ſuper quibuſdam Negotiis, Nos & Statum Regni noſtri Angliæ, ac Mercatorum ejuſdem, & aliorum Mercatorum quorumcumque, de Amicitiâ noſtrâ exiſtentium, ac ipſum Ducem, & certas Civitates & Villas ſuas, intimè concernentibus,

Ordinamus, Facimus, & Conſtituimus per Præſentes;

Dantes & Concedentes eiſdem Procuratoribus noſtris Poteſtatem & Auctoritatem ſpeciales, ac Mandatum generale, pro Nobis, & Subditis noſtris, Præmiſſa omnia & ſingula Tractandi,

Ac omnia alia in hac parte Excercendi quæ circa ea neceſſaria fuerint vel oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid iidem Procuratores noſtri, Nomine noſtro, fecerint in Præmiſſis, ſeu aliquo Præmiſſorum.

Dat. ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio, in *Palatio noſtro Weſtm.* tertio die Septembris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

• VII. 605. ### * *Pro Archiepiſcopo Eborum, de Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. 1388. REX, dilecto & fideli ſuo, *Johanni Godard*, Eſcaetori ſuo in Comitatu Eborum, Salutem.

An. 12. R. 2. Pat. 12. R. 2. p. 1. m. 22. Cùm Dominus *Summus Pontifex Alexandrum*, nuper *Archiepiſcopum Eborum*, a vinculo, quo dictæ Eccleſiæ tenebatur, abſolverit, & ipſum ad Eccleſiam Sancti Andreæ tranſtulerit,

Ac *Thomam Eborum Electum*, nuper Epiſcopum Elienſem, in Archiepiſcopum dictæ Eccleſiæ Eborum præfecerit & Paſtorem,

Sicut per Literas Bullatas ipſius Summi Pontificis, nobis indè directas, Nobis conſtat,

Nos,

loci illius præfecerit & Paſtorem,

Sicut per Literas Bullatas ipſius Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis conſtat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Walterus* omnibus Verbis, nobis Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram nobis renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, *&c. prout in ejuſmodi de Reſtitutione Literis.*

Teſte Rege apud *Cantebrigg.* decimo tertio die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Datâ; videlicet,

*Johanni Godard*, Eſcaetori Regis in Comitatu Eborum.

*Thomæ Kemp* de Wy, Eſcaetori Regis in Comitatu Middleſexiæ.

ET Mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Dunelmenſi, quòd eidem *Waltero*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus, quæ ad Epiſcopatum illum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Epiſcopo Sarum.* • VII. 606.

REX, dilecto ſibi, *Roberto Hampton*, Eſcaetori ſuo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wilteſiæ, Salutem. Ann. D. 1388.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem, *Radulphum*, nuper *Epiſcopum Sarum*, a vinculo, quo dictæ Eccleſiæ tenebatur, abſolverit, & ipſum ad Eccleſias Bath. & Wellen. tranſtulerit, An. 12. R. 2. Ibidem.

Ac *Johannem Sarum Electum*, nuper Archidiaconum Richemondiæ, in Eccleſia Eborum, Preſbiteratûs Ordine conſtitutum, in Epiſcopum dictæ Eccleſiæ Sarum præfecerit & Paſtorem,

Sicut per Literas Bullatas ipſius Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis conſtat,

Nos,

Pro eo quod idem Electus omnibus Verbis, nobis præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram nobis renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, *&c. prout in ejuſmodi de Reſtitutione Literis.*

Teſte Rege apud *Cantebrigg.* decimo tertio die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Johanni Olyver*, Eſcaetori Regis in Comitatibus Surriæ & Suſſexiæ,

*Johanni Thame* de Caneresfeld, Eſcaetori Regis in Comitatibus Oxoniæ & Berks.

*Nicholao Exton* Majori Civitatis Regis Londoniæ, & Eſcaetori Regis in eadem Civitate.

Et

Digitized by Google

*Thomæ Kemp* de Wy, Eſcaetori Regis in Comitatu Midd.

* VII. 607. * ET Mandatum eſt Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Epiſcopatu Wellen. & Bathon. quòd eidem *Radulpho*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus, quæ ad Epiſcopatum illum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

---

## *De Jacobo Lyndeſay non Deliberando.*

Ann. D. 1388. *An.* 12. *R.* 2. *Clauſ.* 12. *R.* 2. *m.* 35.

REX, Dilecto & fideli Conſanguineo ſuo, *Henrico de Percy*, Comiti Northumbriæ, Salutem.

Quibuſdam certis de Cauſis, nos intimè moventibus, volumus, &, de aviſamento Magni Concilii noſtri, vobis Mandamus, firmiter injungentes, in Fide & Ligeantiâ, quibus nobis tenemini, & ſub Pœna Forisfacturæ Vitæ & Membrorum, & omnium aliorum quæ nobis forisfacere poteritis, quòd *Jacobum de Lyndeſey* de Scotia Chivaler, jam noviter captum de Guerra per partem noſtram, & Priſonarius ſub Cuſtodia veſtra adhuc detinetur, ut accepimus, per viam Redemptionis, Plegiagii, aut aliâ causâ quacumque, nullo modo deliberari faciatis,

Set ipſum Jacobum ſalvò & ſecurè, & ſub ſalva Cuſtodia, quouſque aliud per Nos & dictum Magnum Concilium noſtrum indè ordinatum fuerit, & ſpecialiter inde per Nos habueritis in Mandatis, ſub Pœna antedicta, cuſtodiri faciatis, Intentionis noſtræ & dicti Concilii noſtri tamen non exiſtit quòd per Detentionem hujuſmodi, Præjudicium aliquod, contra Commodum veſtrum, habitâ prius inde Ordinatione dicti Concilii noſtri, aliqualiter generetur.

Teſte Rege apud *Cantebrigg.* viceſimo quinto die Septembris.

*Per ipſum Regem & dictum Magnum Concilium ſuum.*

---

## *Pro Capitaneis in Partibus Picardiæ.*

Ann. D. 1388. *An.* 12. *R.* 2. *Ibidem.* *m.* 28.

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, &c. Salutem.

Supplicârunt nobis, dilectus Fidelis & Conſanguineus noſter, *Willielmus Beauchamp* Capitaneus Villæ noſtræ Caleſii, *Philippus la Vache* Capitaneus Caſtri noſtri, dilectus Clericus noſter *Rogerus Walden* Theſaurarius noſter ejuſdem Villæ, ac alii Capitanei in partibus Picardiæ, ut,

Cùm ipſi diverſa Boves, Oves, & alia Animalia, de Inimicis noſtris, per viam Guerræ cepiſſent, & adhuc, Deo dante, capere intendant,

Ipſique Capitanei & Theſaurarius non habeant in dictis partibus unde Boves, Oves, & Animalia prædicta ſuſtentare & paſturare poſſunt, prout pro commodo noſtro, & ſuſtentione ſua ac aliorum Fidelium noſtrorum, ibidem in Obſequio noſtro, in Comitiva ſua exiſtentium, expediens foret, ut accepimus,

Velimus eiſdem Capitaneis & Theſaurario Licentiam concedere quòd omnia hujuſmodi Animalia, de Inimicis noſtris ſic capta, ſeu



Et a la Priere & Requeſte de pluſieurs Notables Parſonnes de Grant eſtat,

Soions condeſcenduz a Traiter de Paix avecques noſtre *Adverſaire de Frânce*,

Et pur ce que, ſy come entendu avons, noſtre dit Adverſaire ait en purpos de envoier, es parties de Picardie, pur le Fait du Tretee, ſes Meſſages (c'eſtaſſavoir)

*L'Eveſque de Baieux*,

Meſſieur *Reignac de Corbie*, Primer Preſident en Parlement,

*Le Sire d'Augonde Sault*,

*Le Sire de Ramburs*,

Et *le Sire Diſque*,

Nous,

Veullantz purveoir a la Garde & Seuretee d'eux, & de leur Gentz & Familiers, Chivaux, Hernois, & autres Biens,

Avons Pris & Mys, prenons & Mettons, les ditz,

Eveſque,

*Meſſieur Reignaut*,

*Le Sire d'Augonde*,

*Le Sire de Ramburs*,

Et *le Sire Diſque*,

Et chaſcun d'eulx, avecqes eulx, leur Gentz & Familiers, Chevalers, Eſquiers, Clercz, & Varlez, & auxi les autres Conſeillers de noſtre dit Adverſaire, venans en leur Compaignie, ou ailleurs, pur le Fait du dit Traitee, ſoient Prelas, Conts, Barons, Chivalers, ou autres, de quel eſtat ou Condition q'ils ſoient, juſques au Nombre *de Troiſcent Parſonnes*, a Chival, ou a Pie, lours Chivaux, Monnoye, Hernoys, & autres Biens quelconques,

En noſtre Sauf & Secure Conduyt, Protection, Tuition, Sauve garde, & Defenſe eſpeciaux, en Venant, Retournant, Alant, & Paſſant, par Meer, & par Terre, es parties de Picardie, ou ailleurs, ou meſtir ſerra, pur le Fait deſſus dit, ſanz fraude & ſanz male Engyne, & la Demourant, Sejournant, & Retournant vers les Parties de France, par Meer, & par Terre, Tours enſemble, ou Diviſement, come il lour plaira, & ſy ſouvent come ils voudront, & a Faire ſerra pur le Fait du dit Traitie, juſques a primer jour de May, prochain venant,

Si Mandons & Commandons eſtreitement a vous noz Juſticers, Officers, & Subgiez, prions & Requirons noz Alliez, Amys, & Bienveullantz, & a cheſcun d'eulx, que les deſſuſditz,

Eveſque,

*Meſſieur Reignaut*,

*Le Sire d'Augonde*,

*Le Sire de Ramburs*,

Et *le Sire Diſque*, Meſſages de noſtre dit Adverſaire, *&c. prout in conſimilibus de Conductu Literis.*

En Teſmoignance, &c.

Don. a noſtre *Palays de Weſtmonſtier*, le xvi. jour de Novembre, l'An de Grace Mille, Troiſcentz, Quatrevyntz & Oyt, & de noz Regnes Duzſiſme.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

E * Pro

Digitized by Google

dio pertinentis, Ordinis Sancti Benedicti,

Petitio continebat quòd, olim prædicto Monaſterio, per obitum quondam *Michaelis Abbatis* ipſius Monaſterii, extra Romanam Curiam defuncti, vacante, dicti Conventus, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt Electioni hujuſmodi comodè intereſſe, die ad eligendum præfixâ, ut moris eſt, Convenientes in unum, prædictum Willielmum Abbatem, Monachum tunc ejuſdem Monaſterii, Decretorum Doctorem, Ordinem ipſum expreſsè profeſſum, & in Sacerdotio conſtitutum, in eorum & dicti Monaſterii Abbatem concorditer elegerunt,

Ipſeque Willielmus Abbas Electioni hujuſmodi illius, ſibi præſentato Decreto, conſenſit,

In hiis omnibus ſtatutis a Jure temporibus obſervatis,

Quare, pro parte Willielmi Abbatis & Conventûs prædictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum ut Electionem hujuſmodi confirmare de benignitate Apoſtolicâ, dignaremur,

Nos igitur,

Poſt Deliberationem, quam ſuper hiis cum Fratribus noſtris habuimus diligentem,

Religionis zelo, Vitæ munditiâ, honeſtate Morum, Spiritualium providentiâ, & Temporalium circumſpectione, aliiſque multiplicium Virtutum donis, quibus Perſonam ipſius Willielmi Abbatis, prout Fidedignorum Teſtimoniis accepimus, illarum Largitor, Dominus inſignivit, necnon dictorum Conventûs, eundem Willielmum Abbatem eligentium, concordi Voluntate, attentâ meditatione penſatis, hujuſmodi Supplicationibus inclinati, Electionem ipſam Ratam habentes atque Gratam, ac ſupplentes omnem Defectum ſiquis in ipſa Electione & ejus Proſecutione intervenit, Reſervationibus Apoſtolicis non obſtantibus quibuſcumque, Electionem eandem, auctoritate Apoſtolicâ, Tenore Præſentium, CONFIRMAMUS, Curam, Regimen, & Adminiſtrationem dicti Monaſterii eidem *Willelmo Abbati*, in Spiritualibus & Temporalibus, plenariè committendo;

Firmâ Spe fiduciâque conceptis quòd, dirigente Domino Actus ſuos, præfatum Monaſterium, per ipſius *Willielmi Abbatis* circumſpectionis Induſtriam & Studium fructuoſum, regetur utiliter, & proſperè dirigetur, ac grata in eiſdem Spiritualibus & Temporalibus ſuſcipiet Incrementa.

* VII. 610. * Cùm itaque (fili cariſſime) ſit Virtutis opus Dei miniſtros benigno favore proſequi, & eos verbis & operibus, pro Regis æterni gloria, venerari, Serenitatem tuam rogamus & hortamur attentè quatinus eundem Willielmum Abbatem, & Monaſterium prædictum ſuæ Curæ commiſſum, habens pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis Reverentia propenſiùs commendatos, ſic eos tui favoris Gratiâ proſequaris, quòd idem Abbas, tuæ celſitudinis fultus præſidio, in commiſſo ſibi Regimine Monaſterii poſſit, Deo propitio, proſperari, ac tibi exindè a Deo perennis vitæ præmium, & a nobis condigna proveniat actio gratiarum.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum*, vi. Kal. Decemb. Pontificatûs noſtri Anno undecimo.

*B. de Priſtoire.*

*Pro Johanne Fraunceys.*

T. FABRI.

Donez & Comys, Donons & Commettons, par ceſtes preſentes Lettres, plein & franc Poair, Auctorite, & Mandement eſpecial de Treter oveſque les ditz Meſſages & Deputez de noſtre dit Adverſaire, eiantz a ce plein & ſufficeante Poair & Mandement, des Trieues & Abſtinences de guerre generaulx & particulers, & par Tant de Temps come ils pourront entre acorder.

Et de meſmes les Trieues ou Abſtinences bones, loials, & ſeurs grantier, accorder, ottroier, & fermer entre Nous, noz Roialmes, Subgitz, Alliez, Amys, & Adherentz, d'une Part, & noſtre dit Adverſaire, ſes Subgitz, Alliez, Amys, & Adherens, d'autre Part, & juſqes a tiel Temps & Terme & par la Fourme & Manere que noz ditz Meſſages bone ſemblera,

Et de les ditz Trieues ou Abſtinences Aſſeurer, par Foi & par Serement, a doner en l'Alme de Nous, & de ottroier & doner ſur ce & les dependences d'ycelle toutes maners de Caucions, Suretees, Promeſſes, Obligacions, & Lettres ſealez, tantz & tieux come meſtier ſerra en tieu Cas, les queles nous volons avoir tiel Effect, Vigour, & Fermete come ſi nous les euſſiens donez & fait en noſtre prope Parſone,

Et auxi de Doner, ordeiner, & conſtituer, pur noſtre Partie, Conſervatours des ditz Trieues ou Abſtinences, tantz & tiels come meſtir ſerra, oue plein Poair de le faire Garder, Redreſier, & Reparer duement, ſi riens y ſoit attemprez (qui Dieu defende) par noſtre Partie encontre les ditz Trieues ou Abſtinences,

* Et generalment de faire, pur Nous, & en noſtre Noun, * VII. 611.
toutes autres Choſes qui as ditz Trieues ou Abſtinences de Guerre ſerront ou pourront eſtre expedientes & covenables, Combien que celles en requierent Mandement plus eſpecial:

Promettantz, en bone foi, avoir Agreable, & tenir Ferme & Eſtable tout ce qui par noz ditz Meſſages, Cynk, Quatre, Trois, & Deux de eux ſerra Fait, Tretee, Acorde, Promys, & Covenance en ceſte Partie.

En Teſmoignance de queles Choſes, as ceſtes noz Lettres Patentes Nous avons fait mettre noſtre Grand Seal.

Don. a noſtre *Paleys de Weſtm.* le xxvi. Jour de Novembre, L'an de Grace Mille, Troicentz, Quatre vintz, oytiſme.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

LE Roi a tourz ceux, *&c. ut ſupra uſque ibi*, entre Nous noz Roialmes Subgitz, *& tunc ſic*, d'une part & noſtre dit Adverſaire & ſes ſubgitz d'autre part, *&c. ut ſupra.*

Don. ut ſupra.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

---

*De poteſtate Tractandi ſuper pace finali cum dicto Adverſario Franciæ.*

LE Roi a tourz ceux, *&c. ut ſupra uſque ibi*, par le fait de Trai- Ann. D. 1388.
tie ſuiſdite, *& tunc ſic*,

Confiantz au plein de les Loialtee, Sens, Aviſementz & Dis- *An.* 12.
cretions de, noz treichers & foialx, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Do- *R.* 2. *Ibidem.*
ctour en Leys, *& tunc ſic*,

Les avons Conſtituz, ordeinez, deputez, & eſtabliz, Conſtituons, ordeignons, deputons, & eſtablions, de noſtre certeine ſcience, par ceſtes noz preſentes Lettres, noz vrais & eſpecialx Meſſages, Commiſſairs, & Deputez pur le Fait de Tretee de Pees ſuſdite, & avons dones, & donons par ceſtes Preſentes, a meſmes noz Meſſages, Cynk, Quatre, Trois, & Deux de eux, plein

ou traite engyne,

Et ce Prometterons ſur Caucion & Obligacion de touz noz Biens, preſentz & avenirs, ſanz jammes faire, dire, ne purpoſer, en Jugement, ne dehors, aucune Choſe a l'encontre.

Don. par Teſmoignance de noſtre Grand Seal, a noſtre *Paleys de Weſtm.* le xxvi. Jour de Novembre, l'An ut ſupra.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

---

*Super Tractatu Franciæ de Conductubus concedendis.*

Ann. D. 1388. *An.* 12. *R.* 2. *Ibidem.* *m.* 9. LE ROI a touz ceux, qi ceſtes Lettres verront ou orront, Saluz.

SAVOIR FAISONS que Nous,

A Honur & Reverence de Dieux,

Deſirrant noſtre Poeple mettre en Pees & Tranquillite & eſchuir l'effuſion de Sank Criſtien, & les treſgrandes Males qui ſont avenuz, & purront avenir, par les Guerres, qui ſont moevez & continues parentre *Nous & Noſtre Adverſaire de France*,

Sumez enclinez & aſſentuz au Tretee de bone Pees & Accord parentre Nous & noſtre dit Adverſaire,

Et, par celle encheſon, envoions, de preſent, devers noſtre Ville de Caleys, & les parties de Picardie, noz treſcherz, & foialz,

L'onurable Pere en Dieux *l'Eveſque de Dureſme*,

*William de Beauchamp*, Capiten de noſtre Ville de Caleys,

*Johan de Deverex*, Seneſchal de noſtre Houſtel,

*Johan Clanvowe*,

Et *Nichol Daggeworthe*,

Chivalers de noſtre Chambre,

Et noſtre bien Ame Clerc, Meſtre *Richard Rouhale* Doctour es Leys,

Pur y aſſembler & treter, oveſque les Meſſages & Deputez de noſtre dit Adverſaire, de bone & vraie Pees & Accord, ſi Dieux le voet ottroier,

Et par tant, au fyn que la Buſoigne du dit Tretee ſe purra meulz avancer, & pur remuer les Impedimentz qui a ce parront avenir, Avons Donez, Comys, Ottroiez, & Grantez, Donons, Commettons, Ottroions, & Grantons par ceſtes Preſentes, a noz ditz Meſſages, Cynk, Quatre, Trois, & Deux de eux, plein Auctorite, Poair, & Mandement eſpecial de Doner, Ottroier, & Granter, pur Nous & en noſtre noun, deſouz lours Sealx, Lettres de Seure & Sauf Conduyt, & Sauf garde a touz les Gentz, & Subgitz, Allies, & Bienvoillantz de noſtre dit Adverſaire, & as autres quelconques, de quele Condition q'ils ſoient, Tantz, & Tieux, & de tiele Forme, & par Tant de Temps a durer, come bone ſemblera a meſmes noz Meſſages,

Et de en faire due Puniſſement, Amendes, & Reſtitution, ſi



deinent, jointement, & ſeveralment,

Et de Faire, Prendre, Accorder, & Receivoir Trieues & Suffrance de Guerre, pur Nous, & noz Subgiz, & noſtre Partie, oveſque le dit Conte de Flandres, les Gentz de Trois bones Villes avantdites, & ceux de Frye, & la Paiis de Flandres, jointement, & ſeveralment, a terme que purra eſtre entre Accordez,

Et ſur tout ce, qui ſerra Tretee, Parle, Compoſe, & Accorde, pur Nous, & noſtre Partie, de ottroier & doner Caucions, Obligacions, Seurtees, & Promeſſes les meillours que l'en ſavera ou purra deviſer, les quelles nous vollons avoir tiel effect, vigour, & fermetee come ſi Nous les euſſiens donez & fait en noſtre propre Parſone,

Et de Faire, Prendre, & Accorder tout bone Paix & Accord, & auxi toutes autres Liges, Alliances, Amiſtes, & Confederacies, honeſtes & reſonables, oueſque le dit Conte, & les Gentz des Trois bones Villes, ceux del Frye, & toute la Paiis de Flandres ſuſdirz, jointement, & ſeveralment, perpetuels, ou temporels, a meulx que purra eſtre Fait, ordene, & deviſe en celle Partie,

Et de Prendre ſur ceo toutes Caucions, Obligacions, & Seurtee: les meilours q'ils ſaveront deviſer,

Et de Faire, Executer, Expedier, & Accompler, par Nous, & noſtre Partie, tout quantque a Faire & meſtier ſerra en tieu Cas, ſur toutes & cheſcun des Articles avantdirz, oue les Dependences, incidentz, emergentz, & connexez, ſuppoſe que plus eſpecial Mandement en ſerroit requis;

Et Promettons, loialment & en bone foy, avoir & tenir, toutz jours, Ferme & Agreable, & Accomplir & parfaire quantque Tretee, parle, accorde, paciſce, compoſe, ordeine, deviſe, ou fait ſerra par noz dirz Meſſages, Commiſſairs, & Deputes, Cynk, Quatre, Trois, & Deux de eux, ſur toutes & cheſcune des Choſes avantdites,

Et de Ratifier, Agreer, & Approver toutes les Choſes avantdites, & cheſcun d'icelles, & leur Dependences, que enſi ſeront accordez, ſur Caucion & Obligacion de touz noz Biens, preſentes & a venirs, ſanz jammes faire ou venir, ou ſoeffrer, quantque en nous eſt, eſtre fait ou venu, en aſcun temps, a l'encontre.

Don. par Teſmoignance de noſtre Grand Seal, a noſtre Paleys de *Weſtm.* le xxvi. jour de Novembre, l'An de Grace Mille, Troiſcentz, Quatrevintz, Oytiſme.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*



Digitized by Google

dit Roialme de Caſtelle, a chival, ou a Pie, lours Chivalx, Monnoye, Hernois, ou autres Biens quelconques, en noz Seur Conduyt, Protection, Tuition, & Sauve garde, & Defenſe eſpecialx, en venant es Parties de Picardie pur le Fait du dit Traictie, & la demourant, & retournant vers les parties de France, par Mere, & par Terre, Tout Enſemble, ou par Parties, ſi come bone leur ſemblera, & ſi ſouvent come il leur plaira pur la cauſe deſſuſdite, juſqes au Quinzeiſme jour de Mars prochein venant;

Si Donons en Mandement & Commandons, *&c. prout in Conſimilibus de Conductu Literis.*

Don. a noſtre *Paleyt de Weſtmonſtier*, le Quint Jour de Feverer, l'An de Grace Mille, Troiſcentz, Quatrevyntz, & Oept, & de noſtre Regne Douſziſme.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

---

*Salvi Conductus, pro Ambaſſatoribus Franciæ, Elongatio.*

Ann. D. 1389. *An.* 12. *R.* 2. *Ibidem.*

LE Roi a, touz noz Lieutenantz, *&c. ut ſupra uſque ibi*, pur la Cauſe deſſuſdite, *& tunc ſic*, juſques au Primer Jour de May, proſchein venant, *&c. ut ſupra.*

Don. a noſtre *Paleys de Weſtm.* le Quart Jour de Mars.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

---

*De Fructubus Papæ non levandis.*

Ann. D. 1389. *An.* 12. *R.* 2. *Clauſ.* 12. *R.* 2. *m.* 16. *d.*

REX, dilecto ſibi, *Jacobo Dardain*, Nuncio ſive Procuratori Domini Summi Pontificis in Anglia, Salutem.

Cùm in Sacramento veſtro, coram nobis & Concilio noſtro, in primo Adventu veſtro in Angliam, præſtito, inter cætera, contineatur,

*Quòd aliquos primos Fructus, quorumcumque Beneficiorum, per nos quocumque titulo datorum, præſentatorum, ſive nominatorum, aut de Beneficiis per Dominum* Summum Pontificem *conceſſis vel concedendis, per viam Expectationis, de gratiâ communi vel ſpeciali,*
• VII. 615. *exigere vel * levare, aut aliquos Proceſſus eâ de cauſâ non faceretis.*

Jámque intellexerimus quòd,

Licet *Johannes de Langeton*, nuper Præbendarius Præbendæ de Comba Sexta in Eccleſia Cathedrali Wellenſi, eandem Præbendam per viam Expectationis optinuerit, ut dicitur,

Vos tamen quamplures Proceſſus, contra incumbentem Præbendæ prædictæ, ad ſolvendum primos Fructus pro Præbenda prædicta, quam prædictus Johannes per viam Expectationis, ut præmittitur, optinuit, facitis, & ipſum eâ de causâ multipliciter inquietatis, minus juſtè, in noſtri Contemptum & dicti Incumbentis grave Dampnum, ac contra vim & effectum Sacramenti veſtri prædicti,

De quo non immeritò conturbamur,

Vobis Mandamus, firmiter injungentes, quòd, ſi idem Johannes Præbendam prædictam, per viam Expectationis, ut prædictum eſt, optinuit, tunc quoſcumque Proceſſus, pro hujuſmodi primis Fructubus habendis, eâ occaſione factos, Revocetis ſeu Revocari faciatis, & Sequeſtrum, ſi quod in Fructubus dictæ Præbendæ, eâ de causâ, feceritis, ſive appoſueritis, ſine dilatione

Lieutenant, d'une Part, & Nous *Gaſton*, par meiſme la grace, *Conte de Foix*, Seigneur de Bearn, Viſconte de Marſan & de Gavardain, d'autre,

PRIMEREMENT, Nous Johan Duc & Lieutenant ſuſdit avons Promys, & Promettons par ces Preſentes, au dit Conte, noſtre Treſchier Couſin, que mon dit Sieur le Roy, & Nous tant come ſerons ſon Lieutenant en Aquitaine, & les Lieutenantz & Seneſchalx d'Aquitain qui ſerront pour le temps, aideront toutes le foitz q'il en avera Buſoigne, au dit Conte de Foix en ſes Guerres encontre *le Conte d'Armaignac* & *le Sire de la Bret* (ſoit Guerre ou Trieves entre les Deux Roys d'Engleterre & de France) de Troys Centz Hommes d'Armes, as Gages du dit Conte (c'eſtaſſavoir) Quinſze Francs pour Homme d'Armes le Moys.

Et ſi, pur le Pees des ditz Roys, ou autrement, les ditz Conte d'Armaignac & le Sire de la Bret venoient a l'Obeiſſance de mon dit Sire le Roy, le dit Roy, & Nous comme Lieutenant, & le Seneſchal d'Aquitain, Aideront au dit noſtre *Couſin de Foix* contre les ditz *Conte d'Armaignac* & *Sire de la Bret*, come dit eſt.

* Et Deffendront a touz les Subgitz du dit Monſieur le Roy, • VII. 616.
ſur grandes & groſſes poines raiſonables, que eulx ne irront en Eide des ditz *Conte d'Armaignac* & *Sire de la Bret* tant come ils ſerront ſes Enemys & Rebelles.

Et Nous, *Gaſton Conte* ſuſdit, Promettons de Servir & Aider noſtre dit Sire le Roy d'Engleterre, encontre le *Conte d'Armaignac* & le *Sire de la Bret*, toutes & a tantz de Foix come Nous en ſerrons requys par le dit Roy, ſon Lieutenant, ou Seneſchal en Aquitain, qi ore ſont, ou pour le temps ſerront, oveſque Deux Centz Hommes d'Armes as Gages du dit Roy (c'eſtaſſavoir) Quinſze Francs pour Homme d'Armes le Moys; ſoit Guerre ou Trieves par la manere deſuſdite.

Et ne ſoeffrerons que, en nulle guiſe (ſoit Guerre, Pees, ou Trieves) nulle de noz Subgitz ſoient, oveſque les ditz *Conte d'Armaignac* & *Sire de la Bret*, encontre le dit Monſieur le Roy.

Et Garderons noſtre Loyaltee devers mon dit Sieur le Roy, ainxi come Nous avons fait juſqes au jourdy, bien & loialment, ſi Dieux pleſt, a tout noſtre poair.

Et toutes ces Choſes avons Nous Johan Duc & Lieutenant, en Nom que deſuys, & Nous Gaſton Promys & Jure Obſerver, Garder, Tenir, & Accomplier, de Point en Point, ſanz fraude, ou mal engin.

Et nous Johan Duc & Lieutenant ſuſdit Promettons au dit noſtre Couſyn de Foix, de luy faire avoir Lettres, de mon dit Sieur le Roy, entre ſi & le Treize jour d'Averil, prochein a venir, que ſerra le jour de Paſqes, d'Approbation & Confirmation des Choſes ſuſdites; oveſque Mandementz as Lieutenantz & Seneſchalx d'Aquitan de les Tenir & Accomplier par la manere ſuſdite.

Et en Teſmoignance, & a greigneure Fermetee des Choſes ſuſdites, avons my en ceſte preſente Endenture noz Seelx entrechangeablement.

Don. a *Curteys* le vi. jour d'Averil, l'An de Grace Mil, Troys Centz, Quatre vyntz & Neuf.

---

*Salvi Conductus pro Ambaſſatoribus Franciæ Prorogatio.*

LE ROY a touz noz Lieutenantz, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Ann. D.
Arnault de Corbye, *& tunc ſic*, Chivaler Chanceller de noſtre 1389.
dit Adverſaire, *&c. ut ſupra uſque ibi*, pur la cauſe deſſuſdite, *An.* 12.
*& tunc ſic*, *R.* 2.
Juſqes au Quinziſme jour de Julet, proſchein venant, *&c. ut* *Franc.* 12.
*ſupra.* *R.* 2. *m.* 5.

Don.

Digitized by Google

W. Cantuarienſis Archiepiſcopi *totius Angliæ Primatis*,
J. Herefordiæ,
Th. Exoniæ,
*Et* J. Sarum,
*Epiſcoporum:*
Edmundi *Ducis Eborum*,
*Henrici*, Derbiæ,
*Et*, Henrici, *Northumbriæ*,
*Comitum*,
*Ac aliorum Magnatum, liberavit, & ſecum ad Hoſpitium ſuum deferri fecit:*

*Et die Craſtinâ idem Epiſcopus Wyntonienſis Cancellarius, in Magna Aula Weſtmonaſterienſi, in loco pro Cancellaria ordinato, circa horam octavam, Bagam prædictam aperiri, & Sigillum illud extrahi, & diverſa Cartas, Literas Patentes, & Brevia, prout moris eſt, in præſentia Clericorum Cancellariæ prædictæ, & multorum aliorum, in expeditione Proſequentium, ſigillari fecit; Officium illud extunc, prout moris eſt, inde exercendo.*

---

### *Super Factis Armorum.*

Ann. D. 1389. *An.* 12. *R.* 2. *Franc.* 12. *R.* 2. *m.* 4.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Conceſſimus & Licentiam Dedimus *Johanni Goldyngton* Armigero, quòd ipſe, apud Villam noſtram Caleſii, deliberare poſſit *Griffinum de Liſques*, de Franciâ, de diverſis Factis & Punctis Armorum, ab eodem Johanne per præfatum Griffinum exactis, abſque Impedimento noſtri, vel Hæredum noſtrorum, aut Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque;

Statu noſtro, & ipſius Johannis, ac Marchiarum noſtrarum Caleſii, in omnibus ſemper ſalvo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, vi. die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *De Proviſione pro Eccleſia Menevenſi.*

Ann. D. 1389. *An.* 12. *R.* 2. *Ex Origine in Turri. n.* 12.

U*Rbanus Epiſcopus*, Servus Servorum Dei, cariſſimo in Chriſto Filio, *Richardo Regi Angliæ* Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Gratiæ divinæ Præmium & Præconium humanæ laudis acquiritur, ſi, per Seculares Principes, Eccleſiar. Prælatis, præſertim Cathedralium Eccleſiar. Regimini Præſidentibus, oportuni Favoris Præſidium & Honor debitus impendatur.

Dudùm ſiquidem, bonæ memoriæ, *Adam Epiſcopo Menevenſi*, Regimini Menevenſis Eccleſiæ præſidente, nos, cupientes eidem Eccleſiæ, cùm illam vacare contingeret, utilem & ydoneam, per Apoſtolicæ Sedis Providentiam, præſidere Perſonam, Proviſionem dictæ Eccleſiæ Ordinationi & Diſpoſitioni noſtræ eâ vice duximus ſpecialiter Reſervandam, decernentes extunc irritum & inane, ſi ſecus, ſuper his, per quoſcumque, quavis Auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contingeret attemptari.

... dare.

Dat. *Romæ* apud *Sanctum Petrum* iij. Non. Maii, Pontificatus noſtri Anno Duodecimo.

*De Baſtica.*

*Armandus.*

---

### *Super Regimine Regni, in propriam Perſonam Regis, Reſumpto, de Proclamatione.*

Ann. D. 1389. *An.* 12. *R.* 2. *Clauſ.* 12. *R.* 2. *m.* 7. *d.*

REX *Vicecomitibus Londoniæ*, Salutem.

Deſiderantes intimè, ut tenemur, bonum Regimen, ac proſperam & fœlicem Gubernationem, Regni noſtri Angliæ, ac totius Populi & Ligeorum noſtrorum ejuſdem Regni, necnon Pacem & Tranquillitatem ubique in Regno noſtro prædicto confoveri, ac Leges & Conſuetudines ejuſdem Regni firmiter obſervari, Juſtitiamque & plenum Rectum omnibus & ſingulis Ligeis & Subditis noſtris fieri & miniſtrari,

De aviſamento, aſſenſu, & conſilio Prælatorum, Procerum, & Magnatum ejuſdem Regni noſtri, INTEGRUM REGIMEN AC PLENAM GUBERNATIONEM REGNI NOSTRI PRÆDICTI SUPER PERSONAM NOSTRAM PROPRIAM SUMPSIMUS ET SUSCEPIMUS,

Sperantes indubiè, ac cum Dei adjutorio firmiter proponentes, Regnum ac Populum noſtrum prædicta in Propria Perſona noſtra, cum deliberatione Concilii noſtri, meliùs, feliciùs, & proſperiùs, ad Honorem Dei, ac majorem Quietem & Tranquillitatem Populi noſtri prædicti, necnon pleniorem exhibitionem Juſtitiæ, quàm hucuſque tempore noſtro fieri conſuevit, favente Domino, Regere & Gubernare,

Volentes, ſemper quòd Omnes & Singulæ Gratiæ, Pardonationes, & Remiſſiones, in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium, Anno Regni noſtri Undecimo, per Nos factæ & conceſſæ, in Omnibus ſuis Articulis inviolatæ & inconcuſſæ permaneant & exiſtant, ac in ſuo robore & vigore imperpetuum perſeverent,

Et quòd nullus eorum, cui hujuſmodi Gratiæ, Pardonationes, & Remiſſiones factæ fuerunt, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis fuerit, pro aliquibus, quæ in eodem Parliamento Acta, Geſta Facta, Perpetrata, Remiſſa, & Pardonata fuerint, per Nos, vel Hæredes noſtros, futuris temporibus, impetatur, moleſtetur in aliquo, ſeu gravetur:

Et quia Præmiſſa ad notitiam Populi noſtri volumus pervenire, Vobis Præcipimus quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Civitate prædicta & Suburbiis ejuſdem, in locis ubi melius expedire * videritis, Præmiſſa omnia & ſingula publicè proclamari faciatis, * VII. 619.

Et etiam ex parte noſtra publicè proclamari faciatis quòd nullus, cujuſcumque Statûs vel Conditionis fuerit, aliquas Congregationes, Oppreſſiones, Manutenentias, ſeu Conventicula illicita, quæ in perturbationem Pacis, ſeu turbationem aut commotionem Populi noſtri, aut Legis Communis vel Executionis ejuſdem impedimentum, aliqualiter cedere poterunt, ſub Foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poterit, contra formam & effectum

 Statu-

Digitized by Google

*Per Breve de Privato Sigillo.*

### *Pro Cardinali Tituli Sancti Marcelli, de ſuis Canonicatu & Præbenda.*

Ann. D. 1389. An. 12. R. 2. Ibidem.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Nos,
Ob affectionem & benivolentiam, quas, Venerabilis Pater, *Stephanus, tituli Sancti Marcelli Presbiter Cardinalis*, dictus Tudertinus, erga Nos & Regnum noſtrum gerit, prout veraciter ſumus informati,
Conceſſimus eidem Cardinali, quantum in nobis eſt, quod ipſe Poſſeſſionem Canonicatûs Eccleſiæ Monaſterii de Wilton, Ordinis Sancti Benedicti Sarum Diœceſe, ac Præbendæ de Southneweton in eadem Eccleſia, de quibus ſibi per Dominum *Summum Pontificem* debitè providetur, ut dicitur, *&c. ut ſupra.*
In cujus, &c.
Teſte ut ſupra.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

### * *De Appellatione, in Cauſa ſuper Armis de Azura.*

* VII. 620.

Ann. D. 1389. An. 12. R. 2. Clauſ. 12. R. 2. m. 4.

REX, dilectis ſibi, *Johanni Staple* & *Waltero Leyceſtre*, Servientibus ſuis ad Arma, Salutem.
Ex parte, Dilecti & Fidelis noſtri, *Ricardi le Scrop* Nobis eſt, cum inſtantia, ſupplicatum ut,
Cùm *Robertus Groſvenour* Chivaler, Sententiâ nuper, in quadam Cauſa de & ſuper Armis de Azura, cum una Benda de Auro pendente, coram Conſtabulario & Mareſcallo noſtris Angliæ, inter ipſos *Ricardum* & *Robertum*, per eundem Conſtabularium latâ, ad noſtram Audientiam appellaverit,
Ipſeque Ricardus metuat ſibi ipſum Robertum Appellationem ſuam prædictam proſequi non debere, eidemque Ricardo Dampnum ex hac cauſa multipliciter generari,
Velimus ſibi de Remedio oportuno providere,
Nos,
Nolentes eidem Ricardo in hac parte aliqualiter præjudicari,
Vobis, & alteri veſtrûm, Præcipimus, diſtrictiùs quo poſſumus injungentes, quatinus peremptoriè citetis, vel alter veſtrûm citet ipſum Robertum, quòd compareat coram Nobis, vel Commiſſariis noſtris, in hac parte deputatis vel deputandis, die Lunæ, ultimo die Maii, proximò futuro, apud Domum Fratrum Prædicatorum Londoniæ, ad Introducendum & Proſequendum Cauſam Appellationis ſuæ prædictæ, ſub Pœna Amiſſionis ejuſdem;
Nos, ſive Commiſſarios noſtros, de toto Facto veſtro, vel alterius veſtrûm, in hac parte, tunc certificantes.
Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Maii.

### *De Levatione Subſidii Reſpectuanda.*

Ann. D. 1389. An. 12. R. 2. Ibid. m. 4. d.

REX *Vicecomiti Kantiæ*, Salutem.
Recolentes & attentè Conſiderantes Subſidia & Taxationes quamplurima, ac Cuſtus & Expenſas inæſtimabiles, quæ dilecti & fideles Ligei & Subditi Regni noſtri Angliæ, ab Annis teneris, quibus, Deo volente, dicti Regni Gubernacula Suſcepimus, præſertim ad Honorem noſtrum augmentandum, ac ejuſdem Regni

### *De Commiſſariis aſſignatis in cauſa de Armis antedicta.*

Ann. D. 1389. An. 12. R. 2. Pat. 12. R. 2. p. 2. m. 7.

REX, dilectis & fidelibus ſuis,
*Thomæ de Holand*, Kantiæ,
*Willielmo de Monte Acuto*, Sarum,
Et *Henrico de Percy*, Northumbriæ,
Comitibus:
Ac *Johanni de Cobham*,
*Richardo Adderbury*,
Militibus:
Necnon Magiſtro *Johanni Appelby*, Decano Eccleſiæ Cathedralis Sancti Pauli Londoniæ,
Magiſtro *Johanni Barnet*,
Magiſtro *Roberto Weſton*,
Et Magiſtro *Nicholao Stoket*,
Legum Doctoribus; Salutem.
Sciatis quòd,
Cùm Conſtabularius noſter Angliæ,
In quadam Cauſâ, de & ſuper Armis de Azura, cum una Benda de Auro, inter *Richardum le Scrop* Militem, Partem Actricem ex una parte, & *Robertum Groſvenour*, Partem Defendentem ex altera parte, in Curia noſtra Militari motâ & pendente, procedens,
Quandam Sententiam Diffinitivam Injuſtam, ut aſſeritur, tuliſſet,
A quâ quidem Sententiâ ad noſtram Audientiam, per Partem dicti Roberti, fuiſſet & ſit, ut prætenditur, Appellatum,
Cujus quidem Appellationis Proſecutionem idem Robertus intendit, ut accepimus, in Præjudicium dicti Richardi indebitè prolongare,
Et Nos (volentes Dilationum Materias amputare, & unicuique facere quod eſt juſtum) Mandaverimus & fecerimus præfatum Robertum peremptoriè citari ad Comparendum coram Nobis, vel Commiſſariis noſtris, certis Loco & Termino competentibus, ad Introducendum & Proſequendum Cauſam Appellationis prædictæ, ſub Pœna Amiſſionis ejuſdem, prout per Literas noſtras Mandatorias, in hac parte factas, &, ut dicitur, executas, plenius poterit apparere,
Jamque Nos,
De fidelitate & provida circumſpectione veſtris plenius confidentes,
Vobis, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tribus, & Duobus veſtrûm in ſolidum, ad Audiendum, & Procedendum, Cognoſcendum, Statuendum, Diffiniendum, & Exequendum in, de, & ſuper Cauſa Appellationis prædictæ, cum ſuis Dependentiis, incidentibus, emergentibus, & connexis, cum quacumque Cohertione legitimâ & neceſſariâ, Tenore Præſentium, committimus vices noſtras & plenam in hac parte Poteſtatem;
Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, Mandamus quòd circa præmiſſa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta, prout juſtum fuerit & conſonum Rationi,
Volentes quòd, ſi aliqui, vel aliquis veſtrûm, inchoaverint, vel inchoaverit procedere in Præmiſſis, alii, vel alius veſtrûm, liberè procedere valeant, & valeat in eiſdem, licet Inchoantes abſentes, vel Inchoans abſens, fuerint, vel fuerit, etiam nullo Impedimento legitimo impediti ſeu impeditus;
Damus autem dicto Conſtabulario, ac univerſis & ſingulis Officiariis, Miniſtris, Ligeis, Subditis, & Fidelibus noſtris (quorum intereſt) Tenore Præſentium, in Mandatis quòd Vobis, Octo,
Sep-

Digitized by Google

*Papa Excommunicatis.*

Ann. D. 1389. *An.* 12. R. 2. *Clauſ.* 12. R. 2. *m.* 1.

REX, Cuſtodibus Paſſagii in Portu Londoniæ & Aqua Thamiſis, Salutem.

Quia pro certo accepimus quòd Dominus *Summus Pontifex* omnes illos de Terra Iſpanniæ, qui Inimici noſtri & notoriè Sciſmatici exiſtunt, ac omnes alios ad eos accedentes, ſeu cum eis qualitercumque communicantes, excommunicavit,

Et quamplures Ligei noſtri Angliæ, tàm verſus Sanctum Jacobum in Terra illa, quàm alias Partes exteras, peregrè & aliis cauſis proficiſci intendunt,

Secum diverſas Pecuniarum Summas, in Maſſa, Plata, & Moneta, contra Ordinationem & Defenſionem noſtras publicè & manifeſtè educentes,

Nos, ex cauſis Præmiſſis, vobis præcipimus, firmiter injungentes, quòd aliquos Ligeos noſtros (præterquam Mercatores notorios) verſus aliquas Partes exteras, in Portu & Aqua prædictis, nullatenus tranſire permittatis; quocumque Mandato noſtro, vobis prius directo, non obſtante.

Et hoc, ſub Forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poteritis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Junii.

*Per Concilium.*

Conſimilia Brevia diriguntur Cuſtodibus ſubſcriptis, *&c.*

---

Au Jour de la Confection de ces preſentes Lettres, en noſtre Conſeil, tenu en noſtre Chaſtel de Edynburch, en la preſence de Maiſtre *Gulliame de Cantieres*, & *Odart de Broille*, Embaſadeurs & Meſſagieres de, tres Excellant Prince, *Charles*, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, noſtre Treſame Couſin & Alie,

Feuſt

Digitized by Google

crationem, Venerabilis Patris, *Ricardi Epiſcopi Ciceſtrenſis* ultimi, tunc Archidiaconi & veri Poſſeſſoris ejuſdem, vacavit,

Idemque Jacobus, variis Infirmitatibus & Moleſtiis aliis præpeditus, corporalem Poſſeſſionem ejuſdem Archidiaconatûs, ante ſeu poſt Statutum de Proviſoribus, in ultimo Parliamento noſtro editum, minimè ſit adeptus, nec Executionem ejuſdem Proviſionis, contra Statutum prædictum, in aliquo proſecutus,

Velimus ſibi Licentiam concedere ſpecialem, quòd ipſe Jus ſuum, quod ad Archidiaconatum prædictum, virtute Bullarum prædictarum, optinet, in Curia Chriſtianitatis licitè proſequi, ac Corporalem Poſſeſſionem ejuſdem Archidiaconatûs, quatenus de jure poterit, accipere & continuare poſſit,

Quodque Executores Gratiæ ſuæ hujuſmodi Executionem Bullarum prædictarum ac cætera, quæ ad eos incumbunt in hac parte, facere & exequi poſſint,

Nos,

Supplicationi prædictæ, ob reverentiam Sedis Apoſtolicæ, & Contemplatione Perſonæ ipſius Jacobi, favorabiliter inclinati,

Licentiam hujuſmodi præfato Jacobo & Executoribus ſuis prædictis, de Gratia noſtra ſpeciali, ac de Aſſenſu Prælatorum & Procerum Regni noſtri, in præſenti Parliamento noſtro, Tenore Præſentium, duximus concedendam, aliquibus Statutis ſive Ordinationibus de Proviſoribus, in contrarium factis, non obſtantibus:

Nolumus tamen quod hæc noſtra Licentia, quæ ad præſens de maxima Gratia noſtra procedit, trahatur in conſequentiam vel exemplum quomodolibet in futurum;

Et hoc omnibus & ſingulis, quorum intereſt, innoteſcimus per Præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, primo Die Decembris.

*Per ipſum Regem & Petitionem in Parliamento.*

---

## *De Fratribus Apoſtatis, ad Gradum Magiſterii non promovendis.*

Ann. D. 1390. *An.* 14. *R.* 2. *Ibid. m.* 6.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Supplicarunt Nobis Fratres Ordinis Prædicatorum, in Regno noſtro Angliæ, ut,

Cùm prædictus Ordo inſtitutus fuerit in Subſidium Eccleſiæ, & ad Expugnandum Hæreſes & Errores, & ad Prædicandum Populo verbum Dei, ad quæ Scientia & bona Vita maximè requiruntur,

In quibus Doctores prædicti Ordinis, in Univerſitatibus Oxoniæ & Canterbruggiæ, per Præſentationem dicti Ordinis conſueverunt examinari, & ſic ad Gradum Magiſterii promoveri,

Et nunc quidem Fratres, dictorum Regni & Ordinis, notabiliter vitioſi, utputa Apoſtatæ, & propter ſua Scelera Carceribus in Ordine condempnati, Mare tranſeuntes, ſubdolè & fraudulenter procurant ſibi Gradum Magiſterii & alias Exemptiones, in Detrimentum Eccleſiæ, Læſionem Fidei Catholicæ, præjudicium & Scandalum noſtrum & Regni noſtri, ac Verecundiam Ordinis antedicti



reſpectu, per idem tempus duraturis, ſub eadem Data, videlicet,

*Idem Comes*, ſub nominibus *Johannis Buſſy* Chivaler & *Petri de Barton* Clerici.

*Idem Dux recepit Attorn. pr. Brev.*

*Idem Comes*, ſub nominibus *Johannis Epiſcopi Menevenſis* & Magiſtri *Edmundi de Stafford* Clerici.

*Idem Comes*, ſub nominibus *Willielmi Loveney* & *Johannis Lewenthorp*.

*Idem Dux recepit Attornamentum præſentis Brevis.*

---

## *De Salvis Conductibus, in Negotio Franciæ & Scotiæ, concedendis.*

REX, dilectis & fidelibus ſuis, *Gerardo Heron*, & *Thomæ Grey*, Militibus, *Johanni Mitford*, & *Johanni Lincoln*, Armigeris, Salutem. Ann. D. 1390. *An.* 14. *R.* 2. *Scot.* 14. *R.* 2. *m.* 4.

Affectantes intimè ut Negotium ultimæ Concordiæ,

Inter *Nos* & *Adverſarium noſtrum Franciæ*, pro ſe & pro parte *Adverſarii noſtri Scotiæ*, tanquam Alligati ſui, initæ & firmatæ,

Ad finem deducatur efficacem, vobis Quatuor, Tribus, & Duobus veſtrûm,

De quorum Fidelitate & Circumſpectione plenam & ſolidam fiduciam reportamus,

Ad dandum, faciendum, & nomine noſtro concedendum, ſub Sigillis veſtris, Quatuor, Trium vel Duorum veſtrûm, tot, & tales, & tàm ſufficientes Literas de ſalvo & ſecuro Conductu, ſalvâ Gardiâ & Protectione, per tanti temporis ſpatium duraturas, prout vobis, Quatuor, Tribus, vel Duobus veſtrûm, meliùs expedire videbitur, quibuſcumque Perſonis de Scotia, tàm Eccleſiaſticis, quàm Secularibus (cujuſcumque Statûs, Gradûs, Conditionis, Honoris, Dignitatis, vel Præeminentiæ fuerint) quas dictus Adverſarius noſter Scotiæ, ad intereſſendum Petitioni debitæ Reformationis quorumcumque Attemptatorum, Meſpriſionum, & Malefactorum, contra formam Concordiæ prædictæ qualitercumque perpetratorum, hinc indè faciendæ, ac Præſtationi Juramenti Conſervatorum Treugarum, & aliorum Officiariorum Principalium Terræ Scotiæ, & Cuſtodum Marchiarum ejuſdem, qui nondum Jurati exiſtunt, per Regnum, Dominia, Diſtrictus, & Poteſtatem noſtra, tàm per Terram, quàm per Mare, mittere & deſtinare voluerit, plenam & ſufficientem Auctoritatem ac Poteſtatem ſpecialem committimus per Præſentes,

* Volentes quòd hujuſmodi Literæ de ſalvo & ſecuro Conductu, ac Salvâ Gardiâ & Protectione, per vos, &c. ſic faciendæ, in hoc Caſu, tantum robur optineant Firmitatis, ac ſi per Nos proprio Sigillo noſtro conceſſæ forent & ſignatæ, * VII, 692.

Promittentes Nos etiam Ratum, Gratum, Firmum, & Acceptum habituros quicquid per vos, &c. Nomine noſtro, Actum ſeu Geſtum fuerit in Præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Decembris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Franc. 14. R. 2. m. 7.

LE Roi a, l'Onurables Pieres en Dieu, *l'Ercevesque de Bordeux*, *l'Eveſque de Akes*, &c, noz cheres & foialx, *William l'Scrop* Seneſchal de Guyene, & Meiſtre *Pelrin de Fav*, Salutz.

Sachez que,

Come nous eions reſceuz les Lettres Patentes de, noſtre treſchere Coſyn, *Charles Roy de Navarre* & Conte d'Eureux, ore tard a nous preſentez par, noſtre chere & bien ame, *Charlot de Beaumont* Alferis de Navarre, enſemblement oveſque autres Evidences, touchantz un certein Article, tret hors du Teſtament de le Noble Pere noſtre dit Couſyn, ſicome meſmes les Evidences ſont mention,

Par vertue des queles Lettres & Evidences le dit Charlot ad demandez Reſtitution eſtre fait du Chaſtel & de la Ville de Chirburgh, ſur certeine forme & condition par Luy expreſſez & declarez,

Et ſur ceo, de l'avis & aſſent de noz cheres Uncles, *le Duc de Guyene* & de Lancaſtre, *le Duc d'Everwyk*, & *le Duc Glouceſtre*, & d'autres Contes, Barons, & Seigneurs de noſtre Roialme, qi eſtoient obligez ſur certeine forme & condition de Reſtituer les ditz Chaſtell & Ville, Ordeiſnaſmes & Chargeaſmes certeines notables perſones, de les pluis Sages de noſtre Roialme, qi ſont apris en la Ley, pur veoir & examiner meſmes les Lettres & Munimentz q'ils ſoient ſufficeantes ou noun, & de Reporter a nous & as noz ditz Obligez lour bone & ſage Avis ſolonc lour diſcretions, iſſint que Nous & meſmes les Obligez purroiens faire, a l'Onur de Nous, & la Salvation de lour Eſtatz, ceo que Droit, & Reſon, & bone conſcience demandent en ce Cas,

* VII. 693.

* Nous,

Pleinement enfourmez parmy la relation & report, a Nous as ditz Obligez fait, que les ditz Munimentz ne ſont pas ſufficeantz, einz en pluſours pointz ſi defectives, que, par vertue d'ycelles, la Reſtitution des ditz Chaſtel & Ville ne purra reſonablement & juſtement eſtre demandez,

Et veullantz, par celle Cauſe, & meſmes les Obligez deſirantz, de trover aſcune voie, par quele nous purrons faire noſtre devoir en celle Partie, ſanz fraude, ou male engyn, ou Subtilite queconque, ſauvez l'Onur de Nous & de les ditz Obligez,

De l'avis & aſſent ſuſditz vous avons Ordenez & Deputez, & Trois de vous, pur aler a Seint Johan Pee de Port, pur y veoir & examiner l'Original Teſtament del Piere meſme noſtre Couſyn, & toutes autres Evidences & Choſes, qui purront valoir a l'effect, del Volentee de noſtre dit Couſyn, & entention touchant la dite Reſtitution, en les plus ſeure & honeſte maniere qui faire ſe purra a l'eiſe de la Partie de noſtre dit Couſyn, ſanz y mettre aſcune ſubtilite ou fraude queconque,

Et, pur ceo, vous Mandons & Chargeons que vous Entendez diligealment entour les Choſes ſuſdites, & les facez & executez en la forme & manere ſuſdite,

Et apres nous certifiez clerement la Veritie de meſme la Matiere, ſi avant come vous ent purrez eſtre enformez par Inſpection & Examination de ſuſdite, & autrement, au fyn que nous & les ditz Obligez purrons faire, en meſme la Matiere, ceo qui purra eſtre a l'Onur de Nous, & la Salvation de les eſtatz des Obligez avantdites.

En Teſmoignance de quele Choſe a iceſtes preſentes Lettres nous avons fait mettre noſtre Grant Seal.

Don. a noſtre *Paleis de Weſtm.* le x. jour de Januer.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

## *De Gubernatoris, in Terra Prucia, Electione Ratificatio.*

Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Franc. 14. R. 2. m. 6.

REX Omnibus, ad quos, &c, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, ob defectum boni & ſani Regiminis, diverſa Dampna, Diſſenſiones, Tribulationes, & Anguſtiæ nuper inter Mercatores Regni noſtri Angliæ, in Terra Pruciæ, & in Partibus * de Leſcone, Sounde, & in Dominiis de Hanſa commorantes, ſæpiùs ante hæc tempora mota fuiſſent & perpetrata, ac Majora exinde (quod abſit) futuris temporibus veriſimiliter evenire formidantur, niſi, pro meliori Gubernatione inter eoſdem Mercatores mutuo habendâ, Manus noſtras adjutrices celeriùs apponamus,

* VII. 694.

Ac iidem Mercatores, Dampnis & Periculis, iminentibus in hac parte, ſummo deſiderio & bono zelo cupientes penitus præcavere, quendam *Johannem Bebys*, Civem Civitatis noſtræ Londoniæ, in Gubernatorem ſuum in Terra, Partibus, & Dominiis prædictis, ex ipſorum unamini conſenſu & merâ voluntate, liberè elegerint, Nobis cum inſtantiâ ſupplicando ut ad hoc Aſſenſum noſtrum Regium favorabiliter præbere dignaremur,

Nos,

Deſiderantes intimè quòd Mercatores prædicti, & alii de dicto Regno noſtro, ad Terram, Partes, & Dominia prædicta venturi juſtè & fideliter pertractentur & regantur in futurum,

Ac de Fidelitate, ſenſu, & Circumſpectione ipſius Johannis plenam & ſolidam fiduciam optinentes,

Electionem, de ipſo Johanne, in Gubernatorem omnium & ſingulorum Mercatorum Anglicorum, in Terra, Partibus, & Dominiis prædictis jam exiſtentium & declinantium, per Communitatem Mercatorum prædictorum ſic factam, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus per Præſentes:

Volumus etiam &c, Tenore Præſentium, concedimus eiſdem Mercatoribus quòd ipſi, quolibet Anno, Loco competenti & honeſto, circa Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, ubi ſibi placuerit, ſe congregare & unire, & quandam Perſonam idoneam & ſufficientem, in Gubernatorem ſuum, in eiſdem Terra, Partibus, & Dominiis, inter ſe, ad eorum libitum, de novo eligere & optinere valeant liberè & impunè:

Dantes ulterius & concedentes eidem *Johanni*, ſeu hujuſmodi Perſonæ, per ipſos Mercatores de cætero ſic eligendæ, quantum in nobis eſt, Poteſtatem & Auctoritatem ſpeciales omnes & ſingulos Mercatores Anglicos, ad Loca prædicta de cætero venientes & declinantes, per ſe, vel ſufficientes Loca ſua tenentes, Regendi & Gubernandi,

Ac eis & eorum cuilibet, in ſuis Cauſis & Querelis quibuſcumque, plenam & celerem Juſtitiam Faciendi,

Et quaſcumque Quæſtiones, Conditiones, Diſcordias, & Debatas, inter ipſos Mercatores Anglicos, aut Mercatores Terræ Partium & Dominiorum prædictorum motas ſeu movendas, Reformandi, Reformationemque Petendi, Redigendi, ſedandi & Pacificandi,

Ac quæcumque Tranſgreſſiones, Dampna, Meſpriſiones, Exceſſus, Violentias, & Injurias, per dictos Mercatores Anglicos facta ſeu facienda, Redigendi, Reparandi, Reſtaurandi, & Emendandi, conſimileſque Reſtitutiones, Reparationes, Reſtaurationes, & Emendationes de ipſis Mercatoribus Terræ, Partium, & Dominiorum prædictorum, ſeu Deputatis ſuis, Requirendi, Petendi, & Recepiendi;

Volentes etiam omnes Juſtas & rationabiles Ordinationes,

Per præfatum Johannem, ſeu dictam Perſonam de novo ſic de cætero eligendam, ſeu eorum ſufficientes Loca tenentes, de communi

Digitized by Google

ut accepimus,

Habendas & Percipiendas, ſingulis annis, ad Scaccarium noſtrum, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, per aquæles Portiones, modo quo Frater *Willielmus Syward*, nuper Confeſſor, cariſſimi Domini, Domini *E.* nuper *Regis Angliæ*, Avi noſtri defuncti, percipere ſolebat, occaſione Officii ſui, Virtute Literarum Patentium ipſius Avi noſtri, ſibi indè confectarum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Primo die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Pro Duce Aquitania, Quietatio de feodis.*

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1391. Sciatis quòd,
*An.* 14. De Gratia noſtra ſpeciali, & conſideratione boni Servitii quod,
*R.* 2. cariſſimus Avunculus noſter, *Johannes Dux Aquitaniæ* & Lan-
*Ibid.* caſtriæ nobis impendit, & magni Loci quem nobis & toti Regno
*m.* 36. noſtro indies tenet,

Concessimus eidem Avunculo noſtro quòd ipſe, pro Termino Vitæ ſuæ, ſit quietus de Solutione quorumcumque Feodorum Magni Sigilli noſtri, & aliorum Sigillorum noſtrorum, pro quibuſcumque Cartis noſtris, Literis Patentibus, Commiſſionibus, Brevibus Originalibus & Judicialibus, pro ipſo Avunculo noſtro faciendis, tàm in Cancellaria noſtra, quàm in Scaccario noſtro, & Receptâ ejudem, ac etiam in utroque Banco noſtro, & in aliis Curiis noſtris quibuſcumque, necnon Communium Finium per ipſum Avunculum noſtrum in dicta Cancellaria noſtra faciendorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viii. die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Poteſtate Tractandi cum Comite Doſtrevant.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1391. Sciatis quòd Nos,
*An.* 14. De & ſuper Materia infraſcripta maturâ & plenâ Deliberatione
*R.* 2. præhabitâ,
*Franc.* Ex certa noſtra ſcientia Conſtituimus, Ordinavimus, & Feci-
14. *R.* 2. mus, Creavimus, per Præſentes, noſtrum verum & legitimum
*m.* 3. Procuratorem, Negotiorum Geſtorem, ac Nuncium ſpecialem, dilectum Conſanguineum noſtrum, *Henricum Comitem Northumbriæ*, Capitaneum Villæ noſtræ Caleſii,

Ad Tractandum, Paciſcendum, & finaliter Concordandum cum, cariſſimo Conſanguineo noſtro, *Comite Doſtrevant*, vel ejus Procuratoribus, Nunciis, ſeu Deputatis, in hac parte plenariam Poteſtatem ab ipſo Comite Doſtrevant habentibus, de & ſuper quibuſcumque Amicitiis, Alligantiis, ac mutuis Auxiliis (videlicet)

* VII. *Inter *nos*, pro nobis, Regnis, Terris, Dominiis, ac Subditis
696. noſtris quibuſcumque, ex parte una, & *præfatum Comitem Doſtre-*



gnati, ad fideliter faciendum tales Literas, quando indiguerit, & non alio modo, per Sacramentum ſuum,

Et quòd circa dictum ſigillum Nomen Comitatûs, & ex tranſverſo dicti ſigilli nomen Hundredi, Rapæ, Wapentachii, Civitatis, vel Burgi Scribatur, prout in eodem Statuto plenius continetur,

Nos,

Volentes Statuum prædictum Executioni debitæ demandari,

Tibi Præcipimus diſtrictiùs quo poſſumus injungentes, quòd, omnibus aliis prætermiſſis, & Excuſatione quacumque ceſſante, quoddam Sigillum noſtrum, de Auricalco, pro quolibet Hundredo, Rapa, & Wapentachio Comitatûs prædicti, Fieri & Fabricari, & circa dictum Sigillum Nomen ejuſdem Comitatûs, ac ex Tranverſo dicti Sigilli Nomen hujuſmodi Hundredi, Rapæ, vel Wapentachii, ſcribi, & Sigillum illud, cùm ſic factum & fabricatum fuerit, Alicui Juſticiariorum noſtrorum, ad Pacem noſtram in Comitatu prædicto conſervandum aſſignatorum, liberari facias, ut ipſe hujuſmodi Sigillum alicui Probo Homini de Hundredo, Rapa, Wapentachio, Civitate, & Burgo liberare valeat, cuſtodiendum juxta Formam Statuti prædicti,

Nobis de toto Facto tuo in hac parte, in Cancellariam noſtram, ſub Sigillo tuo, citra Quindenam Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futuram, diſtinctè & apertè, certificando;

Et Nos Tibi cuſtus, quos in hac parte, circa Facturam dicti Sigilli, rationabiliter appoſueris, in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, allocari faciemus.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viii. die Martii.

---

### * *Pro Religioſis Alienigenis, de Licentia Alienandi.* • VII.

697.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, de Gratia noſtra ſpeciali, Concessi- 1391.
mus & Licentiam Dedimus, pro nobis & Hæredibus *An.* 14.
noſtris, quantum in nobis eſt, *Abbati Monaſterii Sanctæ Trinitatis* *R.* 2.
in Monte Sanctæ Katerinæ juxta Rothemagum, & Conventui *Pat.* 14.
ejuſdem Loci, de Poteſtate Franciæ, quòd Ipſi Dare poſſint, *R.* 2.
Concedere, & Assignare, Venerabili in Chriſto Patri, *p.* 2.
*Willielmo de Wykeham*, Epiſcopo Wyntoniæ, Hæredibus & Aſſi- *m.* 32.
gnatis ſuis Imperpetuum, Maneria de Hermondeſworth in Comitatu Midds, & Tyngewyk in Comitatu Buks, cum pertinentiis, ac omnia alia ad prædictos Abbatem & Conventum & eorum Monaſterium pertinentia, infra Regnum noſtrum Angliæ, præter Prioratum de Blithe, cum pertinentiis,

Quæ quidem Maneria & alia ſupradicta in Manu noſtra, occaſione Guerræ inter nos & *Adverſarium noſtrum Franciæ*, exiſtunt, & quæ (exceptis Feodis Militum & Advocationibus Eccleſiarum & Vicariarum in Manibus noſtris remanentibus) Dimittantur ad Firmam per Nomen Cuſtodiæ Prioratûs de Hermondeſworth, & omnium Terrarum, Tenementorum, Reddituum, & Poſſeſſionum ad dictum Prioratum Spectantium, pro qua quidem Cuſtodia Quaterviginti Marcæ nobis reddentur per annum,

Habenda & Tenenda prædicta Maneria, cum pertinentiis, & prædicta omnia alia, ad prædictos Abbatem & Conventum & Monaſterium ſuum prædictum infra Regnum noſtrum Angliæ pertinentia (præter Prioratum de Blithe cum pertinentiis) *præ-*

Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Scot. 14. R. 2. m. 4. * VII. 698.

MEMORANDUM *quòd, Quartodecimo die Martii, Anno præſenti, quædam Literæ Patentes, ſub Magno Sigillo Domini noſtri Regis conſignatæ,*

*Per quas idem Dominus aſſignavit* Walterum Epiſcopum Dunolmenſem, Johannem Epiſcopum Meneven*ſ*em, Thomam Comitem Mareſcallum *& Notynghamiæ*, Johannem Dominum * de Roos, Radulphum Dominum de Nevill, Ricardum le Scrop *Chivaler*, Radulphum de Percy *Chivaler*, Gerardum de Heron *Chivaler*, *Magiſtrum* Ricardum Rouuhale, *Magiſtrum* Willielmum Cawode, *Magiſtrum* Alanum Newerk, Johannem Mitford *Armigerum, &* Johannem Lincoln *Armigerum, ac Duos eorum, ad Recipiendum de Adverſario Regis Scotiæ xxiv. Milia Marcarum, in plenam Satisfactionem Centum Millia Marcarum eidem Domino Regi, occaſione Redemptionis* David de Bruys *defuncti debita,*

*Ac quædam aliæ Literæ Acquietantiæ, ſub dicto Magno Sigillo conſignatæ, de dictis xxiv: Millibus Marcarum, in plenam Satisfactionem prædictarum Centum Millium Marcarum,*

*Liberatæ fuerunt præfato Magiſtro* Ricardo *apud Londoniam ſub conditione quòd, ſi prædicta xxiv. Millia Marcarum eidem Magiſtro Ricardo, & aliis prædictis, juxta effectum Literarum prædictarum, ad opus Domini Regis ſoluta non fuerint, tunc idem Magiſter Ricardus Literas prædictas dicto Domino Regi in Cancellaria ſua reſtituet Cancellandas & Dampnandas.*

ET MEMORANDUM *quòd idem* Magiſter Ricardus, *Nono die Maii, Anno præſenti, tàm dictas Literas Domini Regis, per quas idem Dominus Rex aſſignavit præfatos, Epiſcopos, Comitem, Johannem, Radulphum, Ricardum, Radulphum, Gerardum, Ricardum, Willielmum, Alanum, Johannem, & Johannem, ad recipiendum dicta Viginti & Quatuor Millia Marcarum, ut prædictum eſt, quàm dictas Literas Acquietantiæ de eiſdem Viginti & Quatuor Millibus Marcarum, in Cancellariam dicti Domini Regis Reſtituit Cancellandas, eo quod prædicta Viginti & Quatuor Milia Marcarum eidem Magiſtro Ricardo, & aliis prædictis, juxta Effectum Literarum prædictarum, ad opus Domini Regis, ſoluta non fuerunt.*

---

### *Contra impetrantes Bullas in Curia Romana.*

Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Clauſ. 14. R. 2. m. 13. d.

REX *Vicecomiti Kantiæ* Salutem,

Ad noſtrum jam noviter pervenit intellectum quòd quamplures Perſonæ, Ligei noſtri, in Partibus Exteris exiſtentes, pro diverſis Statutis,

Per Nos, & Progenitores noſtros, quondam Reges Angliæ, ac Proceres, Magnates, & Communitatem Regni noſtri Angliæ, pro Communi utilitate ejuſdem factis,

Adnullandis & Caſſandis proſequuntur, & quamplura alia Mala ibidem faciunt & perpetrant in noſtri Contemptum & Præjudicium, ac Regni & Populi noſtri grave Dampnum, necnon Legum & Conſuetudinum dicti Regni noſtri Adnullationem manifeſtam,

Nos,

Pro Salvatione Statutorum, ac Legum, & Conſuetudinum prædictorum proſpicere volentes, ut tenemur,

Tibi de aviſamento Procerum & Magnatum Regni noſtri prædicti, ac aliorum de Concilio noſtro nobis exiſtentium, præcipimus, firmiter injungentes, quòd in pleno Comitatu tuo, ac in ſingulis Civitatibus, Burgis, & Villis Mercatoriis, & aliis Locis, in Balliva tua, ubi expediens fuerit & neceſſe, ex parte noſtra, publicè proclamari facias,

Quòd omnes & ſingulæ Perſonæ, Ligei noſtri, in Curia Ro-

An. 14. R. 2. Clauſ. 14. R. 2. m. 11.

Magiſtro *Ricardo de Leſmenez*, & *Antonio Kiroe*, Nunciis, carìſſimi Fratris noſtri, *Ducis Britanniæ*, Licentiam Tranſeundi Mare, penes Fratrem noſtrum prædictum, in aliquo Portuum prædictorum, ubi eligere voluerint, ducendo cum eis viginti Equos, Viginti Cellas, Sexaginta Arcus pro Boſco, Triginta Fuſtes Lancearum, Decem & Octo Ollas de Corio, Quatuor Duodenas Sagittarum pro Boſco, Duas Duodenas Cornuum, Duas Duodenas Candelabrorum, Pelvium, Lavacrorum, & Vaſorum Stanneorum, & alias Parvas Res pro Hoſpitio, & Viginti Dolia Vini Iſpannici,

Vobis Mandamus quòd ipſos, *Stephanum, Ricardum*, & *Antonium*, in aliquo Portuum prædictorum, verſus Fratrem noſtrum prædictum, cum Equis, Cellis, Arcubus, Fuſtibus, Ollis, Sagittis, Cornibus, Candelabris, Pelvibus, Lavacris, Vaſis, Parvis Rebus, & Vino prædictis, liberè & abſque impedimento aliquo tranſire permittatis; quocumque Mandato noſtro, vobis prius in contrarium directo, non obſtante.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſeptimo die Maii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Jocalibus in Angliam ducendis.*

Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Ibid. m. 10.

REX *Collectoribus Cuſtumarum ſuarum in Portu Civitatis ſuæ Londoniæ*, Salutem.

Cùm CONCESSERIMUS & LICENTIAM DEDERIMUS dilectis nobis,

*Bartholomæi Lumbard*, Mercatori de Luca, quod ipſe Duas Coronas Auri, cum Petris Pretioſis, & aliis Jocalibus, penes Nos in Regno noſtro Angliæ ducere & deferre,

*Et Lodowico Daport*, Mercatori ejuſdem, quòd ipſe quandam Cameram, de Panno Auri & de Serico, infra dictum Regnum noſtrum adducere poſſent,

Ad eos nobis demonſtrandum, & Nobis aut aliis, ſi poſſent, Vendendum,

Et, in caſu quo ipſi dictas Mercandiſas, vel Partem earumdem, in dicto Regno noſtro vendere poſſent, quòd tunc Cuſtumam pro Rebus, quas ſic venderent, nobis fideliter ſolverent,

Et in caſu quo ipſi eas, aut Partem earumdem vendere non poſſent, voluerimus, de Gratia noſtra ſpeciali, quòd ipſi, cum Mercandiſis ſuis prædictis, extra Regnum noſtrum prædictum, ubicumque eis placeret, tranſire & redire poſſent, abſque Impetitione ſeu Impedimento aliquali, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis Mandamus, quòd capto Sacramento ipſius Lodowici, quòd dicta Camera, poſtquam infra Regnum noſtrum adducta fuerit, per prædictum Lodowicum minimè vendebatur, tunc ipſum Lodowicum eandem Cameram verſus partes Tranſmarinas, abſque Cuſtumâ nobis indè ſolvendâ, traducere permittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto die Maii.

---

### * *Confœderationum inter Reges Franciæ & Caſtellæ, ex parte Caſtellæ, Renovatio.*

* VII. 700. Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Ex Bibl. Cot. Tit. A. 3.

HEnricus, Dei gratiâ, *Caſtellæ & Legionis Rex*, univerſis & ſingulis, has noſtras Literas inſpecturis, tàm Præſentibus, quàm Futuris,

NOTUM FACIMUS quòd,

Cùm olim, æterni Regis Providentiâ diſponente, inter, Sereniſſimos Principes, claræ memoriæ, Dominos, *Karolum, Francorum*, &, ejuſdem memoriæ, *Henricum*, Avum noſtrum, condam-

Præſentibus ad hæc,

*Fratre Domino de Florentia* Epiſcopo Sancti Pontii,
Ac *Petro Polonis*,
Domini noſtri Summi Pontificis Nunciis,
Necnon,
Dilectis & Fidelibus Conſiliariis noſtris,
*Johanne Archiepiſcopo Compoſtelanenſi* Cancellario Majore noſtro,
Comite *Petro de Traſtamara*,
*Laurentio Xuerii*, Magiſtro Sancti Jacobi,
*Johanne Furcati* de Medoca, Majore Domûs noſtræ,
*Petro Lupi* de Ayala,
*Johanne de Velaſco*, Camerario Majore noſtro,
*Petro Xuerii* de Quinonnes, Seneſcalo Majore Legionis & Aſturiarum,
*Johanne Gondiſſalvi* de Avellaneda,
*Remigio Nuncii* de Guz,
*Mandidado Lupi* de Aſtimenga Juſticiario noſtro Majore,
*Didaco Fernandi*, Mareſcallo noſtro,
* VII. 701. * Ac *Petro Fernandi* de Villegas, Burgenſi,
*Alfonſi Fernandi*, Legionenſis,
*Didaco Fernandi* de Mendoca, Iſpalenſis,
*Lupo Commecii*,
*Sancro Roderis* de Pulentrola, Murciæ,
*Benedicto Fernandi*, Salamenſis,
Civitatum & Villarum Procuratoribus,
Ac prædicti Fratris noſtri Procuratoribus,
Necnon *Roberto de Noiers*, Electo Confirmato Ebboracẽn.
Et,
Nobilibus,
*Petro de Villeynes*, Cambellano dicti Fratris noſtri,
*Robino de Branquemount*,
Ac *Benardo de Griſuenac*,
Militibus,
*Johanne Droum*,
*Mondiſſan Bernard*,
Domicellis,

Sic Signata,
*Yo-el-Rey.*

---

*De Licentia Proſequendi in Curia Romana.*

Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Pat. 14. R. 2. p. 2. m. 7.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
Cùm intellexerimus qualiter, dilectus clericus noſter, *Thomas Foreſter* Capellanus, virtute cujuſdam Gratiæ, ſibi per, bonæ memoriæ, *Papam Urbanum Sextum* factæ, acceptavit Præbendam de Ampilford in Eccleſia Cathedrali Eborum, quæ tunc per Mortem *Willielmi Walſham* Vacavit, & indè idem Thomas Collationem habuit, ac in poſſeſſione ejuſdem extitit,

tutis Regni noſtri, de Gratia noſtra ſpeciali, &c, ad Supplicationem prædicti Epiſcopi, Conceſſimus & Licentiam dedimus prædictis, Johanni, Willielmo Norton, & Thomæ quòd ipſi poſſint, & quilibet eorum poſſit, licitè morari & expectare in dicta Curia Romana, ex cauſis ſupradictis, quamdiu ipſi aliquid agendum habuerunt ibidem, ex cauſis & negotiis ipſius Epiſcopi, & Collegiorum ſuorum prædictorum;

Proviſo ſemper quòd ipſi, ſeu eorum aliquis, non attemptabunt, nec attemptabit, nec proſequentur, nec proſequetur, in Curia prædicta, aliquid Præjudiciale Nobis, Coronæ noſtræ, ſeu Legibus ſupradictis,

Conceſſimus etiam quòd tàm *prædictus Epiſcopus*, quàm prædicti, *Johannes*, *Willielmus Norton*, & *Thomas* Eſcambia Monetæ neceſſariæ habere & facere, & Monetam illam per Eſcambium mittere, & in partibus tranſmarinis recipere valeant, quódque Mercatores Extranei & Indigenæ eis facere poſſint Literas Eſcambii de eadem Moneta quotiens indiguerit, abſque impedimento noſtri, vel Hæredum noſtrorum quorumcumque; aliqua Ordinatione noſtrâ & Concilii noſtri, in contrarium factâ, ſeu proclamatione prædicti, non obſtante.

In cujus &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ix. die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Epiſcopo Sarum, de Licentia prælibata.*

REX omnibus, ad quos &c. Salutem. Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Ibid. m. 4.
Sciatis quòd cum de aviſamento Dominorum & Magnatum Regni noſtri *&c. prout ſupra uſque hæc verba*; viz.

Et pro eo quòd, Venerabilis Pater, *Johannes de Waltham*, Epiſcopus Sarum, ordinavit Magiſtrum *Ricardum Carleton*, *Ricardum Yonge*, *Ricardum Holme*, *Willielmum de Waltham*, *Johannem Reſham*, *Nicholaum Riſheton*, & *Johannem Fermer*, Clericos, in Curia Romana jam exiſtentes, ad Proſequendum & Defendendum ibidem Cauſam, pendentem in dicta Curia inter præfatum Epiſcopum & Capitulum ſuum,

Ac pro eo quòd idem Epiſcopus Manucepit in præſentia noſtra, pro præfatis, Magiſtro, Ricardo, Ricardo, Ricardo, Willielmo, Johanne, Nicholao, & Johanne, aſſumpſit etiam pro Magiſtro *Thoma Walkyngton* Auditore dictæ Cauſæ, & pro quolibet alio Anglico, qui eſt aut erit Deputatus ad audiendum & Terminandum impoſterum Cauſam ſupradictam, quòd ipſi, nec aliquis eorum, attemptabunt, nec attemptabit, nec proſequetur in dicta Curia aliquid præjudiciale Nobis, Coronæ noſtræ, nec Legibus & Statutis Regni noſtri, de Gratia noſtra ſpeciali, & ad Supplicationem præfati Epiſcopi, Conceſſimus & Licentiam dedimus præfatis, Magiſtro, Ricardo, Ricardo, Ricardo, Willielmo, Johanni, Nicholao, & Johanni, ac etiam prædicto Magiſtro Thomæ de Walkyngton, & cuicumque alii Auditori Anglico, qui eſt ſeu erit deputatus ad Audiendum & Terminandum impoſterum Cauſam ſupradictam, quòd ipſi poſſint, & quilibet eorum

*ſupra.*

*Per Billam, &c.*

---

## *De Factis Armorum.*

Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Scot. 14. R. 2. m. 5.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, Licentiam Dedimus, Dilecto & Fideli noſtro, *Radulpho Domino de Nevill*, quòd ipſe deliberare poſſit quendam *Alexandrum de Lindeſeye*, de Scotia, de certis Factis Armorum de quibus idem Alexander præfatum Radulphum calumpniavit, ut dicitur,

Ac etiam, Dilectis & Fidelibus noſtris, *Thomæ Colvylle* & *Johanni Etton*, Militibus, *Willielmo Salveyn*, *Willielmo Louther*, *Henrico Van Croypole*, & *Simoni Warde*, quòd ipſi certa alia Facta Armorum, cum certis Perſonis de Scotia, facere poſſint & adimplere,

Licentiam Tenore Præſentium, Dedimus ſpecialem, abſque Impetitione Noſtri, vel Hæredum noſtrorum, ſeu Miniſtrorum noſtrorum quorumcumque;

Statu noſtro, & ipſius Radulphi, ac prædictorum Thomæ, Johannis, Willielmi, Henrici, & Simonis, in omnibus ſemper ſalvo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Judice, quoad Facta Armorum ſupradicta, aſſignato.*

Ann. D. 1391. An. 14. R. 2. Ibid.

REX, Dilecto & Fideli ſuo, *Johanni Domino de Roos*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Licentiam dederimus, *&c. ut ſupra uſque ibi*, adimplere, *& tunc ſic*,

Licentiam dederimus ſpecialem, *&c. ut ſupra uſque ibi*, quorumcumque, *& tunc ſic*, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos (de Fidelitate & provida circumſpectione veſtris pleniùs confidentes) Aſſignavimus vos ad Campum Tenendum & Judicem Eſſendum, inter Partes prædictas, quoad Facta Armorum ſupradicta;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in Forma prædicta;

Damus autem Univerſis & Singulis Conſtabulariis, Cuſtodibus Caſtrorum & Fortalitiorum, ac eorum Locatenentibus, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus & Subditis noſtris, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis, quòd Vobis, in Præmiſſis faciendis & exequendis, pareant & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Viceſimo Die Junii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

dum, conjunctim, vel diviſim, Solutionem ſive Solutiones dictorum Quadraginta Milium Francorum vel eorum Valorem, & cujuſlibet quantitatis eorumdem, quibuſcumque Terminis, Diebus, Horis, & Locis, tàm de Die, quàm de Nocte, ad & in Ducatum noſtrum Aquitaniæ, ac Civitatem noſtram Baionæ prædictam, venientes & venturos, cum eorum Servientibus, Familiaribus, Bonis, Rebus, Herneſiis, Cariagiis, Pecuniis, Jocalibus, Equis, & Equitaturis (dumtamen Sexaginta non excedant) & Rebus aliis quibuſcumque, in noſtram ſalvam & ſecuram Cuſtodiam, ac Protectionem ſpecialem ſuſcepimus, & ſuſcipimus per Præſentes, eiſque ac eorum ſingulis in hac parte Conceſſimus & Concedimus, Dedimus & Damus, noſtrum ſalvum & ſecurum Conductum:

Vobis igitur noſtris Ligeis, *&c. prout in ejuſmodi de Salvo Conductu Literis.*

In cujus, &c. ad Terminum vitæ eorumdem Ducis & Duciſſæ duraturas.

Dat. in *Palatio Regis Weſtm.* decimo tertio die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Orando.*

Ann. D. 1391. An. 15. R. 2. Clauſ. 15. R. 2. m. 36. dorſ.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, *W.* eadem gratiâ, *Archiepiſcopo Cantuarienſi*, totius Angliæ Primati, Salutem.

Cùm Eccleſia Catholica, ſeu Populus Regni noſtri, cujus Regimen Nobis a Domino præſtatur, in pace & proſperitate, abſque devotarum orationum ſuffragiis, Altiſſimo reddendis, aliquamdiù perſiſtere non valeat,

Et quia ſperamus indubiè quòd, quanto divinum Præſidium inſtantius & devotius imploratur, tanto exindè Succeſſus proſperior & felicior proveniet & ſuccedet,

Veſtram Paternitatem & Devotionem affectuoſis Precibus requirimus & rogamus quatinus, Præmiſſis devotè & condignè conſideratis, Univerſos & Singulos Clericos & Subditos veſtros, tàm Regulares, quàm Seculares, veſtræ Diœceſis, ad Devotionem ſuam erga ſummum Regem elevandam, eò ſpecialius, quo magis ſciveritis, vel poteritis, juxta * poſſibilitatem, inducatis, cum effectu; ut ipſi apud Altiſſimum (de quo omnis Gratia procedit) totâ mentis ſolicitudine, Preces & Orationes devotiſſimè effundant, & devotis Precibus, & Interceſſionibus, ac Proceſſionibus, & Miſſarum celebrationibus, ad Gratiam Dei impetrandum, pro Nobis, ac Statu Eccleſiæ Sanctæ, Paceque & Tranquillitate Regni prædicti, aſſiduè inſiſtant apud Deum, ut ipſe Deus Statum Eccleſiæ Sanctæ, noſtrique, & Regni prædicti, conſervare dignetur proſperum & tranquillum, & Nobis, ac Populo noſtro Regni prædicti, in Actibus noſtris, Expeditionem felicem, pro ſua magna miſericordia, gratioſiùs tribuat & concedat.

* VII. 705.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxviii. die Auguſti.

*Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur Subſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

| | |
|---|---|
| *Th. Archiepiſcopo Eborum Angliæ Primati,* | *W. Epiſcopo Dunolm.* |
| *R. Epiſcopo London.* | *Th. Epiſcopo Karliol.* |
| *W. Epiſcopo Wynton.* | *J. Epiſcopo Sarum.* |
| *J. Epiſcopo Elien.* | *Th. Epiſcopo Exon.* |
| *H. Epiſcopo Norwicen.* | *J. Epiſcopo Hereford.* |
| *R. Epiſcopo Ceſtr.* | *W. Epiſcopo Roffen.* |
| | *H. Epiſcopo Wygorn.* |

J.

Digitized by Google

Ibid. … Avunculi noſtri, *Thomæ* *Ducis Glouceſtriæ* intimè confidentes,

Eidem Avunculo noſtro, ad Tractandum, ex parte noſtra, cum *Magiſtro Pruciæ* de quibuſdam Materiis & Negociis, inter Nos & ipſum Magiſtrum pendentibus, plenam & ſufficientem, Tenore Præſentium, Damus & Concedimus Poteſtatem.

Dat. *in Palatio Regis Weſtm.* xvi. die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

VIII. 706. ** Pro præfato Duce, de Licentia tranſeundi verſus partes Pruciæ.*

Ann. D. 1391. An. 15. R. 2. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Dedimus & Conceſſimus, Cariſſimo Avunculo noſtro, *Thomæ Duci Glouceſtriæ*, & omnibus illis qui in Comitiva ſua verſus partes Pruciæ proficiſcentur, Licentiam quòd ipſi verſus eaſdem Partes tranſire, & ibidem morari valeant uſque ad Feſtum Paſchæ proximò futurum, ſine Occaſione vel Impedimento ſeu Revocatione inde faciendis; aliquo Brevi ſeu alio Mandato, facto vel faciendo medio tempore, non obſtante.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xvi. die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Comitiva ejuſdem Ducis ad Partes Pruciæ.*

Ann. D. 1391. An. 15. R. 2. Ibid.

THomas de Morlee, Mareſcallus Hiberniæ, qui de Licentia Regis, verſus partes Pruciæ profecturus eſt, habet Literas Regis de Generali Attornatu, ſub Nominibus *Willielmi Rees*, & *Jacobi de Billyngford*, ſub alternatione, ad lucrandum &c. in quibuſcumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas.

Pr. &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxiii. die Septembris.

*Cancellarius recepit attornamentum uſque Adventum Conſtituentis in Angliam.*

Idem *Thomas* ſub nominibus *Pauli de Middleton* & *Willielmi Sueteſham*.

Teſte ut ſupra.

*Cancellarius recepit Attorn. &c.*

Conſimiles Literas Regis de Generali Attornatu habent ſubſcripti,

*Richard Breton*, ſub nominibus *Walteri Brigges* Clerici, & *Johannis Breton* Senioris.

*Michael de la Pole* Chivaler, ſub nominibus *Willielmi Savage* & *Ricardi Beverle*.

Idem *Michael* ſub nominibus *Nicholai Bradeſhawe* & *Roberti*.

*Johannes de Burton* Clericus, recepit attornamentum uſque

*ſentia, Venerabilium Patrum*, W. Dunolmenſis, J. Sarum *Theſaurarii Epiſcoporum*, Johannis Ducis Aquitanniæ & Lancaſtriæ, *&* Edwardi Comitis Rotelandiæ, Thomæ Percey *Subcamerarii Regis*, *& aliorum ibidem aſſiſtentium, liberavit, & ſecum uſque Woxbrugge deferri fecit:*

*Et ibidem, circa horam octavam illius diei, idem Archieſpiſcopus Cancellarius Bagam prædictam aperiri, & Sigillum illud extrahi, & diverſa Literas Patentes & Brevia, prout moris eſt, in præſentia Clericorum Cancellariæ prædictæ, & multorum aliorum, in expeditione proſequentium, Sigillari fecit; Officium illud extunc, prout moris eſt, indies exercendo.*

---

*De Convocatione & de Subſidio.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, *W.* eadem gratiâ, *Archiepiſcopo Cantuarienſi*, totius Angliæ Primati, Salutem.

Ann. D. 1391. An. 15. R. 2. Ibid.

Quia, ſicut ſatis clarè ſcitis, ſubeunda & ſupportanda ſumptuoſa & immenſa Onera, quæ nos pro defenſione & ſalvatione Regni noſtri ac Eccleſiæ Sanctæ, poſt præſentes Treugas & Guerrarum Abſtinentias, inter *Nos* & *Adverſarios* noſtros nuperimè initas & firmatas, facere oportebit de bonis noſtris, abſque fidelium Ligeorum noſtrorum adminiculo, non ſufficimus nec valemus,

Vobis, in fide & dilectione, quibus nobis tenemini, rogando, Mandamus quatinus, Præmiſſis debito intuitu attentis & ponderatis, Suffraganeos veſtros, Decanos, & Priores Eccleſiarum Cathedralium, Abbates & Priores, & alios Electivos, Exemptos & non Exemptos, necnon Archidiaconos, Capitula, Conventus, & Collegia, totumque Clerum cujuſlibet Diœceſis veſtræ Provinciæ, ad comparendum coram vobis, in Eccleſia Sancti Pauli Londoniæ, vel alibi, prout expedire videritis, die Lunæ proximo poſt Feſtum Sancti Martini proximò futurum, more ſolito Convocari faciatis,

Et ipſos, in hac parte, ex cauſa prædicta, ad Subſidium, in hoc caſu, competens & neceſſarium, in Supportationem dictorum Onerum, Nobis concedendum eo ſpecialius & efficacius, quo magis ſciveritis aut poteritis, ſolicite inducatis, & partes veſtras ad hoc diligenter & effectualiter apponatis,

Nos in Cancellaria noſtra de quantitate Subſidii illius, & de Terminis Solutionis ejuſdem, ſub Sigillo veſtro, diſtinctè & apertè, certificantes:

Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Salvationem & Defenſionem Eccleſiæ Catholicæ, ac Regni noſtri prædicti, diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, vii. die Octobris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

Conſimile Breve dirigitur *Thomæ*, eadem gratiâ, *Archiepiſcopo Eborum* Angliæ Primati, *&c. ut ſupra uſque ibi* ad Comparendum coram ipſo in Eccleſia beati Petri Eborum, die Lunæ proximo poſt Feſtum Sancti Clementis Papæ proximò futurum.

Teſte ut ſupra.

* De

Digitized by Google

## *Pro Comite de Sancto Paulo.*

Ann. D. REX, per Literas ſuas Patentes, uſque ad Feſtum Purificatio-
1391. nis beatæ Mariæ, proximò futurum, ſuſcepit in ſalvum &
*An.* 15. ſecurum Conductum ſuum *Walterum Comitem de Sancto Paulo*, ve-
*R.* 2. niendo in Regnum Angliæ, cum Quinquaginta Perſonis Equiti-
*Franc.* bus, in Comitiva ſua, tàm per Terram, quàm per Mare, ibidem
15. *R.* 2. morando, & exindè ad partes Franciæ redeundo.
*m.* 11. Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo die Novembris.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

---

## *De Juriſdictione excercenda, durante Sciſmate.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1391. Sciatis quòd Nos, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, & de Aſſenſu
*An.* 15. Concilii noſtri, in præſenti Parliamento noſtro, conceſſimus &
*Ric.* 2. Licentiam dedimus, Venerabili in Chriſto Patri, *Epiſcopo Londo-*
*Pat.* 15. *niæ*, ac, dilectis nobis in Chriſto, *Priori de Okeburn*, & *Priori de*
*R.* 2. *p.* *Cowwick*, quòd ipſi Juriſdictionem,
1. *m.* 5. Sibi per Dominum Summum Pontificem, ſuper Locis & Perſo-
nis Religioſis, Ordinis Sancti Benedicti, infra Regnum noſtrum
Angliæ, qui ſub Obedientia & Viſitatione *Abbatis de Becco Her-
lewini*, ſi Sciſmaticus non foret, eſſe deberent, conceſſam, & in
Literis Apoſtolicis, eis indè confectis, pleniùs expreſſatam,

Plenariè, juxta Tenorem Literarum Apoſtolicarum, facere & excercere valeant, durante Sciſmate, prout prædictus Abbas de Becco Herlewini, ſi Sciſmaticus, ut præmittitur, non foret, debitè facere & excercere deberet;

Salvis ſemper Nobis, & aliis Fundatoribus, & Proviſoribus Prio-
• VII. ratuum, & • aliarum Domorum Religioſarum, tam Alienigena-
709. rum, quàm Indigenarum, dicti Ordinis Hæreditationibus, Patrona-
tibus, Advocationibus, & quibuſcumque aliis Juribus noſtris, ac
aliorum Fundatorum, & Proviſorum Prioratuum & Domuum
prædictorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo die Novembris.

*Per Petitionem in Parliamento.*

---

## *De Caſtro & Villa de Breſt ſupervidendis.*

Ann. D. REX, dilectis & fidelibus ſuis, Magiſtro *Alano de Newerk* Ba-
1391. callario in Legibus, *Philippo More*, *Johanni Norbury*, & *Jo-
*An.* 15. *hanni Frome*, Salutem.
*R.* 2. Sciatis quòd Nos,
*Franc.* 15. De Fidelitate & Circumſpectione veſtris plenam fiduciam opti-
*R.* 2. *m.* nentes,
9. Aſſignavimus Vos Quatuor, Tres, & Duos veſtrûm, ad Ca-
ſtrum & Villam de Breſt, ac Munitionem eorumdem, tam in Per-
ſonis, quàm in Victualibus & Artillariis, pro Cuſtodia eorumdem neceſſariis, necnon ad Redemptiones novas & veteres, ac omnia alia, Gubernationem Caſtri & Villæ prædictorum concernentia, ſupervidendum,

Et ad quæcumque Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta, per Ligeos noſtros ibidem, contra Formam Treugarum, & Guerrarum Abſtinentiarum, nuper inter *Nos* & *Adverſarium noſtrum*

Eo (videlicet) quod Probi Homines ejuſdem Regni, laudabili nomine merito inſigniti, qui hujuſmodi Cartas ex Conceſſione præfati Avi noſtri ac noſtrâ optinent, ratione Privilegii & Exemptionis prædictæ, de Officiis Majorum, Vicecomitum, Eſcaetorum, aut aliorum Miniſtrorum & Officiariorum noſtrorum excuſantur & exonerantur,

Ac aliæ, minùs idoneæ & inſufficientes, Perſonæ in hujuſmodi Officiis (quod dolendum eſt) indies conſtituuntur,

Quódque alii Ligei noſtri, quaſi nullius vel parvæ Reputationis exiſtentes, qui Scandalum, Pudorem, & Infamiam non verentur, & qui diverſas Pecuniarum Summas, pro Veredictis dicendis, per Extorſionem capere conſueverunt, in Aſſiſis, Juratis, & aliis Inquiſitionibus, Nos & Ligeos noſtros tangentibus, ponuntur & neceſſariò impanellantur,

Univerſas & ſingulas CARTAS EXEMPTIONIS, per Nos
aut per præfatum • Avum noſtrum, aliquibus Ligeorum noſtro-
rum prædictorum (cujuſcumque Statûs vel Dignitatis fuerint) con- • VII.
ceſſas, in quorumcumque manibus inventæ fuerint, ex mera & 710.
certa Scientia noſtra, ac de Aſſenſu Concilii noſtri, & præſertim in evitationem hujuſmodi Dampnorum & Periculorum, omninò duximus Revocandas & Adnullandas;

Et ideo vobis Præcipimus quòd ſtatim, viſis præſentibus, Præmiſſa omnia & ſingula, in ſingulis locis Civitatis prædictæ, & Suburbiorum ejuſdem, ubi expediens fuerit & neceſſe, publicè ex parte noſtra proclamari faciatis; Cartas illas, ſi coram vobis, pro hujuſmodi Libertate habenda, amodo porrectæ vel exhibitæ fuerint, nullatenus allocantes.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Januarii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam.

---

## *Pro Ambaſſatoribus Regis Arragoniæ.*

REX, per Literas ſuas Patentes uſque ad Feſtum Paſchæ proxi- Ann. D.
mò futurum duraturas, ſuſcepit in ſalvum & ſecurum Condu- 1392.
ctum ſuum *Johannem Amenus*, & *Franſciſcum Beguda*, Scutiferos, *An.* 15.
Nuncios & Ambaſſatores, Magnifici Principis, *Regis Arragoniæ*, *R.* 2.
veniendo in Regnum Regis Angliæ, tam per Terram, quàm per *Franc.*
Mare, cum Octo Servientibus, & Decem Equis ſuis, pro quibuſ- 15. *R.* 2.
dam Negotiis, ipſum Regem ſummè concernentibus, coram Re- *m.* 9.
ge & Concilio ſuo exponendis, ac Res, Bona, & Herneſia ſua quæcumque, in eodem Regno Regis morando, & exindè ad propria redeundo.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſexto die Januarii.

*Per Concilium.*

---

## *De Tractando cum Commiſſariis Scotiæ.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Gegardo Heron* Militi, & *Jo-* Ann. D.
*hanni Mitford* Armigero, Salutem. 1392.
Sciatis quòd Nos, *An.* 15.
De Fidelitate & Circumſpectione veſtris pleniùs confidentes, *R.* 2.
Ordinavimus, Deputavimus, & Conſtituimus vos ad Tractan- *Scot.* 15.
dum & Concordandum, cum Commiſſariis & Deputatis *Adver-* *R.* 2. *m.*
*ſarii noſtri Scotiæ*, ſuper aliquo Loco competenti, in Marchiis Re- 5.
gnorum Angliæ & Scotiæ,

Ubi

Digitized by Google

faciendum:

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, Mandamus, firmiter injungentes, quod eidem Duci, tanquam locum noſtrum tenenti in locis & partibus prædictis, in Præmiſſis omnibus & ſingulis, Intendentes ſitis, Reſpondentes, Conſulentes, & Auxiliantes, quotiens & prout idem Dux vobis, & cuilibet veſtrûm, ſcire fecerit ex parte noſtrâ.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Dat. in Palatio noſtro *Weſtmonaſt.* viceſimo ſecundo die Februarii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

*Scriptum, de Obitu Principis Walliæ celebrando.*

Ann. D. EXcellentiſſimo Domino noſtro Domino *Ricardo*, Dei gratiâ,
1392. *Regi Angliæ & Franciæ*, veſtri Servientes & Oratores humi-
An. 15. limi, *Thomas Prior & Conventus Eccleſiæ Chriſti Cantuarienſis*,
R. 2. cum Subjectione omnimodâ, quicquid poterimus Reverentiæ &
Clauſ. 15. Honoris.
R. 2. m. Placuit Omnipotentis Dei Miſericordiæ, temporibus, Sereniſ-
9. d. ſimi Domini, Domini *Edwardi Principis Walliæ*, Patris veſtri (qui in Eccleſia Chriſti Cantuarienſis honorificè ſepelitur) ac per magnitudinis veſtræ Excellentiam Cantuarienſem Eccleſiam exaltari, pro quo & nos, ſicut tenemur, ita deſideramus paratiores inveniri, uberiores proinde Dei Gratiarum Actiones referre; licet autem, juxta merita Celſitudinis veſtræ, prout cupimus, non poſſumus reſpondere, id tamen modicum, quod valemus, proſequi decrevimus in præſenti.

Sanè, de communi voluntate & aſſenſu Omnium noſtrorum, concedimus, pro Nobis & Succeſſoribus noſtris, quòd Singulis Annis imperpetuùm, in Die Obitûs Excellentiſſimi Domini, Domini Edwardi Principis Walliæ Patris veſtri (cujus Animæ propitietur Deus) celebrabitur PLACEBO, DIRIGE, ET MISSA, cum ſonitu Campanarum, ita ſolempniter ſicut ab antiquo in Eccleſia Chriſti Cantuarienſis ſolitum eſt celebrari,

Quod pro vobis etiam (Domine Sereniſſime) ac etiam pro veſtra Conſorte Domina *Anna Regina Angliæ*, cum Dies Obitus veſtri nobis innotuerit, ita ſolempniter faciemus celebrari Annis Singulis, perpetuis temporibus duraturis.

In cujus noſtræ Conceſſionis & Promiſſionis Teſtimonium atque Fidem, has Literas noſtras Patentes communi Sigillo noſtro fecimus communiri, & in Martirologio noſtro tranſcriptas annotari curavimus, ut in Die Obitûs cujuſlibet veſtrum revoluto in Capitulo recitentur.

Data in Domo noſtrâ Capitulari primo die Menſis Martii, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Nonageſimo Primo, Anno verò Regni veſtri Angliæ Quintodecimo.

---

*De Oſſibus Comitis Pembrochiæ deliberandis.*

Ann. D. REX, dilecto ſibi in Chriſto, *Priori Ordinis Fratrum Prædica-*
1392. *torum* Herefordiæ, Salutem.
An. 15. Qualiter, propter magis efficacem Finem diverſarum Conten-
R. 2. tionum & Controverſiarum, inter Vos & Gardianum Ordinis
Ibid. Fratrum Minorum Londoniæ, pro Sepultura Corporis *Johannis*
m. 9. *de Haſtynges*, nuper Comitis Pembrochiæ defuncti, ſedandarum, adhibendum, finaliter decrevimus quòd Corpus prædictum ad di-

Teſte Rege apud *Caſtrum de Ledes*, decimo die Martii.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Tractando cum Comitibus d'Armynak & de Foix.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Willielmo le Scrop* Seneſcallo Ann. D.
ſuo Aquitaniæ, *Capitaneo de Buch* Vicecomiti Dort, & Ma- 1392.
giſtro *Raymundo Guillielmi de Podio* Salutem. An. 15.
Sciatis quod Nos, R. 2.
De Fidelitate, circumſpectione, & induſtria veſtris Providis Vaſc. 15.
plenam & ſolidam fiduciam reportantes, R. 2. m.
Ordinavimus, Deputavimus, & Conſtituimus vos, Tres, & 2.
Duos veſtrûm (quorum alteram veſtrûm vos, præfati *Willielme* & *Reymunde*, unum eſſe volumus) noſtros veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Negotiorum Geſtores, & Nuncios ſpeciales, ad Comitem d'Armynak, Ligeum noſtrum, pro Nobis & ex parte noſtra, omnibus viis & modis, rationabilibus & honeſtis, quibus juxta ſanas diſcretiones veſtras melius ſciveritis aut poteritis, Movendum, Inducendum, & Requirendum ut ad Fidem & Obedientiam noſtras, prout de Jure & Ratione tenetur, veniat, & in eiſdem fideliter & perpetuò perſeveret, eo quòd Vaſſallus noſter exiſtit,

Ac ad recipiendum a præfato Comite, pro Nobis & Nomine noſtro, Servitia, Homagia Ligea, & alia Sacramenta Fidelitatis, quæ Nobis ſimiliter præſtare & facere debet,

Necnon, ſi oporteat, ad Tractandum, conveniendum, paciſcendum, & concordandum cum eodem Comite, ſeu ejus in hac parte Procuratoribus, Nunciis, ſeu Deputatis, plenam Poteſtatem ab ipſo Comite habentibus, de & ſuper quibuſcumque Amicitiis, Alligantiis, Confœderationibus, & mutuis Auxiliis, inter Nos & Hæredes noſtros, pro Nobis, Regnis, Terris, & Dominiis, ac Subditis & Vaſſallis noſtris quibuſcumque, ex una, & præfatum Comitem pro Se, Terris, Territoriis, & Dominiis ſuis, ac ejus Subditis, ex altera parte, ineundis & firmandis, pro perpetuo vel temporaliter duraturis.

Necnon ſuper quibuſcumque Articulis, generalibus vel ſpeciali- * VII.
bus, qui hujuſmodi Amicitias, Alligantias, * Confœderationes, 713.
& mutua Auxilia concernere poterunt, cum eorum incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis, concludendum,

Et ad ea, quæ ſic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, Nomine noſtro roborandum, ac cum omni Securitate, debita & honeſtâ, firmandum & vallandum,

Cæteraque Faciendum, Stipulandum, & Expediendum quæ in hoc Caſu neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale;

Et ad Præmiſſa omnia & ſingula, tàm ad Sectam noſtram, quàm aliorum quorumcumque, coram eiſdem Juſticiariis noſtris conqueri volentium, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri Angliæ, Audiendum & Terminandum, Corrigendum, Reformandum, & Puniendum juxta formam Statuti, tempore cariſſimi *Avi noſtri Regis Edwardi*, indè editi & proviſi,

Et, inſuper, de uberiori Gratiâ noſtra, ex certa Scientiâ noſtrâ, & ad Supplicationem *dictæ Conſortis noſtræ*, PARDONAVIMUS præfatis,

*Johanni Hend* nuper Majori dictæ Civitatis noſtræ,

*Henrico Vannere* & *Johanni Shadworth*, nuper Vicecomitibus,

| | |
|---|---|
| *Willielmo Venour*, | *Johanni Fraunceys*, |
| *Johanni Haddele*, | *Willielmo Shiringham*, |
| *Johanni Loveye*, | *Adæ Bamme*, |
| * *Willielmo Baret*, | *Henrico Bamme*, • VII. 736. |
| *Willielmo Brampton*, | *Adæ Changeour*, |
| *Willielmo Wotton*, | *Gilberto Maghfeld*, |
| *Willielmo Olyver*, | *Thomæ Vynent*, |
| *Willielmo More*, | *Adæ Carlill*, |
| *Johanni Froſh*, | *Drugoni Barentyn*, |
| *Thomæ Wilford*, | |

*Roberto Exceſtre*, Priori de Crichurche,

Et *Thomæ Newenton*, Aldermannis Civitatis noſtræ prædictæ,

Et eorum cuilibet Meſpriſiones, Defectus, & Contemptus, pro quibus, per Nos & Magnum Concilium noſtrum, apud Caſtrum noſtrum de Notyngham, in Craſtino Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ, proximò præterito, Adjudicati & Commiſſi fuerunt Priſonæ quouſque feciſſent Finem & Redemptionem ad Voluntatem noſtram,

Ac etiam, ex habundanti Gratiâ noſtrâ, & ad Supplicationem *dictæ Conſortis noſtræ*, & Civium prædictorum, PARDONAVIMUS, ex certâ Scientiâ noſtrâ, Impriſonamenta, Fines, & Redemptiones ſupradicta, & quicquid ad nos indè pertinet, aut pertinere poterit quovis modo, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos, de uberiori Gratiâ noſtrâ, ad Supplicationem *præfatæ Conſortis noſtræ*, & Civium prædictorum, PARDONAVIMUS, ex certâ Scientiâ noſtrâ, prædictis, nuper Majori, Vicecomitibus, Aldermannis, & omnibus Ligeis noſtris Civibus Civitatis prædictæ Summam Centum Milium Librarum, in quibus nuper ſe nobis ſubmiſerunt, in Gratiâ noſtrâ ſolvendarum, ex Cauſis ſupradictis, ac etiam omnes Contemptus, Errores, Negligentias, Extorſiones, Tranſgreſſiones, Meſpriſiones, Defectus quoſcumque, per eos aut eorum aliquem Attemptatos, perpetratos, ſive factos, undè exiſtunt, aut futuris temporibus eſſe poterunt, per Nos, vel Hæredes noſtros, aut Miniſtros noſtros, vel Hæredum noſtrorum quoſcumque, Impetiti, moleſtari, aut gravati quoviſmodo,

Exceptis Proditionibus & Feloniis.

Nolentes quòd ipſi, aut eorum aliquis, Occaſionibus præmiſſis, aut alicujus earum (Exceptis Proditionibus & Feloniis, ut præmittitur) per Nos, vel Hæredes noſtros, aut alios Miniſtros noſtros, vel Hæredum noſtrorum quoſcumque, futuris temporibus, Impetantur, Occaſionentur, Moleſtentur in aliquo, ſeu Graventur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Wodeſtok*, decimo nono die Septembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

*Pro-*

Digitized by Google

*Per Billam de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas Regis de ſalvo Conductu habet *Johannes de Swinton* Chivaler de Scotia, cum Quadraginta Perſonis Equitibus de Scotiâ in Comitivâ ſuâ, per tempus prædictum duraturas, ſub eadem Datâ.

*Per eandem Billam.*

---

## *Pro Henrico Hamwode.*

Ann. D. 1393. An. 16. R. 2. Franc. 16. R. 2. m. 9.

HEnricus *Hamwode*, qui in Obſequio Regis, in Comitiva cariſſimi Fratris Regis, *Johannis de Holand*, Comitis Huntyngdoniæ, Capitanei Caſtri & Villæ Regis de Breſt, in Munitione eorumdem moratur, habet Literas Regis de Protectione, cum Clauſula volumus, per unum Annum duraturas.

Præſ &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſexto die Januarii.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas Regis de Protectione habent ſubſcripti; videlicet,

*Johannes Derham.*
*Johannes Lodewyk.*
*Robertus Pylkyngton.*

---

## *De Locum tenente, in partibus Picardiæ, conſtituto.*

Ann. D. 1393. An. 16. R. 2. Ibidem.

REX univerſis & ſingulis Archiepiſcopis, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Induſtriâ, & Circumſpectione, cariſſimi Avunculi noſtri, *Johannis Ducis Aquitaniæ & Lancaſtriæ* plenius confidentes,

Conſtituimus ipſum Locum tenentem noſtrum in omnibus, & ſingulis Locis, in Partibus Picardiæ, in Regno noſtro Franciæ,

Dantes ei plenam, Tenore Præſentium, Poteſtatem ad Supervidendum Caſtra, Fortalitia, Villas, & Loca noſtra in Partibus & Locis prædictis, ac Munitiones eorumdem, tàm de Hominibus, quàm de Armaturis, & Victualibus, & aliis neceſſariis, in eiſdem & quolibet eorumdem exiſtentibus, & ad Ordinandum pro ſalvâ Cuſtodiâ & Defenſione eorumdem, & ad plenam Juſtitiam omnibus & ſingulis, in omnibus Cauſis, tàm Civilibus, quàm Criminalibus, ac omnia alia & ſingula quæ Nos faceremus ſi Præſentes eſſemus ibidem, Nomine noſtro Faciendum;

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrum, Mandamus, firmiter injungentes, quòd *eidem Duci*, tanquam Locum noſtrum tenenti in
* VII. 738. Locis & Partibus prædictis, in Præmiſſis omnibus & ſingulis * Intendentes ſitis, Reſpondentes, Conſulentes, & Auxiliantes, quotiens & prout idem Dux vobis, & cuilibet veſtrûm, ſcire fecerit ex parte noſtrâ.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio noſtro Weſtm.* viceſimo ſecundo die Februarii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*



Pour l'onur de Dieu, An. 16.

Et pour eſcheuer l'effuſion de ſanc Chriſtian, & les Maulx & R. 2.
Domages irreparables, que par la fait des Guerres, d'entre *Nous* ibid.
*& noſtre Adverſaire de France*, purroient enſuir en temps a venir, m. 8.
ſicome ount avenuz en temps paſſe',

Sumes enclinez & aſſentuz pour Traictier avecque noſtre dit Adverſaire, &, par celle encheſon, envoions de preſent, devers les Parties de Picardie, pour y aſſembler avecque les Oncles, & autres Deputez, de noſtre dit Adverſaire, noz treſchiers Oncles, *Johan Duc de Guyen & de Lancaſtre*, & *Thomas Duc de Glouceſtre*,

As queux avons Donne & Commys, Donnons & Commettons, par ces Preſentes, plain & franche Pouoir, Auctorite, & Maundement eſpecial pour Traictier avecque loz Deputees de noſtre dit Adverſaire, en quelconques Lieux & Places, come bonne leur ſemblera, & d'Accorder, donner, ottroier, & accepter, pour Nous, noz Soubgies, & noz Roiaumes, Terres, & Seignuries, noz Alliez & Bienveillantz, leurs Soubgies, Terres, & Seignuries, avecque les Deputees de noſtre dit Adverſaire, aians a ce faire bon & ſouffiſant Puiſſance, pour ycelui noſtre dit Adverſaire, ſes Soubgies, & Seignuries, & pour ſes Aliez, Amys, & Adherentz, & leurs Terres & Seignuries, bonnes, fermes, & loiaulx Trieues, Souffrances, & Abſtinences de Guerre, generales, ou particulers, par Mere, & par Terre, par la meilleure fourme, maniere, & condicion que faire ce pourra, a durer ycelles Trieues, Souffrance, & * Abſtinences tant & ſi longement come * VII.
bon lour ſemblera, avecque touz les Clauſes, Condicions, Modi- 739.
fications, & Circumſtances, qui pourront eſtre neceſſairs, & expediens, & ſerront accordez,

Et de Mettre, ordenner, & eſtablier Commiſſairs, Deputez, Gardes, & Conſervatours des dites Trieues, tans, & tieulx, & en tielx Lieux & Paiis, come verront qu'il a Faire ſerra,

Et de affermer & aſſeurer, par Foy & par Serement, en l'Aume de Nous, & ſur les Saintz Euvangiles de Dieu, & autrement, a mieulx qu'il poura eſtre fait, ycelles Trieues, Souffrances, & Abſtinences, avecques touz les Clauſes, Condicions, & Modifications, & les Dependentz, que y ſerront miſes & paciſcees,

Et de les faire Crier & Publier par tout ou meſtier ſerra,

Et auxi de Promettre & Jurer, par la maniere que deſſus eſt dit, de Reparer, & faire Reparer, Amender, & Adreſſier touz Attemptaz & Griefs contrairs as dites Trieues, Souffrances, & Abſtinences, ſi avant come tenuz y ſerrons, par ainſi que les Deputez & les Gens de noſtre dit Adverſaire feront les Cas ſemblables de leur Partie.

Et de ve[…] Jurer, Affermer, & Aſſeurer les ditz Trieues, & autres Choſes deſuſdites, & chaſcun d'ycelles, en ſemblable maniere, par les ditz Genz de noſtre Adverſaire.

Et generalment de Fair a tant ſur les Choſes deſuſdites, & chaſcun d'ycelles come Nous ferons & pourrons faire, ſi preſens y eſtoions en propre Parſonne, combien que eles ſoint ou feuſſent pluz grantz & tielles que requeiſſent Maundement pluis eſpecial,

Et encors de Jurer & Promettre, ſe meſtier eſt, en l'Alme de Nous, & nous meſmes

Prom[…]ttons, en bonne Fo[…] & en Parole du Roy, que nous averon[…] Aggreable, & Tiendrions, & ferons Tenir, Ferme & Eſtable, & Acomplirons tout ce que par noz ditz Commys & Deputez ſerra Tractie & Accorde, Promys & Covenance en



ceſt

in Terris, Redditibus, ſeu Maritagio pro ſtatu ſuo competenti, ſeu in Firmis (dictis Centum Libris in Quingentis Marcis prædictis computatis) duxerimus promovendum,

Volentes quòd prima Solutio, præfato Filiolo noſtro, de dictis Ducentis Triginta & Tribus Libris, Sex Solidis, & Octo Denariis, facienda, poſt Duos Annos, proximò futuros, tantum finitos, incipiat.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſexto die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1393. Sciatis quòd,
An. 16. Cum Major, Vicecomites, Aldermanni, & Communitas Civi-
R. 2. tatis noſtræ Londoniæ, nuper pro quibuſdam Meſpriſionibus &
Pat. 16. Offenſionibus, per ipſos erga noſtram Regiam Mageſtatem factis
R. 2. p. 2 & perpetratis, undè coram Nobis & Concilio noſtro Impetiti
m. 3. fuerunt, quandam Summam Decem Milium Librarum, pro Benivolentia noſtra optinenda, nobis ſolverint grato corde,

Nos,

* VII. * Solutionem Summæ prædictæ, Nobis ſic factæ, cognoſcentes,
740. & de eadem plenarie contenti,

Ipſos, Majorem, Vicecomites, Aldermannos, & Communitatem, ac Hæredes & Executores ſuos, de eadem Summa, pro Nobis & Hæredibus noſtris, Tenore Præſentium, finaliter Quietamus & imperpetuùm Exoneramus;

Et hoc omnibus, quorum intereſt, vel intereſſe poterit, innoteſcimus per Præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimò octavo die Februarii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Subditis Comitis Virtutum.*

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1393. Licet, nuper, per Literas noſtras Patentes, conceſſimus,
An. 16. dilecto Ligeo noſtro, *Nicholao Cellyng* de Chapſtowe Repriſaliam
R. 2 ſuper Bonis Mercatorum & Subditorum *Comitis Virtutum*, occa-
Pat. 16 ſione certæ Deprædationis Bonorum dicti Nicholai & aliorum Li-
R. 2. p. georum noſtrorum, nuper factæ per *Thomam Cupalata* & Socios
3. m. 26. ſuos Mercatores de Dominio Plaſenciæ, Subditos prædicti Comitis, prout in Literis noſtris prædictis pleniùs continetur,

Nos tamen,

Ad Requiſitionem dicti Comitis, conſiderantes magnam Amicitiam quæ ante hæc tempora inter nos & ipſum fuit, & erit tempore futuro Deo dante,

De Gratia noſtra ſpeciali, & de aſſenſu Concilii noſtri, certis de Cauſis, Nos & idem Concilium noſtrum ad hoc moventibus, conceſſimus quòd omnes Subditi ejuſdem Comitis, qui in Civitate noſtrâ Londoniæ, vel alibi, infra Regnum noſtrum, Impriſonati exiſtunt ad Sectam dicti Nicholai, occaſione tantum Repriſaliæ prædictæ, extra Priſonam deliberentur, & ad eorum largum dimittantur,

Relaxavimus etiam prædictam Repriſaliam uſque Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum, ad Finem quòd Nos, medio tempore, ſcire valeamus ſi competens Satisfactio præfato Nicholao, & aliis Ligeis noſtris dampnificatis facta fuerit, ut prædictum eſt (ſicut per Literas noſtras, de Privato Sigillo noſtro, præfato Comiti ſcripſimus) necne; in quo Caſu ordinabimus ſuper hoc tale Remedium, prout Nobis, & Concilio noſtro prædicto fore videbitur conſonum rationi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, octavo die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Salvo Conductu, ſuper Tractatu Franciæ.*

LE Roy a touz ceux, qui ces Lettres verront, Salut. Ann. D.
SAVOIR FAISONS que Nous avons pris & mys, pre- 1393.
nons & mettons, noz cheres & amez Couſyns, *le Duc de Berry* Ao. 16.
& d'Avergne, *le Duc de Bourgoigne* Conte de Flandres & d'Ar- R. 2.
toys, Oncles de *noſtre dit Adverſaire de France*, *Nicolle Eveſque* Franc. 16.
*de Baieux*, *Johan Eveſque Darras*, *Waleran Conte de Liney* & de R. 2. m 5.
Seint Pol, *Guillem Viconte de Meleun*, *Raoul Sire de Rameval*, *Guillem de la Tremoille*, *Guillem de Neilhac*, & *Yve Deryan*, & chaſcun d'eux,

Les queux noſtre dit Adverſaire envoie preſentement es parties de Picardie, pour le Fait du Traictie de la Paix, pieca Parlee d'entre Nous & *noſtre dit Adverſaire*, & lez Subgiz, Alliez, Roiaumes, & Seigneuries de l'une & de l'autre,

Avecques les deſſus nommez Meſſages, leurs Gentz, & Familers (ſoient Chevalers, Eſquiers, Clers, & Vallez) venans en leur Compaignie, ou autrement, pur cauſe du dit Traictie, juſqes au *Nombre de Huit Centz Parſonnes*, a Chival, ou a Piee, leur Chivalx, Monnoyes, Harnoys, & autres Biens quelxconques, en noz ſauf & ſeur Conduit, Protection, Tuition, Sauvegarde, & Defenſe eſpeciaulx, en venant par Mer, es dites parties de Picardie, pour le Fait du dit Traictie, & la demorant, & retournant, vers les parties de France, par Meer & par Terre, touz Enſemble, ou par Parties, ſicome bone leur ſemblera, & ſi ſouvant comme il leur plaira pour la cauſe deſuſdite juſqes au primer jour de Juing prochein venant,

Si donnons en Mandement & Commandons eſtroitement a touz noz Lieuxtenantz, *&c. prout in ejuſmodi de Conductu Literis.*

En Teſmoignance de ce Nous avons fait mettre noſtre Grand Seal a ces Lettres.

Don. a noſtre *Palais de Weſtm.* le Sizieſme jour de Mars, l'An de Grace Mille, Troiſcens, Quatrevins & Douze, & de noſtre Regne Sezieſme.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

---

### *De prædicto Salvo Conductu elongato.*

LE ROY a touz ceux, *&c. ut ſupra uſque ibi*, pour la cauſe Ann. D.
deſuſdite, *& tunc ſic*, juſques au Feſt de Seint Michel prochein 1393.
veant, Ao. 16.
Si donnons, *&c. ut ſupra uſque ibi*, R. 2.
Donn. *& tunc ſic*, *a Canterbirs* le xxiv. jour de May, l'An du ibidem.
Grace Mil, Troiſcens, Quatrevins & Treſze, & de noſtre Regne Sezieſme.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

* Ducis

*lariæ prædictæ, ac etiam illud quod pertinet ad Communem Legem Regni Angliæ:*

*Quod quidem Sigillum, in quadam Bagâ de Corio, ſub Sigillo ipſius Cancellarii ſignatâ incluſum, dictus Cancellarius, vicesimo ſexto die Martii, Anno præſenti, in Hoſpitio ſuo juxta Weſtmonaſterium, præfatis, Johanni & Johanni, liberavit:*

*Qui Sigillum illud, ad Mandatum regium, receperunt:*

*Ac idem* Johannes de Burton *Sigillum prædictum ad Hoſpitium ſuum Converſorum deferri fecit:*

*Et poſtmodum, die ſequenti (videlicet) Viceſimo ſeptimo die Martii, prædicti,* Johannes & Johannes, *apud Weſtmonaſterium, in Alba Aula, in quodam loco pro Cancellaria ordinato, præſentibus* Thoma de Newenham, Roberto de Faryngton, Johanne Scarle, Thoma de Midelton, Thoma de Stanley, *&* Johanne de Folkyngham, *Clericis, ac aliis quamplurimis, tàm Clericis, quàm Laicis, ibidem præſentibus & circumſtantibus, Bagam prædictam, Sigillo ejuſdem Cancellarii ſic ſignatam, aperiri, & Sigillum extrahi, & cum eo Literas Patentes & Brevia Sigillari, &, hiis factis, dictum Sigillum in Bagam prædictam recludi, & Bagam illam Sigillis ſuis ſignari fecerunt: & ſic ſucceſſive, de die in diem, ea quæ fuerunt Sigillanda, in dicta Alba Aula, in eodem loco, pro Cancellaria ordinato, in præſentia Clericorum Cancellariæ prædictæ, fecerant ſigillari uſque diei Sabbati, proximò ante Feſtum Sancti Georgii Martiris tunc proximò ſequent, Horam Sextam:*

*Quo die, circa Horam Quartam poſt Nonam, præfati,* Johannes & Johannes, *dictum Magnum Sigillum, in Baga prædicta, Sigillis ſive Signetis ipſorum Johannis & Johannis ſignata, incluſum, eidem Cancellario, in quadam Privata Camera ſua Hoſpitii ſui prædicti, prætextu quarumdam Literarum dicti Domini noſtri Regis de Privato Sigillo, eiſdem, Johanni & Johanni, traditarum, in Filatiis Cancellariæ prædictæ, inter Brevia Regis, ſimiliter reſidentium, in multorum circumſtantium Comitiva liberarunt.*

---

* VII. 743.

## * *Litera Magiſtri Theotonicorum.*

Ann. D. 1393. *An.* 16. *R.* 2. *Pen. Camer.*

SERENISSIME PRINCEPS,
Gratioſe Domine,

Obtulerunt nobis, Fideles noſtri dilecti, Conſules Civitatum noſtrarum Pruſiæ Cartam quandam, graves Querelas, ſuper nonnullis Injuriis & Gravaminibus, ipſis ac omnibus Mercatoribus Pruſiæ in Regno veſtro illatis, continentem;

Quas quidem Querelas articulatim Serenitati veſtræ hiis incluſas deſtinamus: affectione humili ſupplicantes quatenus eas benignâ mente attendere ac aure gratuitâ percipere; Dei quoque ac juſtitiæ contemplatione ſuper eis de Remedio oportuno gratioſiùs dignemini providere:

Operoſiùs intendentes nè ad tam grande ſui Præjudicium, contra Libertates & Regia Indulta, ipſis, unà cum cæteris Almanniæ Mercatoribus, per Serenitatem veſtram, ac, recolendæ memoriæ, Dominos Progenitores & Prædeceſſores veſtros, in Regno veſtro donata & conceſſa, & præſertim contra Ordinationem & Compoſitionem, aliàs per, Honorabiles, Magiſtrum *Nicholaum Stocket*, *Thomam Graa*, & *Walterum Sibile*, Ambaſſiatores veſtros, cum pleno utique Mandato, ut in Procuratorio per eos ad-

tibus, tàm de Pace & Concordia finalibus & perpetuis, quàm de quibuſcumque Treugis, Guerrarum Sufferentiis, ſeu Induciis temporalibus, Alligantiis, Amicitiis, Ligis, Confœderationibus, & Unionibus,

*Inter Nos*, & Hæredes noſtros, pro Regnis, Terris, Dominiis, ac Subditis, Vaſſallis, Ligeis, & Alligatis noſtris prædictis, ex parte una, & *ipſum Adverſarium*, Hæredes, complices, & * Alligatos ſuos, pro Se, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Vaſſallis, Ligeis, & Alligatis ſuis, ex parte altera, perpetuò vel ad tempus duraturis, * VII. 744.

Necnon de & ſuper omnibus & ſingulis Queſtionibus, Querelis, Diſſentionibus, Cóntroverſiis, Litibus, & Debatis, cum omnibus & ſingulis ſuis Articulis, circumſtanciis, incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis,

Inter Progenitores noſtros, claræ memoriæ, & Nos, ex parte una, ac ipſum Adverſarium, Progenitores, & Alligatos ſuos, ex parte altera, ante hæc tempora qualitercumque exortis, ſuſcitatis, ſive motis,

Omniaque & ſingula, ſic Locuta, Comunicata, & Tractata, cum omnibus & ſingulis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis, Nobis & dicto Concilio noſtro Referendi, declarandi, explicandi, certificandi, exponendi, & ore tenus reportandi,

Omniaque alia & ſingula Excercendi, Faciendi, & Expediendi, quæ in Præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint vel etiam quomodolibet oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid, per dictos Procuratores noſtros, Actum, Geſtum, procuratumve fuerit in Præmiſſis, vel aliquo Præmiſſorum.

Dat. ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio apud *Weſtm.* xvii. die Aprilis.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

## *Pro Regina de Norwegia.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1393.
Sciatis quòd, *An.* 16.

Ob Obligantiarum & Amicitiæ Fœdus, *R.* 2.

Inter *Nos* & Cariſſimam Sororem noſtram *Reginam de Norwegia Swecia & Dacia*, pro Nobis, & dicta Regina, ac Hæredibus, Regnis, Terris, & Subditis utriuſque Partis, Deo dante, mutuò ineundem & firmandum, *Pat.* 16. *R.* 2 *p.* 3. *m.* 18.

Ac claram Benivolentiam, quam ipſam Reginam, & Incolas Terrarum ſuarum, penes Nos, & Subditos noſtros, tenemus corditer optinere,

Deſiderantes proinde & volentes, pro Succurſu & Relevatione ejuſdem Reginæ, quæ per Inimicorum ſuorum graves Inſultus multipliciter aggravatur, quod dolemus, grato animo favorabiliter providere,

Conceſſimus & Licentiam dedimus, dilecto Nobis, *Swenoni Stalefote*, Nuncio & Commiſſario ipſius Reginæ, qui in Regnum noſtrum Angliæ, ratione hujuſmodi Succurſûs, ac aliorum Præmiſſorum, Habendorum, de Mandato ipſius Reginæ, advenerit, quòd ipſe Tres groſſas Naves Guerrinas, in Portu Villæ de Lenn, cum toto Apparatu & Marinariis, earumdem (videlicet) Navem

quòd, ſi hujuſmodi nephandum & deteſtabile Propoſitum (quod abſit) proceſſiſſet, in Commotionem & Dampnum manifeſtum totius Regni noſtri veriſimiliter redundaſſet,

Nè igitur Subditi Regni noſtri malitioſis Rumoribus, futuris temporibus, indulgeant aut aſcultent Volentes Animo Vigilanti proſpicere, ac Intentionem noſtram, in Caſu hujuſmodi, Regni noſtri Incolis innoteſci, necnon hujuſmodi Inſurrectorum Erroribus, Malitiis, & Inſolentiis reſiſtere, ut tenemur,

Vobis, diſtrictiùs quo poſſumus, Injungimus & Mandamus quòd ſtatim, viſis præſentibus, in pleno Comitatu Ceſtriæ, & aliis Locis, infra Comitatum prædictum, ubi magis & meliùs expedire videritis, publicè, ex parte noſtra, proclamari & Populo noſtro notificari faciatis quòd Intentionis ſeu Voluntatis noſtræ nunquam extitit, ſeu exiſtit, aliqualiter tolerare quòd aliquæ hujuſmodi Inſurrectiones, Conventicula, ſeu Congregationes, per aliquos Ligeos noſtros, in aliquibus Partibus dicti Regni noſtri, fierent, vel fieri permitterentur, aut fiant ſeu fieri permittantur quoquo modo; ſet quòd Pax & Unitas, Quies & Tranquillitas, ubique in Regno noſtro prædicto firmiter obſerventur; cùm ad hoc non ſolum Ordine Rationis, verùm etiam aſtringamur Vinculo Juramenti.

Et inſuper, ex parte noſtra, firmiter & diſtrictè proclamari & inhiberi faciatis nè Quis, cujuſcumque Statûs, gradûs, ſeu conditionis fuerit, ſuper Ligeantia ſua & forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterit, aliquas Inſurrectiones, Congregationes, Conventicula, Aſſembleas, Routas, ſeu Riotas, contra Pacem noſtram, ſeu aliàs in Commotionem vel malum Exemplum Populi noſtri, faciat aut procuret, ſeu facere aut procurare præſumat, nec Fidem, Credentiam, ſeu Favorem hujuſmodi Malitioſis Rumoribus, ſeu Relatoribus & Adinventoribus eorumdem, adhibeat ullo modo:

Et ſi aliquos, poſt & contra Proclamationem hujuſmodi, inveneritis contrarium facientes, eos ſtatim per Corpora ſua, tanquam Majeſtatis Regiæ Contemptores & Rebelles, aſſumpto Poſſe Comitatûs, ſi neceſſe fuerit, areſtari, & ſub Areſto detineri faciatis quouſque de eorum Punitione aliter duxerimus ordinandum:

Nos & Concilium noſtrum de Nominibus & Statu hujuſmodi Areſtandorum, ac de omnibus aliis quæ vos facere contigerit in Præmiſſis, de tempore in tempus, diſtinctè & apertè, ſub Sigillo veſtro, certificantes:

Et hoc, ſicut Nos & Honorem noſtrum diligitis, & Nobis indè reſpondere volueritis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, vi. die Maii.

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

Cariſſimo Avunculo ſuo *Johanni Duci Aquitaniæ* & *Lancaſtriæ*, vel ejus Cancellario in dicto Ducatu Lancaſtriæ.

* *Vicecomiti Salop.* * VII. 747.

*Vicecomiti Stafford.*

*Vicecomiti Derb.*

*Vicecomiti Leiceſtr.*

*Vicecomiti Warr.*

---

das, & ea facias & exequaris in forma prædicta;

Damus autem præfatis Magiſtris & Marinariis, ac Univerſis & Singulis Ligeis, Subditis, & Fidelibus noſtris, ac aliis, quorum intereſt, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis quòd Tibi, in Executione Præmiſſorum, Intendentes ſint & Reſpondentes.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

## *Pro Duce Britanniæ.*

Ann. D. 1393. *An.* 16. R. 2. *Clauſ* 16. R. 2. *m.* 9.

REX, Cuſtumariis ſuis ac Collectoribus ſubſidii, Duodecim Denariorum de Libra, in Portu Civitatis ſuæ Londoniæ, Salutem.

Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd *Hugonem Damery*, Servientem, cariſſimi Fratris noſtri, *Johannis Ducis Britanniæ*,

Unum Pannum & Quindecim Ulnas de Scarleta,
Novem Pannos de diverſis Coloribus,
Unum Pannum de Canevacio pro uno Saplario ordinatum,
Quindecim ulnas de Blanketo,
Quindecim ulnas de nigro,
Sexdecim Sellas,
Decem Clotheſakkes,
Duo Paria Cofrarum,
Tres Buttas de Malveiy,
Duos Arcus, & Tres Duodenas Sagittarum pro Boſco,
Duo Paria de Trappis,
Novem Paria Botellorum,
Centum Triginta & Duas Libras de Zucurio,
Quinquaginta Greylynges,
Quinquaginta Lengys,
Tres Barellos de Allece albo,
Quatuor Cados de Allece rubro,
Centum & Viginti Stokfiſh,
Duodecim Ollas Æneas cum Cooperculis,
Duodecim Chaufours de Ære,
Sex Patellas de Auricalco,
Duas Lebetes,
Quatuordecim Bayles,
Duo Coclearia pro Candelaria,
Unum Lectum de Blodio & Viridi, cum Octo Tapetis, & Curtinis ad eundem Lectum pertinentibus,
Et unam Ymaginem de Sancto Michaele de Alabaſtro,

In Portu Londoniæ in quadam Navi Carcare, & ea, ſic Carcata, verſus partes Britanniæ, ad opus ipſius Ducis, abſque Cuſtuma ſeu Subſidio inde ad opus noſtrum ſolvendis, liberè & abſque impedimento aliquo traducere permittatis; aliquo Mandato noſtro, vobis prius in contrarium directo, non obſtante.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxii. die Aprilis.

---

## *De Licentia Haſtiludiandi de Guerra.*

Ann. D. 1393. *An.* 16 R. 2 *Pat.* 16. R. 2. *p.* 3. *m.* 17.

REX, dilecto Conſanguineo & Fideli ſuo, *Henrico de Percy*, Salutem.

Sciatis quòd,

Ad Supplicationem, Dilecti & Fidelis noſtri, *Ricardi de Redemane*,

---

## *De Attemptatis contra Treugas in Aquitania reformandis.*

Ann. D. 1393. *An.* 16. R. 2. *Vaſc.* 16. R. 2. *m.* 1.

LE ROI a, noz cheres & bien amez foialx, *Galhard de Durfort* Sire de Duras & de Blanqefort, *Johan Traly* Meire de Burdeux, *William Elmham* Chivaler, *Reymond Guilliam* de Caupen dit Bourc, Meſtres *Johan de Pygeoles* Clerk, *Pelegrun de Fau* Chanoyne, *Bertran d'Aſta* Official, & *William Arnaldi* de Taudyner Clerk, de Burdeux, Salutz.

Nous

Juſtice, come a Diſſobeiſſantes, Faux, Mauveys, & Rebelles devers Nous & noſtre Corone,

Et enſy Ouſtez les Conſervatours inſufficeantz, & Mettez autres Prodomes & ſufficeant,

Et faites as Captaines & Garniſſons de noſtre dit Paiis Jurer de Tenir & Garder les dites Trieues, & ſur ce tourz autres Choſes touchantz la Reformacion & Conſervacion des dites Trieues,

Nous donnons a vous Oept, Sept, Sys, Cynk, Quatre, Troys, & Deux de vous pleine Pouair, Auctorite, & Mandement eſpecial.

Si Mandons & Commandons a tourz Officers, Counts, Viscountz, Barons, Chivalers, Capitains, Gentz d'Armes, & autres Lieges de noſtre Seignurie d'Aquitaigne, que, en ce feiſant, vous ſoient Obeiſſantz, & vous donent Conſeil, faveur, & adjutoire, aveſque maine forte, ſi buſoigne ſoit, a tourz & a tantz des foitz come en ſerront requis.

Don. ſouz noſtre Grant Seal, en noſtre *Palays de Weſtm.* le Unſziſme jour de Juyn, l'An de Grace Mille, Troiſcentz, Quatrevintz, & Treſze, & de noſtre Regne Seſziſme.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

---

* VII. 748. ** De Conductu, pro Domino de Suliaco.*

Ann. D. 1393. *An.* 16. *R.* 2. *Fran.* 16. *R.* 2. *m.* 2.

LE ROY a touz noz Lieutenantz, &c. Salut & Dilection.

SAVOIR VOUS FAISONS que,

Come *Guy de la Tremoille* Seignur de Sully, pur la grant affection & devocion, q'il ad al glorious Martir Seint *Thomas de Canterbirs*, ſoit en purpoſe de venir en noſtre Roiaume d'Engleterre en Pelrinage a cauſe ſuiſdite, & pur autres Boſoignes, queux il ad a Faire touchant ſa Parſone demeſne, deinz noſtre dit Roiaume, oveſque Sexant Parſonnes en ſa Compaignie, a Chival, ou a Pie,

Nous avons pris & prenons le dit Guy & ceulx de ſa Compaignie, ſoient Chivalers, Eſquiers, Clers, Vallez, & autres (de quelque eſtat ou condicion q'ils ſoient) juſqes au dit Nombre & au deſſouz, & aveſques leurs Chevaux, & autres Beſtes, leur Hernoys, Males, Monnoie, Vaiſſelle, Joiaux & autres Biens, en noſtre Protection & ſeure Conduit, en venant par devers nous, par Meer, & par Terre, demourant, & retournant, juſqes a la Feſte de Seint Michel prochein venant;

Si donnons en Mandement a vous, *&c. prout in Literis de Conductu.*

Don. ſouz noſtre Grand Seal, a noſtre *Palays de Weſtm.* le xiii. jour de Juyn.

*Par le Roi.*

---

Ann. D. 1393. *An.* 17. *R.* 2. *Fran.* 17. *R.* 2. *m.* 17.

*Forma Prorogationis Treugarum.*

FAIT A REMEMBRER *que les Trieues & Soufferances de Guerre,*

*Priſes a* Lenlyngham, *le xviii. jour de Juyn, l'An du Grace Mille, Troiſcentz, Quatrevins & Neof,*

*Vic. Notyngham.*

* VII. 749. • *Johanni Duci Aquitaniæ & Lancaſtriæ*, vel ejus Cancellario in dicto Ducatu Lancaſtriæ.

*Johanni de Bello Monte*, Conſtabulario Caſtri Regis Dovorriæ, & Cuſtodi Quinque Portuum ſuorum, vel ejus Locumtenenti ibidem.

*Johanni de Holand*, Comiti Huntyngdoniæ, Capitaneo Caſtri & Villæ Regis de Breſt, vel ejus Locumtenenti ibidem.

*Johanni Goloſre*, Capitaneo Caſtri & Villæ Regis de Chirburgh, vel ejus Locumtenenti ibidem.

*Thomæ Comiti Mareſcallo Notynghamiæ*, Capitaneo Villæ Regis Caleſii, vel ejus Locumtenenti ibidem.

---

*De Sacramento Adverſarii Scotiæ recipiendo.*

Ann. D. 1393. *An.* 17. *R.* 2. *Scot.* 17. *R.* 2. *m.* 7.

RIcardus, Dei Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, Dilecto & Fideli ſuo, *Gerardo Heron* Militi, ac, dilecto ſibi, *Johanni Misford* Armigero, Salutem.

Sciatis quòd,

Cum Treugæ & Guerrarum Abſtinentiæ,

*Apud Lenlyngham*, decimo octavo die Junii, Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Octogeſimo nono,

Inter *Nos, pro Nobis*, Regno, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis noſtris, ex una parte, *& Adverſarium noſtrum Franciæ*, pro Se, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis ſuis, ex alterâ, captæ,

Et abinde in Tres Annos, qui Sextodecimo die Auguſti proximò præterito finiri fuerunt, duraturæ,

Et ab eodem Sextodecimo die Auguſti, uſque Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum, prorogatæ;

Viceſimo octavo die Aprilis, Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Nonageſimo Tertio, per Ambaſſatores noſtros & ipſius Adverſarii noſtri, ſufficientem Poteſtatem & Auctoritatem ad hoc habentes, Elongatæ & Prorogatæ fuiſſent, a prædicto Feſto Sancti Michaelis, proximò futuro, uſque diem Sancti Michaelis extunc proximò ſequentem, qui erit in Anno Domini Milleſimo, Treſcenteſimo, Nonageſimo quarto, modo & formâ in dictis Treugis contentis,

Nos,

De Fidelitate probatâ, ac Circumſpectione, & Induſtriâ veſtris providis plenam & ſolidam fiduciam reportantes,

Conſtituimus, Deputavimus, & Aſſignavimus vos, conjunctim, & diviſim, ad proficiſcendum verſus partes Scotiæ, ad Sacramentum *Adverſarii noſtri Scotiæ*, juxta Formam quorumdam Articulorum, Treugarum prædictarum, præfatum Adverſarium noſtrum Scotiæ & Subditos ſuos ſpecialiter tangentium ſeu concernentium, petendum & recipiendum,

Et prædictum Adverſarium noſtrum Scotiæ, Nomine noſtro, requirendum ad Literas Teſtimoniales, ſub Magno Sigillo ſuo Sacramentum ſuum prædictum Teſtificantes, vobis, immediatè poſt Præſtationem ejuſdem, liberandas,

Ac omnia alia, in hoc caſu neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna, faciendum & exequendum,

Et ad Nos & Concilium noſtrum de omnibus & ſingulis, quæ per vos, ſeu alterum veſtrûm, Acta & Geſta fuerint in Præmiſſis,

re-

Pro eo quòd idem Robertus dictas Literas noſtras præfato Ni-
cholao & Sociis ſuis, de Repriſalia prædicta ſic factas, nobis in Cancellaria noſtra prædicta eo prætextu reſtituit cancellandas, volentes, pro majori Securitate dictorum Ligeorum & Subditorum *Comitis Virtutum*,

Nè ipſi, occaſione Præmiſſorum, per præfatos Nicholaum & Socios ſuos, aut eorum Attornatos ſive Deputatos quoſcumque, futuris temporibus, aliqualiter impetantur, ſeu indebitè moleſtentur,

In hac parte providere,

Præmiſſa omnia & ſingula, in manifeſtam & credulam evidentiam veritatis (cui teſtimonium ex pietatis motione perhibere tenemur) univerſis & ſingulis, quorum intereſt vel intereſſe poterit, innoteſcimus & ſignificamus per Præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Junii.

---

*De Appellatione, in Curia Militari, ſuper Cruciata ſæpememorata Epiſcopi Norwicenſis.*

Ann. D. 1393. *An. 17. R. 2. Pat. 17. R. 2. p. 1. m. 27.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, *J.* eadem Gratiâ, *Epiſcopo Herefordiæ*, & cariſſimo Fratri ſuo, *Johanni de Holand* Comiti Huntyngdoniæ, ac, dilectis & fidelibus ſuis, *Johanni Lovell*, *Baldewino Bereford*, *Baldewyno Radyngton*, & *Johanni Thornbury*, Militibus, necnon Magiſtro *Johanni Barnet* Officiali Curiæ Cantuarienſis, & Magiſtro *Ricardo Rumbale* Legum Doctori, Salutem.

Sciatis quòd,

Cum nuper a Sententiâ Diffinitivâ,

In quadam Causâ,

Quæ coram, dilecto & fideli noſtro, *Johanne Cobbeham*, tunc Locum tenente Curiæ noſtræ Militaris pro Conſtabulario noſtro Angliæ, inter, Venerabilem in Chriſto Patrem, *Henricum Epiſcopum Norwici*, ex parte unâ, & *Willielmum Baronem de Hilton* Militem, Partem Ream, ex altera, vertebatur,

Occaſione & pro eo quòd idem Willielmus Soldarius cum eodem Epiſcopo, cum certis Hominibus ad Arma & Sagittariis, in Viagio *de la Croiſeria*, in Partibus Flandriæ nuper facto, devenit,

Per ipſum Locum tenentem, pro parte prædicti Epiſcopi, & contra prædictum Willielmum latâ,

Per ipſum Willielmum ad Nos & ad noſtram Audientiam fuiſſet Appellatum;

Et ſuper hoc, per Literas noſtras Patentes, certis Commiſſariis noſtris, ad Audiendum, cognoſcendum, & procedendum in Cauſa ſive Cauſis Appellationis hujuſmodi, necnon in Cauſa ſive Negotio in hac parte Principali commiſerimus Vices noſtras & Mandatum ſpeciale, prout in Literis noſtris prædictis pleniùs continetur,

Jamque idem Epiſcopus a certis Gravaminibus & Injuriis, ſibi per præfatos Commiſſarios noſtros, colore Literarum noſtrarum prædictarum, contra formam Juris illatis, ad Nos & ad noſtram Audientiam appellaverit, & Nobis ſupplicaverit ut, ſuper Appellatione ſuâ prædictâ, certos Judices, ſive Commiſſarios dare ſive aſſignare dignaremur,

Nos,

Supplicationi prædictæ, tanquam Juri conſonæ, annuentes,

Vobis, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tribus, vel Duobus veſtrûm (de quorum fidelitate & induſtriâ fiduciam gerimus ſpecialem) Committimus Vices noſtras & plenam, Tenore Præ-
* VII. 751. ſentium, Poteſtatem ac Mandatum ſpeciale ad Audiendum, cognoſcendum, & procedendum in Cauſa ſive Cauſis * Appellatio-

*Pro Collectore Cameræ Apoſtolicæ in Hibernia.*

REX, dilectis & Fidelibus ſuis, Locum noſtrum tenenti, ac Ann. D. 1393.
Juſticiario, ſive Cuſtodi, vel Gubernatori, ac Cancellario, *An. 17.*
& Theſaurario noſtris Terræ noſtræ Hiberniæ, necnon Baronibus *R. 2.*
& Camerariis noſtris de Scaccario noſtro ibidem, qui nunc ſunt, *Ibid. m. 23.*
& qui pro tempore fuerint, & eorum cuilibet, ac quibuſcumque aliis Miniſtris, Officiariis, ac Ligeis, & Fidelibus noſtris in eadem Terra, Salutem.

Sciatis quòd *Franciſcus de Capanago*, Doctor Decretorum,

Quem Dominus *Summus Pontifex* ad Terram noſtram Hiberniæ, ad Officium Collectoris Cameræ Apoſtolicæ in eadem Terra faciendum, nuper deſtinavit;

Sacramentum, in eodem Officio conſuetum, coram Concilio noſtro Angliæ, ſuper Sancta Dei Evangelia, per ipſum tacta, prout tenetur, præſtitit corporale;

*Cujus quidem Sacramenti Tenor ſequitur ſub hac forma,*

*ERO fidelis Domino noſtro Regi Angliæ & Coronæ ſuæ:*

*Nec faciam, aut procurabo, ſeu, quantum in me eſt, fieri ſeu procurari permittam quicquam [quod] præjudiciale aut dampnoſum dicto Domino Regi, aut Regno, vel Terræ Hiberniæ prædictæ, vel Legibus aut Juribus ejuſdem Domini noſtri Regis, aut dicti Regni ſeu Terræ, eſſe poterit:*

*Et quod bonum & fidele Conſilium, pro ſenſu meo, dabo eidem Domino noſtro Regi, ſuper quibuſcumque undè fuero ex parte ſuâ requiſitus:*

*Conſilium Domini noſtri Regis, & dicti Regni, aut Terræ prædictæ, undè potero aliquo modo doceri, vel quod dictus Dominus noſter Rex michi ſcire fecerit per Literas vel alio modo, celabo, & ſecretum tenebo abſque revelatione indè facienda alicui Perſonæ viventi, per quod Dampnum, dedecus, aut præjudicium dicto Domino noſtro Regi, aut Regno, ſeu Terræ prædictæ, evenire poterit:*

*Nullam Executionem Literarum vel Mandatorum Domini Papæ per me vel alium faciam nec fieri permittam, quæ poterit eſſe præjudicialis Regiæ Majeſtati dicti Domini noſtri Regis, aut Regaliæ, Legibus, vel Juribus ſuis, vel eiſdem Regno, vel Terræ:*

*Nullas Literas Papales nec alias * recipiam, niſi eas, citiùs quo* * VII. 752.
*potero, deliberavero Concilio dicti Domini noſtri Regis, antequam publicentur ſeu deliberentur alicui Perſonæ viventi:*

*Nullum Theſaurum Regni vel Terræ prædictæ, nec Deverium Domini Papæ ſeu Cardinalis, nec alterius Perſonæ cujuſcumque, in Moneta ſeu Plata Auri vel Argenti, per Literas Cambitorias, aut aliàs, non mittam, nec mitti faciam extra dicta Regnum vel Terram, antequam ſuper hoc dicti Domini noſtri Regis vel Concilii ſui Licentiam habuero ſpecialem:*

*Nec aliquas Literas, præmiſſis, ſeu alicui Præmiſſorum præjudiciales ſeu contrarias, mittam extra Regnum vel Terram prædictam:*

*Honorem & Statum dicti Domini noſtri Regis, ac Leges, & Jura ſua prædicta, pro poſſe meo, abſque violatione, cuſtodiam & manutenebo:*

*Nec aliquos primos Fructus, quorumcumque Beneficiorum, datorum, præſentatorum, vel nominatorum per dictum Dominum noſtrum Regem, quocumque titulo, nec de Beneficiis per Dominum Summum Pontificem conceſſis vel concedendis per viam Expectationis de Gratiâ communi vel ſpeciali, exigam ſeu levabo, nec Proceſſus ea de cauſa faciam:*

*Nec aliquas Novitates incipiam, per Mandatum, nec abſque Mandato, ſine voluntate & licentia ſpeciali dicti Domini noſtri Regis, & abſque eo quòd Cauſa vel Mandatum hujuſmodi, ſi quæ vel*

Digitized by Google

... par Terre, es ditz Parties de Picardie, par la cauſe deſuiſdite, & la demorant, & retornant vers les Parties de France, par Meer, & par Terre touz Enſemble, ou par Parties, ſicome bon leur ſemblera, & ſi ſovent come il leur plerra, juſqes a la Feſte de touz Saintz proſchein venant,

Si Donnons en Mandement & Commandons eſtroitement a vous noz Juſticers, *&c. prout in ejuſmodi de Conductu Literis.*

Don. par Teſmoignance de noſtre Grant Seal, a noſtre *Palais de Weſtm.* le Quint jour d'Auguſt, l'An du Grace Mille, Troiscentz, Quatrevintz & Treize, & de noſtre Regne Dys & Septiſme.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

---

• VII. ** Super dicto Tractatu, de Poteſtatibus.*

753.
Ann. D. 1393. L E Roi a touz ceux, qui ceſtes Lettres verront, Salutz.
An. 17. R. 2. SAVOIR FAISONS que,
Franc. 17. R. 2. m. 16. Pour l'onour de Dieu,

Et pour eſcheuer l'effuſion de ſanc Chriſtian, & les Malx & Domages irreparables, qui par la Fait des Guerres, d'entre *Nous & noſtre Adverſaire de France*, pourroient enſuir en temps a venir, ſicome ont eſte avenuz en temps paſſe,

Deſirans venir au bonne Paix & Concord aveqes noſtre dit Adverſaire, & de mettre noz Soubgies en Pees, Quiete, & Tranquillite,

Et confians au plain des Sens, Loiautes, aviſementz, & Diſcretions de noz treschiers Oncles, *Johan Duc de Guyen & de Lancaſtre*, & *Thomas Duc de Glouceſtre*,

Yceux avons Ordenne & Comys, Ordennons & Commettons, pour & en lieu de Nous, pour aſſembler aveqes *les Oncles & autres Deputees* de noſtre dit Adverſaire, aiant ſouffiſant Pouoir de Luy, ſur les faiz qui s'enſuent, en quelconques Lieux & Places es queux leur ſemblera, pour le Fait du Traitie de Pees ſuſdite,

Et avons Donne, & Donnons par ceſtes Preſentes, a noz ditz Deputees plain Pouoir, Auctorite, & Mandement eſpecial de Convenir, traitier, compoſer, tranſiger, pacifier, & plainement & finablement accorder, & venir au bonne Paix & Accord, ſur touz Debatz, Contentions, Queſtions, Guerres, Riotes, & Diſcors, movez & a movoir, oue touz lours Articles, & Circumſtances, Incidentz, Emergentz, Dependentz, & Connexez, *entre Nous*, noz Roiaumes, Soubgies, & Seignuries, Amys, Alliez, Aidantz, & Adherentz quelconques deca & dela la Meer, d'une part, & *noſtre dit Adverſaire*, ſes Soubgies, & Seigneuries, Amys, Alliez, Aidantz, & Adherentz quelconques, d'autre part,

Et ſur quanque ſerra enſi Traictie, compoſe, tranſige, paciſce, & acorde, pour Nous & noſtre Partie aveqes ceux de la Partie adverſe, aiantz a ceo ſouffiſant Pouoir, de la Fermer & Aſſeurer par Foy & par Serement ſur les Sains Evangilles, a donner en l'Aume de Nous, & d'Ottroier & Donner, ſur Ce & les Dependentz d'icelle, toutes maneres de Caucions, Seurtees, Promeſſes, Obligacions, & Lettres Sealees, tantz & tielx come meſtier ſerra, ou bon leur ſemblera en tiel Cas,

Les queles Nous volons avoir tiel Effect, Vigour, & Ferme-



veros & legitimos Procuratores, Negotiorum Geſtores, Deputatos, ac Nuncios ſpeciales Facimus, Creamus, & Conſtituimus per Præſentes,

Dantes & Concedentes eiſdem Procuratoribus, Deputatis, & Nunciis noſtris Auctoritatem, plenamque & liberam Poteſtatem, ac Mandatum, tàm generale, quàm ſpeciale, Conveniendi, loquendi, communicandi, & tractandi, pro nobis & nomine noſtro, ac pro Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Ligeis noſtris quibuſcumque, cum *Adverſario noſtro Scotiæ*, ſeu ejus in hac parte Procuratoribus, Nunciis, ſeu Deputatis, ſufficientem Poteſtatem ab ipſo Adverſario noſtro habentibus, de Pace & Concordia finalibus & perpetuis, inter Nos, & Hæredes noſtros, pro Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Ligeis noſtris, ex parte una, & ipſum Adverſarium, & Hæredes ſuos, pro Se, Terris, Dominiis, Subditis, & Ligeis ſuis, ex parte altera, perpetuò vel ad tempus duraturis,

Omniaque & ſingula, ſic Locuta, Communicata, & Tractata, cum omnibus & ſingulis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis, Nobis & Concilio noſtro Referendi, Declarandi, Explicandi, Certificandi, Exponendi, & ore tenus reportandi,

Omniaque alia & ſingula Excercendi, Faciendi, & Expediendi, quæ in Præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint vel etiam quomodolibet oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros, quicquid, per dictos Procuratores noſtros, Actum, Geſtum, Procuratumve fuerit in Præmiſſis, vel aliquo Præmiſſorum.

Dat. ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio apud *Novam Sarum* xxii. die Auguſti.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

*De Tractando cum Comitibus de Marchia & de Douglas.*

R EX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1393.
Sciatis quòd Nos, An. 17. R. 2.
De Fidelitate & Circumſpectione, Dilectorum & Fidelium noſtrorum, *Thomæ de Nevill* Domini de Furnevalle, & *Thomæ de Stanley* Clerici, pleniùs confidentes, Ibid.
Ipſos Conſtituimus, Ordinavimus, & Fecimus, Creamuſque, m. 6.
Ordinamus, & Facimus, per Præſentes, noſtros veros & legitimos Procuratores, Negotiorum Geſtores, ac Nuncios ſpeciales,

Ad Tractandum, paciſcendum, & finaliter concordandum cum Nobili Viro, *Georgio de Dunbarre* Comite Marchiæ Scotiæ, vel ipſius Procuratoribus, Nunciis, ſeu Deputatis, in hac parte, plenariam Poteſtatem ab ipſo Comite habentibus, de & ſuper quibuſcumque Amicitiis, Alligantiis, ac mutuis Auxiliis (videlicet) *inter Nos*, pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, ac Subditis noſtris quibuſcumque, ex parte una, & *præfatum Comitem*, pro Se, Terris, Dominiis, & Subditis ſuis quibuſcumque, ex parte altera, mutuò ineundis & præſtandis,

Et ſpecialiter ad Tractandum, paciſcendum, & concordandum ſuper Retinentia ſua penes Nos, & certis Serviciis per ipſum Comitem Nobis impendendis, durante tota Vita ejuſdem Comitis,

Dantes & Concedentes, ex certâ ſcientiâ & noſtrâ liberâ Volun-

Proviſo ſemper quòd idem Martinus, vel aliqui perſonarum prædictarum, in Comitiva ſua, Regi, aut Regno ſuo, ſeu alicui Ligeorum Regis Dampnum non inferat durante tempore ſupradicto.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xv. die Octobris.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

---

### *Pro Duce de Gelre.*

Ann. D. 1393. An. 17. R. 2. Pat. 17. R. 2. p. 1. m. 22.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Ob ſinceram affectionem, quam geſſimus & gerimus erga, Cariſſimum Conſanguineum noſtrum, *Willielmum* Primogenitum Ducis Juliacenſis *Ducem de Gelre* & Comitem Zutphaniæ (qui Vaſſallus noſter devenit & Nobis Homagium & Fidelitatem præſtitit) ac etiam pro Magnis & laudabilibus Servitiis quæ ipſe Nobis & Regno noſtro impendit, & impendet in futurum,

Conceſſimus dicto Conſanguineo noſtro Manerium & Parcum noſtra de Biſſete cum pertinentiis, in Comitatu Surriæ, Habenda, pro Termino Vitæ ſuæ, abſque aliquo nobis indè Reddendo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xvi. die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Auro Reginæ Colligendo.*

Ann. D. 1393. An. 17. R. 2. Clauſ. 17. R. 2. m. 31.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Locum noſtrum tenenti in Terra noſtra Hiberniæ, Cuſtodi Magni Sigilli noſtri, Juſticiariis noſtris de utroque Banco, ac Theſaurario & Baronibus de Scaccario, in Terra noſtra prædicta, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem.

Ex parte *Annæ Reginæ Angliæ*, Conſortis noſtræ Cariſſimæ, nobis extitit intimatum quòd,

* VII. 756. * Licet ipſa, ratione Prærogativæ ſuæ, quoddam Feodum, vocatum Aurum Reginæ, de certis Finibus, ad opus noſtrum infra Regnum noſtrum Angliæ, factis, prout cæteræ Reginæ ejuſdem Regni ante hæc tempora habuerunt, habeat, & percipiat, ex Conſuetudine laudabili & hactenus approbatâ, omneſque Reginæ Regni noſtri prædicti hujuſmodi Feodum de Finibus infra dictam Terram noſtram Hiberniæ, ad opus Progenitorum noſtrorum, quondam Regum Angliæ, factis, a tempore quo non extat memoria, ratione prærogativæ ſuæ, Succeſſivè habere & percipere conſueverunt,

Quidam tamen, Conſuetudinem prædictam omninò tollere ſatagentes, hujuſmodi Feodum, præfatæ Conſorti noſtræ, de certis Finibus, ad opus noſtrum infra dictam Terram Hiberniæ factis, debitum eidem Conſorti noſtræ, ſolvere contradicunt, in ipſius Conſortis noſtræ Dampnum graviſſimum & Exhæredationis periculum manifeſtum, ac contra Conſuetudinem ſupradictam,

Unde Nobis eſt ſupplicatum ut Indempnitati ſuæ in hac parte proſpicere dignaremur,

Nos, Jura & Privilegia ipſius Conſortis noſtræ illæſa obſervare, ac ea Contravenientes reſtringere volentes prout decet, vobis & cuilibet veſtrûm Injungimus & Mandamus quòd Feodum prædictum, de Finibus coram vobis vel aliquo veſtrûm ad opus no-

R. 2. m. 13.

tem Poteſtatem ad hoc habentes, factum & firmatum,

Caſtrum & Villa de Chirburgh, in Normannia Nobis deliberata fuiſſent, in manu noſtra per certum tempus, in dicto Tractatu ſpecificatum, remanſura,

Quo tempore finito, Virtute Tractatûs prædicti, tenebamur & tenemur, ſub certis Forma & Conditione, in eodem Tractatu contentis, ad Caſtrum & Villam prædicta præfato Regi Navarræ, vel Deputatis ſuis, pro ipſo, & ejus nomine, integrè Reſtituendum,

Et poſtmodùm ſuper hoc, cariſſimi Avunculi noſtri, *Johannes Dux Aquitanniæ* (tunc Rex Caſtellæ & Legionis) Dux Lancaſtriæ, & Seneſcallus Angliæ, *Edmundus Dux Eborum* (tunc Comes Cantebrigiæ) & *Thomas Dux Glouceſtriæ* (tunc Comes Bukinghamiæ) & Conſtabularius Angliæ, *Edmundus* * *Comes Marchiæ*, *Ricardus Comes Arundellæ*, *Thomas Comes Warwicæ*, *Hugo Comes Staffordiæ*, *Willielmus Comes Sarum*, & alii Magnates Regni noſtri, per Literas ſuas, ſub Sigillis ſuis ſigillatas, ex eorum libera voluntate & aſſenſu, obligati fuiſſent, & jurati ſuper Sancta Dei Evangelia, ac ſub Pœna quòd reputarentur in quibuſcumque Locis falſo perjurati, & fide mendaces, quòd dicta Caſtrum & Villa præfato Regi Navarræ, aut illis quos ipſe in Vita vel Teſtamento ſuo ordinaverit, quibuſcumque excuſationibus, fraude & malo ingenio ceſſantibus, in forma & conditione prædictis, promptè & integrè reddantur & reſtituantur, * VII. 757.

Et cùm ſit ita quòd, nomine Magnifici & Potentis Principis *Karoli*, Dei gratiâ, nunc *Regis Navarræ*, tàm tanquam Primogeniti & Hæredis dicti nuper Regis Navarræ, quàm prætextu cujuſdam Clauſulæ, in Teſtamento prædicti Karoli nuper Regis Navarræ contentæ, ſub eo qui ſequitur Tenore,

ITEM, ORDENONS ET VOLONS *que, noz Couſins, le Roy d'Engleterre & ſes Oncles, & les autres, a nous Obligez pur la Reſtitution de noz Chaſtell & Ville de Chirburgh, ſoient tenuz de Rendre, Reſtituer, & Deliverer noz ditz Chaſtel & Ville a Charles noſtre Heriter & Fitz amſne, toutes les foitz que de ce ſerront ſomez & requis de la partie de noſtre dit Filz,*

Procuratores ipſius nunc Regis Navarræ, ſufficientem Poteſtatem ſub Magno Sigillo ejuſdem nunc Regis Navarræ habentes, Nos, & dictos Avunculos noſtros, ac alios Obligatos prædictos, ad Reſtitutionem Caſtri & Villæ prædictorum faciendam requiſierunt, offerendo ſe promptos, nomine ipſius nunc Regis Navarræ, Conditiones in dicto Tractatu contentas adimplere,

Nos,

Conſiderantes magnam Fidelitatem, quæ ſemper in Progenitoribus noſtris inventa fuerat,

Et volentes tantam Fidelitatem, erga quoſcumque, in Perſona noſtra, conformiter reperiri,

Ad frequentem inſtantiam & ſupplicationem dictorum Avunculorum noſtrorum, & quamplurium Obligatorum prædictorum, tàm pro Salvatione Honoris noſtri, quàm dictorum Avunculorum noſtrorum, & Obligatorum prædictorum,

Conceſſimus & Promiſimus, &, ex habundanti, Concedimus & Promittimus, bonâ fide ac verbo regio, quod dicta Caſtra & Villa, infra Tres Septimanas, Datam Præſentium immediatè ſequentes, *Karolo de Beaumont*, Alferiz, & *Martino de la Karre*, Mareſcallo Navarræ, ac *Petro de Garro*, Militibus, Procuratoribus ipſius nunc Regis Navarræ, vel eorum alicui, pro & in nomine ipſius Regis, integrè Reddantur & Reſtituantur, in eorum Manu & Poteſtate, abſque aliqua Contradictione, fraude, vel malo ingenio, remanſura.

In cujus, &c.

Teſte

Digitized by Google

Ad Proviſionem ejuſdem Eboracenſis Eccleſiæ celerem, & felicem, de qua nullus præter nos, ea vice, ſe intromittere potuerat neque poterat, Reſervatione & Decreto obſiſtentibus ſupradictis, ne ipſa Eccleſia Eboracenſis longæ Vacationis exponeretur incommodis, Paternis & ſolicitis ſtudiis intendentes, poſt deliberationem, quam, de præficiendo eidem Eboracenſi Eccleſiæ Perſonam, utilem & etiam fructuoſam, cum dictis Fratribus habuimus diligentem,

Demùm ad, Venerabilem Fratrem noſtrum, Robertum, olim Ciceſtrenſem, in Archiepiſcopum Eboracenſem Electum, (conſideratis grandium virtutum meritis, quibus Perſonam ipſius Roberti Electi, prout fidedignorum teſtimoniis accepimus, divina Gratia multipliciter inſignivit, & quòd ipſe Robertus Electus, qui re-



Digitized by Google

1396. An. 20. R. 2. Ex Orig. in Tur. n. 17.

BOnifacius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, Cariſſimo in Chriſto Filio, *Richardo Regi Angliæ* Illuſtri Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Gratiæ Divinæ Præmium & humanæ laudis Præconium acquiritur, ſi per Seculares Principes Prælatis, præſertim Eccleſiarum Cathedralium Regiminibus præſidentibus, oportuni favoris præſidium & honor debitus impendatur.

Sanè Eccleſiâ Ciceſtrenſi ex eo Paſtoris ſolatio deſtitutâ, quòd Nos hodie, Venerabilem Fratrem noſtrum, *Robertum Archiepiſcopum Eboracenſem*, tunc Epiſcopum Ciceſtrenſem, licet abſentem, a vinculo, quo ipſi Eccleſiæ Ciceſtrenſi, cui tunc præerat, tenebatur, de Fratrum noſtrorum Conſilio, & Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine abſolventes, ipſum ad Eccleſiam Eboracenſem, tunc vacantem, duximus auctoritate Apoſtolicâ transferendum, præficiendo eum præfatæ Eboracenſi Eccleſiæ in Archiepiſcopum & Paſtorem;

Nos ad Proviſionem ipſius Ciceſtrenſis Eccleſiæ, celerem & felicem, nè ipſa Ciceſtrenſis Eccleſia longæ Vacationis ſubjaceret incommodis, paternis & ſolicitis ſtudiis intendentes, ac volentes talem eidem Ciceſtrenſi Eccleſiæ præeſſe Perſonam, quæ ſciat, velit, & poſſit eam præſervare a noxiis & adverſis, & in ſuis manutenere Juribus, & etiam adaugere, poſt Deliberationem, quam ſuper hiis cum dictis Fratribus habuimus diligentem,

Demùm ad Venerabilem Fratrem noſtrum, *Robertum Ciceſtrenſem*, tunc Karleolenſem, *Epiſcopum* (conſideratis grandium virtutum meritis, quibus Perſonam ipſius Roberti Electi, illarum largitor, Dominus inſignivit, & quod ipſe Robertus Electus, qui Regimini Karleolenſis Eccleſiæ hactenus laudabiliter præfuit, eandem Ciceſtrenſem Eccleſiam ſciet & poterit, auctore Domino, ſalubriter providere, præfatum Robertum Electum a vinculo, quo præfatæ Karleolenſi Eccleſiæ, cui tunc præerat, tenebatur, de dictorum Fratrum Conſilio, & ejuſdem Poteſtatis plenitudine abſolventes, ipſum ad præfatam Ciceſtrenſem Eccleſiam auctoritate Apoſtolicâ tranſtulimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, Curam & Adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Ciceſtrenſis ſibi in Spiritualibus & Temporalibus plenariè committendo, liberamque ſibi dando licentiam ad ipſam Ciceſtrenſem Eccleſiam tranſeundi, firmâ ſpe fiduciâque conceptis quòd præfata Ciceſtrenſis Eccleſia, per ſuæ Induſtriæ & Circumſpectionis ſtudium fructuoſum, Gratiâ ſibi aſſiſtente Divinâ, regetur utiliter & proſperè dirigetur, grataque in eiſdem Spiritualibus & Temporalibus ſuſcipiet incrementa.

Cùm itaque, Fili cariſſime, ſit virtutis opus Dei Miniſtros benigno favore proſequi, ac eos verbis & operibus pro Regis æterni gloriâ venerari, Serenitatem Regiam rogamus & hortamur attentè, quatinus eundem Epiſcopum, & præfatam Eccleſiam Ciceſtrenſem, ſuæ Curæ commiſſam, habens, pro noſtræ & Apoſtolicæ Sedis reverentiâ, propenſius commendatos, ipſos benigni favoris auxilio proſequaris, ita quòd idem Epiſcopus, tuæ Celſitudinis fultus præſidio, in commiſſo ſibi Curæ Paſtoralis Officio, poſſit Deo propitio proſperari, ac tibi exindè a Deo perennis vitæ Præmium, & a nobis condigna proveniat actio Gratiarum.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, iii. Non. Octobris, Pontificatûs noſtri Anno Septimo.

---

Ann. D. 1396. An. 20. R. 2. Franc. 20. R. 2. m. 10.

## *Pro Comite Mareſcallo.*

THomas Comes Mareſcallus & Notinghamiæ, Capitaneus Villæ Regis Caleſii, qui in Obſequio Regis in Partibus Picardiæ, ſuper ſalva Cuſtodia ejuſdem Villæ, moratur, habet Litteras Regis

verba,

POST QUARUM quidem Litterarum Apoſtolicarum receptionem, fuimus per Excellentiſſimum Principem, *Ricardum*, Dei Gratia, *Regem Angliæ* Illuſtrem, Dominum noſtrum Sereniſſimum cum Inſtantiâ requiſiti quatinus ad Executionem hujuſmodi Litterarum Apoſtolicarum, juxta omnem Vim, Formam, & Effectum earundem, & contentorum in eis, procedere dignaremur,.

Nos igitur *Thomas*, *Archiepiſcopus Eborum*, Commiſſarius memoratus,

Attendentes Requiſitionem dicti Domini noſtri Regis Chriſtianiſſimi fore juſtam & conſonam Rationi:

Volenteſque hujuſmodi Litteris Apoſtolicis, ac Requiſitioni dicti Regis Domini noſtri Devotiſſimi obedire firmiter ut tenemur,

Ipſum Regem, Dominum noſtrum, ac Nobilem Mulierem, *Iſabellam*, *Caroli Regis Franciæ Natam*, in Tertio vel Quarto Conſanguinitatis vel Affinitatis Gradu eſſe ſcienter ſe invicem conjunctos ſpontaneè confitentem, ac nichilominus cum eâ Matrimonium per verba aliàs legitimè de Præſenti, non tamen in contemptum Clavium, contraxiſſe, beneficium Abſolutionis a Sententiâ Excommunicationis, & aliis Sententiis, quas, propter hoc incurrerat, humiliter petentem, tactis Sacroſanctis Euvangeliis de ſtando Mandatis Eccleſiæ, præſtito primitùs Juramento, ac eidem, pro modo hujuſmodi Culpæ, per Nos injunctâ Pœnitentiâ ſalutari, abſolvimus in formâ Eccleſiæ conſuetâ, ipſumque in ſtatum priſtinum reſtituimus, omnem Inhabilitatis ſeu Infamiæ Maculam ſive Notam Auctoritate Apoſtolicâ penitùs abolentes;

Dictam verò Iſabellam, nondum Doli capacem, ſet propter Minorem Ætatem in præmiſſis penitùs Innocentem, non abſolvimus, ſicuti nec oportet.

Inſuper, ut in Matrimonio ſic contracto, prædictis Impedimentis ac aliis Obſtantibus quibuſcunque, licitè valeant remanere, juxta Vim, Formam, & Effectum Litterarum Apoſtolicarum prædictarum Diſpenſavimus cum eiſdem, prolem ex hujuſmodi Matrimonio ſuſcipiendam Legitimam Decernentes.

In quorum omnium Teſtimonium, has Litteras noſtras Patentes, ſeu Publicum præſens Inſtrumentum, per *Johannem Ruſſell*, Clericum, Publicum Auctoritate Apoſtolicâ & Imperiali Notarium, Scribamque noſtrum in hac parte deputatum, ſcribi & publicari mandavimus, ac Sigilli noſtri appenſione fecimus communiri.

Dat. & Acta ſunt hæc, prout ſupraſcribuntur, Caleſii, in quadam Turri ſupra Murum ejuſdem Villæ, juxta & prope Caſtrum in dictâ Villâ ſituatum, Anno ab Incarnatione Domini, ſecundum Curſum & Computationem Eccleſiæ * Anglicanæ, Milleſimo, * VII.
Trecenteſimo, Nonageſimo ſexto: Indictione Quintâ: Pontifica- 846.
tûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Bonifacii, Divinâ Providentiâ, Papæ Noni, Anno Septimo; Menſis Novembris die Tertiâ.

Præſentibus tunc ibidem,

| | |
|---|---|
| Dominis, | Ac, |
| *Willelmo de Roos*, | *Michaele Sergeaux*, |
| Et *Radulpho de Nevyle*, | Et *Ricardo Roubale*, |
| Baronibus, | Legum Doctoribus; |

Et aliis in Multitudine copioſâ Teſtibus ad Præmiſſa vocatis ſpecialiter & Rogatis, in Fidem & Teſtimonium omnium Præmiſſorum.

*Et ego* Johannes Ruſſell *Clericus*, *Lincolnienſis Diœceſis*, *Publicus Au-*

Digitized by Google

Somme de Octe Centz Milles Franks d'Or, dont les Trois Centz Milles Franks Nous devoient eſtre Paies a l'Anel & Solempniſacion de dit Mariage, ſicome ces Choſes & autres ſont pluis au plain contenuz es dites Lettres faitz ſur le dit Traitie, & de preſent, apres ce que noſtre dit Piere ad fait Mener & Conduere a ſes diſpenſes, noſtre dite Compaigne ſa File, en ſes Tentes & es noſtres, Aſſiſes entre Ardre & Guynes, ou il, en ſa Parſonne, la Nous a baille, & en Nous la avoms reſcieu, al Honur qui l'appartient, & qui depuis la Nous a fait Mener & Conduere jesqes a Caleys par noz ditz Oncles de Berry & de Burgoyne, moult honourablement en accompliſſant le contenu ou dit Traitie, en quel Lieu preſentz pluſours, tant de noſtre Sank, come Prelatz, Barons, & autres Notables Parſonnes de noſtre Roialme, Nous en noſtre Parſone, en Ratifiant confermant & approvant tout ce, qui par avant avoit eſte ſur ce Fait traitie & accorde par noz ditz Procurures & ceux de noſtre dit Piere, obtenues eues ſur ce, d'une part & d'autre, Diſpenſacions ſuffiſantz, avons fait ſolempniſer la dit Mariage, & avons pris noſtre dit Compaigne en noſtre Femme & Eſpouſe en Face de noſtre miere Seinte Egliſe, ainſi come a la
* VII. reverence * de Dieu, par l'Ordinance de noſtre dite Miere Seinte
847. Egliſe ce doit faire,

Savoir faisons que l'Anel baille, & la Solempniſacion de dit Marriage fait & parfait come dit eſt, nous ount eſte Bailes, paies, & noumbres depar noſtre dit Piere, & Nous avons Reſcieu comptans d'icelluy noſtre Piere, par les mains de *Raoul Dangetouville* Eſquier a ce Commys depar luy, la dite Summe de Trois Centz Milles Frankes, leſquelle Summe nous devoit eſtre Paie & Baille a l'Anell & Solempniſacion de dit Mariage come dit eſt,

Et enſy, come il fuiſt convenu & accorde par le Tenure de la dite Traite, & ſolonc la fourme & tenure d'icelluy, & de les Lettres ſur ce faitz, de la quell Somme de Trois Centz Milles Frankes, enſi a Nous Paie compte & nombre, nous tenons a bien content, paies, & agrees, & de ycelle Somme de Trois Centz Milles Frankes, & de toutz les Actions & Demaundes, qui pur occaſion de la Somme de Trois Centz Milles Frankes ſuſditz, purrons faire & intenter a noſtre dit Piere, ſes Heirs, Succeſſours, ou Aiant cauſe de lui, perpetuelment & a toutz jours, ſaunz ce que james, en temps a venir, Nous, noſtre dite Compaigne, ne les Heirs, Succeſſours, ou Aiantz cauſe de nous, & de ele, en puiſſons aſcune choſe Demaunder, requerer, ne par ceo faire ou intenter Action ou Demaunde, envers noſtre dit Piere, ſes Heirs, Succeſſours, ou Aiantz cauſe de luy, en quel manere que ce ſoit, touchant les Trois Centz Milles Frankes a nous enſi paiez,

Et Promettons en bon foy, & en parole de Roy, avoir & tenir, a toutz jours, Ferme & Aggreable ceſte noſtre preſente Quitance, & countre la Teneure d'ycelle non venir, ne faire venir venir, en quelque manere que ce ſoit, touchant le dit Paiement de Trois Centz Milles Frankes.

En Teſmoignance de quele choſe nous avons fait faire ceſtes noz Lettres Patentes.

Don. ſouz noſtre Grand Seal, a noſtre *Ville de Caleys*, le Quart jour de Novembre.

*Per ipſum Regem.*

Dat. apud *Villam noſtram Caleſii* Quinto die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Proclamatione pro Coronatione Reginæ.*

REX, Vicecomitibus Londoniæ, Salutem. Ann. D.
Præcipimus vobis, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis 1396.
præſentibus, in ſingulis locis Civitatis prædictæ, & Suburbiorum *An.* 20.
ejuſdem ubi expedire videritis, publice ex parte noſtra proclamari *R.* 2.
faciatis, quòd omnes & ſinguli, qui aliqua Servitia diebus Coro- *Clauſ.* 20.
nationum Regum Angliæ, ratione Tenuræ ſuæ, ſeu alio modo, *R.* 2. *p.* 1.
debent & facere tenentur, interſint Coronationi *Iſabellæ* nunc *Re-* *m.* 16.
*ginæ Angliæ*, Conſortis noſtræ cariſſimæ, apud Weſtmonaſterium, *dorſ.*
die Dominicâ in Craſtino Epiphaniæ Domini proximò futuro, cum omni Honore & Reverentia quibus decet, prompti & parati ad hujuſmodi Servitia ibidem more ſolito faciendum; & hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Decembris.

*Per Concilium.*

---

*De Reſtitutione Temporalium.*

REX, dilecto ſibi, *Johanni Reche*, Eſcaetori ſuo in Comitatibus Ann. D.
Kantiæ & Middleſexiæ, Salutem. 1397.
Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Eccleſia Ca- *An.* 20.
thedrali Cantuarienſi, per mortem, bonæ memoriæ, *Willielmi* *R.* 2.
*ultimi Archiepiſcopi* loci illius, Venerabilem Patrem, *Thomam*, nu- *Pat.* 20.
per *Archiepiſcopum Eborum*, Cantuarienſem Electum, a Vinculo, *R.* 2. *p.* 1.
quo eidem Eborum Eccleſiæ tenebatur, abſolverit, & ipſum ad *m.* 1.
dictam Eccleſiam Cantuarienſem tranſtulerit, ipſumque in Archiepiſcopum Loci illius præfecerit & Paſtorem, ſicut per Literas Bullatas ipſius Domini Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis conſtat,

Nos,

Pro eo quòd idem Electus omnibus & ſingulis Verbis, Nobis & Coronæ noſtræ Præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis renunciavit, volentes cum eo agere gratioſè,

Cepimus Fidelitatem ipſius Electi, & Temporalia dicti Archiepiſcopatûs Cantuarienſis, prout moris eſt, Reſtituimus eidem:

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem Electo Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, liberes in Forma prædicta.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, undecimo die Januarii.

*Per ipſum Regem.*



Digitized by Google

Necnon Bona, Res, Hernefia, Equos, & alia Animalia ſua quæcumque, etiam ſi in Monetâ cujuſcumque Cunei, ſeu in Jocalibus conſiſtentia, in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, ac Protectionem, Tuitionem, Defenſionem, & ſalvam Gardiam noſtras ſpeciales,

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm, diſtrictè præcipiendo, Mandamus quòd eiſdem Nunciis, ſeu Negotiorum Geſtoribus, vel Familiaribus eorumdem, uſque ad Numerum prædictum, aut eorum alicui, ad Terras & Loca prædicta, per Regna, Dominia, & Poteſtatem noſtra, & Subditorum noſtrorum, unà cum Navibus, ſive Navigiis, Nautis & Marinariis prædictis, ut præmittitur, veniendo, ibidem morando, Solutionem ſuam prædictam in forma prædicta faciendo, & exindè ad propria redeundo, in Perſonis, Bonis, Rebus, vel Herneſiis ſuis prædictis non inferatis, vel ab aliis inferri permittatis, Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Violentiam, Areſtum, Impedimentum aliquod aut Gravamen, etiam Ratione vel Vigore Repriſaliæ, ſeu alio quoviſmodo:

Et ſi quid eis, aut eorum alicui, in Perſonis vel Rebus foriſfactum ſive injuriatum fuerit, id eis, & eorum cuilibet, ſine aliqua Dilatione, debitè corrigi & reformari faciatis;

Dumtamen ſe benè & pacifice habeant & gerant, erga Nos, & Subditos noſtros quoſcumque, durante tempore ſupradicto.

In cujus, &c. per Unum Annum duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo die Januarii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *De Temporalibus Archiepiſcopatus Eborum commiſſis.*

Ann. D. 1397. *An.* 20. *R.* 2. *Pat.* 20. *R.* 2. *p.* 1. *m.* 1.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Commiſimus & Conceſſimus, Venerabili in Chriſto Patri, *Roberto Epiſcopo Ceceſtrenſi*, poſtulato in Archiepiſcopum Eborum, Temporalia dicti Archiepiſcopatûs, cum Pertinentiis Habenda, a Tertiodecimo die Januarii proximò præterito, quamdiu nobis placuerit, abſque aliquo nobis indè reddendo.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Januarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *De Legitimatione.*

Ann. D. 1397. *An.* 20. *R.* 2. *Pat.* 20. *R.* 2. *p.* 2. *m.* 6.

REX, cariſſimis Conſanguineis noſtris, Nobilibus Viris, *Johanni*, Militi, *Henrico*, Clerico, *Thomæ*, Domicello, ac dilectæ nobis, Nobili Mulieri, *Johannæ Beauford*, Domicellæ, Germanis, præcariſſimi Avunculi noſtri, Nobilis Viri, *Johannis Ducis Lancaſtriæ*, Natis Ligeis noſtris, Salutem & benivolentiam noſtræ Regiæ Majeſtatis.

Dùm internâ conſideratione penſamus, quot inceſſantibus & quantis Honoribus, perutili & ſincerâ Dilectione, præfati Avunculi noſtri, & ſui Maturitate Conſilii, undique, decoramur, congruum arbitramur & dignum, ut * Meritorum ſuorum intuitu, ac veſtrarum Contemplatione Perſonarum, vos, qui magnæ Probitatis ingenio, Vitæ, & Morum honeſtate, fulgetis, & ex Regali eſtis Proſapia propagati, pluribuſque Virtutibus, munere inſigniri divino, ſpecialis prærogativæ munimine favoris & gratiæ fœcundemus.

* VII. 850.

Hinc eſt quòd, dicti Avunculi noſtri, Genitoris veſtri, Precibus inclinati, vobiſcum, qui ut aſſeritur Defectum Natalium patimini, ut hujuſmodi Defectu, quem ejuſque Qualitates quaſcum-

*Pere de France*, en la Marche de Calais, le Roy noſtre Seigneur ad Ordeigne un Abbe, & un Clerc, & Deux Chivalers, pour aler au preſent, ſelonc les forme & manere come fuiſt a celle foitz apointe parentre ſoun avantdit Pere & Lui: Et la cauſe pour quoi ſes ditz Meſſages n'ount eſte pluiſtoſt departiz, come a celle foitz fuiſt apointe, ſi eſt pour ce, que l'entent du Roy noſtre Seigneur ce fuiſt, pour les avoir envoie devant ces heures, ovec ſes ditz Frere & Couſin de Rutteland & Mareſchal.

*An.* 20. *R.* 2. *Ex Autogr.*

ITEM, touchant le Traictie de la Paix, que fuiſt a celle foitz apointe, que les Uncles de ſon Pere de France, & les Soens, deuſſent aſſembler en la Marche de Calais, a ceſte Mie careſme prochein venant, le quel jour ad eſte Proroge, par ſoun Pere de Fraunce, par pluis long Terme pour diverſes cauſes, & par eſpecial pour la Voiage que doit au preſent faire en Lumbardie: il eſt avis au Roy noſtre Seigneur que le dit Apointement doit tenir, c'eſtaſſavoir, le pluis briefment que bonnement ce purra, & eſpecial devant la Feſte de Pentecoſt prochein venant.

ITEM, touchant ce que le Roy noſtre Seigneur ad envoie par ſes Meſſages, avant ces houres, a ſoun Pere de France, Coment les Eſcotz, n'ount mie volou Tenir les Treues, par le manere come ilz ſount priſes au preſent, parentre ſoun avantdit Pere & Lui: Si voet le Roy noſtre Seigneur que ſes Meſſages deſuiſditz declarount a ſoun avantdit Pere les Articles, les queles, les avantditz Scotz ſount encountre-diſant au faire, & ſi ſount encountre la Tenure de ceſtes preſentes Treues, come y piert par la contenue d'icelles.

ITEM, de Parler & ſavoir l'Avis & entent de ſoun Pere de Fraunce, touchant la Mariage parentre ſoun *Couſin de Derby*, & *la Fille du Roy de Navarre*, ou aucune autre que le ſoit de ſoun Linage, par auxi bien, come ſoun Pere de France ne voet faire ſauns l'Avis du Roy noſtre Seigneur, ne voet il fere ſauns le Soen, & de l'Avis de ſoun * avantdit Pere faire report au Roy noſtre Seigneur. * VII. 851.

ITEM, touchant la Mariage de ſoun dit *Frere de Rutteland*: le Roy voet q'il ſoiet acompliz, ſelonc le manere, come ad eſte apointe & parle devant ces houres.

ITEM, touchant Liſle de Rays, & la Ville de Saint Maloyes: le Roy voet que ſes Meſſages avantditz, parlont eſpecialment a ſoun Pere de France, par la manere come eſt compris en une Cedule baille a Lui, par les Meſſages *du Duc de Bretaigne*.

En Teſmoignance de quele Choſe, a ceſt preſente Inſtruction, noſtre dit Seigneur le Roy, ad fait mettre ſes Grand & Prive Sealx, & ſoun Signet.

Donne a la *Chaſtel*, de meſme noſtre Seigneur le Roy, *de Windeſor*, le xxvii. jour de Feurier, l'An du Regne de noſtre Seignour le Roy ſuiſdit Vintiſme.

*Le Roy R S.*

---

### *Super Solutionibus, per Ducem Britanniæ, faciendis.*

REX omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1397.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione provida, Dilecti & Fidelis noſtri *Willielmi le Scrop* Chivaler, Camerarii noſtri, pleniſſimè confidentes, eidem Willielmo ad Exigendum, petendum, demandandum, & recipiendum, pro Nobis, & nomine noſtro, cum omni diligentiâ qua decet, de cariſſimo Fratre noſtro, *Johanne Duce Britanniæ*, aut ejus Commiſſariis vel Deputatis, Centum & Viginti Milia Francorum in Auro, per Modum quo Curſum habuerint in Francia, & ſecundum Valorem Marcæ Auri, & Nobis, in Regno noſtro Angliæ, uſque præſentium noſtram defe-

*An.* 20. *R.* 2. *Franc.* 20. *R.* 2. *m.* 5.

*Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori ſuo*, in Com. Northumbr.
*Eſcaetori ſuo*, in Com. Notyngh. & Derb.
*Eſcaetori ſuo*, in Com. Glouc.
*Eſcaetori ſuo*, in Com. Midd.
*Eſcaetori ſuo*, in Com. Lincoln.

* VII. 852. * ET Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Archiepiſcopatu prædicto, quòd eidem *Roberto*, tanquam Archiepiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad dictum Archiepiſcopatum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

*Ibidem.* REX, Dilecto ſibi *Adæ Baume*, Majori Civitatis ſuæ Londoniæ, ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate, Salutem.

Cum Dominus *Summus Pontifex Robertum* nuper Epiſcopum Karliolenſem a vinculo, quo dictæ Eccleſiæ tenebatur, abſolverit, & ipſum, ad Eccleſiam Cathedralem Ciceſtrenſem tranſtulerit, & in Epiſcopum Loci illius præfecerit, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

Conſimile Breve dirigitur Eſcaetori Regis, in Comitatibus Surriæ & Suſſexiæ, ſub eadem Data;

ET Mandatum eſt Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de dicto Epiſcopatu Ciceſtrenſi, quòd eidem *Roberto*, tanquam Epiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Epiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*De Caſtro, Villa & Baſtida de Breſt, Deliberandis.*

Ann. D. 1397. *An.* 20. *R.* 2. *Fran.* 20. *R.* 2. *m.* 4. REX Dilecto ſibi, *Johanni Drax*, Servienti ſuo ad Arma, Salutem.

Scias quòd, cum nuper, per quendam Tractatum inter *Nos* & Concilium noſtrum ex parte una, & cariſſimum Fratrem noſtrum, *Johannem Ducem Britanniæ*, ex altera parte, factum, Caſtrum & Villa de Breſt in Britannia, ac quidam Locus ſuper quem quandam Baſtidam nuper erigi & fieri fecimus, per nomen Caſtri de Breſt in Britannia, cum pertinentiis, nobis liberata fuiſſent, in manu noſtra, ſub certa forma in dicto Tractatu ſpecificata, remanſura,

Cujus quidem Tractatûs prætextu Tenemur, ſub certis Forma & Conditione in eodem Tractatu contentis, ad Caſtrum, Villam, & Locum prædicta cum pertinentiis, Guerris finitis, ſive per Tractatum, ſive per Longam Treugam, ſive per quamcumque aliam Viam, præfato Duci, aut Hæredibus ſuis de Corpore ſuo, dictos, debite conficiendas, liberandum,

Et ideò tibi, in fide & ligeantia quibus nobis Teneris, Præcipimus & Mandamus, firmiter injungentes, quòd dicta Caſtrum, Villam, & Baſtidam, cum pertinentiis, de prædicto Comite Huntyngdoniæ, vel ejus Locumtenente, recipias, & prædicta Caſtrum, Villam, & Baſtidam cum pertinentiis, poſt Receptionem hujuſmodi, præfato Duci Britanniæ, ſive Procuratoribus ſeu Commiſſariis ſuis prædictis, Liberes in Forma prædicta.

Damus autem præfato Comiti Huntyngdoniæ & ejus Locumtenenti, necnon univerſis & ſingulis Soldariis Caſtri, Villæ, & Baſtidæ prædictorum, ac aliis Fidelibus, Ligeis, & Subditis noſtris quorum intereſt, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis, quòd Tibi, in Præmiſſis faciendis & exequendis, pareant & intendant in omnibus, prout decet:

Volumus enim Te hujus rei immunem omnimodo diſcerni & haberi, teque, eâ occaſione, erga Nos & Hæredes noſtros, pro Deliberatione Caſtri, Villæ, & Baſtidæ prædictorum cum pertinentiis, in Forma prædicta, penitùs exonerari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxviii. die Martii.

*Per ipſum Regem.*

REX, cariſſimo Fratri noſtro, *Johanni de Holand*, Comiti Huntyngdoniæ, Cuſtodi Caſtri, Villæ, ac Baſtidæ de Breſt in Britannia, & ejus Locumtenenti, Salutem.

Sciatis quòd cum nuper, per quendam Tractatum, inter *Nos* & Concilium noſtrum, ex parte una, & cariſſimum Fratrem noſtrum, *Johannem Ducem Britanniæ*, ex altera parte, factum, Caſtrum & Villa prædicta, ac quidam Locus ſuper quem Baſtidam prædictam nuper erigi fecimus, per nomen Caſtri de Breſt, *&c. ut ſupra uſque ibi*, requiſierint, *& tunc ſic*, Et Nos volentes tam Honorem noſtrum, quàm dicti Avunculi noſtri, & aliorum Obligatorum prædictorum, in hac parte illæſum obſervari,

Aſſignaverimus Dilectum nobis *Johannem Drax*, Servientem noſtrum ad arma, ad Caſtrum & Villam ac Baſtidam prædicta cum pertinentiis, de Vobis nomine noſtro petendum, & per Indenturas, inde inter vos & præfatum Johannem Drax in hac parte debite conficiendas, recipiendum, & ad prædicta Caſtrum & Villam ac Baſtidam cum pertinentiis, præfato Duci Britanniæ, ſeu ejus in hac parte Procuratoribus ſive Commiſſariis, ſub certa Forma, in Literis noſtris Patentibus, * dem Johanni Drax indè confectis, contentas, liberandum, prout in Literis noſtris prædictis plenius continetur,

Vobis in Fide & Ligeantia, quibus nobis Tenemini, Mandamus firmiter injungentes, quòd Caſtrum, Villam, & Baſtidam prædicta cum pertinentiis præfato Johanni Drax, per Indenturas inde inter Vos & ipſum Johannem Drax debite conficiendas, ſine difficultate aliqua Liberari faciatis.

Volumus enim vos, & alterum veſtrûm, hujus rei immunes omnimodo diſcerni & haberi, voſque, ea occaſione, erga Nos & Hæredes noſtros, pro deliberatione Caſtri, Villæ, & Baſtidæ prædictorum cum pertinentiis, in Forma prædicta, penitùs exonerari.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxviii. die Martii.

*Per ipſum Regem.*

* *De*

Digitized by Google

ſcriptis, ſtrenuus Miles, *Nicholaus Rybenuzo* Chivaler, & *Johannes Parant*, Procuratores & Sindici, Sereniſſimi Principis & Domini, Domini *Richardi Regis Angliæ & Franciæ*, & Domini Hiberniæ, prout de Mandato Procurationis eorumdem ad infraſcripta, per Patentes Literas dicti Domini Richardi Regis, plenè conſtabat atque conſtat, quandam Literam ejuſdem Domini Richardi Regis, Sigillo Majeſtatis ſuæ ſigillatam & roboratam, in ſuis tenentes manibus, dicto Illuſtri Principi, Domino Ruperto Seniori, Duci de Bavaria, præſentaverunt, & ad manus & poteſtatem ejuſdem aſſignaverunt, Deſiderantes & Requirentes Quatenus præfatus illuſtris Princeps, Dominus Rupertus Dux Senior, ipſis, nomine Procuratorum dicti Domini Richardi Regis Juramentum corporale ſuper Homagio, in dicta regia litera, tacto, præſtare dignaretur, ſecundum Tenorem & formam Literæ ejuſdem,

Qui quidem Illuſtris Princeps & Dominus, Litera hujuſmodi, de manibus præfati Domini Nicholai Rybenuz Militis Procuratoris & Sindici, cum reverentia qua decuit ad ſe recepta, mox in præſentia & audientia ſuis legi præcepit, & Tenore ejuſdem intellecto, ſtatim idem illuſtris Princeps, Dominus Rupertus Dux Senior, Manus ſuas inter Manus Domini Nicholai Rybenuz, Procuratoris & Sindici prædicti, interpoſuit, quas idem Nicholaus inter ſuas ambas, in forma in talibus uſitata, recepit & tenebat;

Et tunc idem Dominus Rupertus Dux Senior, in præſentia dicti Domini Nicholai, ac mei Notarii Publici Subſcripti, & Teſtium infraſcriptorum, præfati Domini noſtri Regis Angliæ devenit Vaſſallus, & Homo ligeus, & eidem Domino noſtro Regi, in Perſonam dicti Domini Nicholai Procuratoris ſui, & dicto Domino Nicholao in Perſonam præfati Domini noſtri Regis Homagium ligium fecit, atque Fidem & Fidelitatem eidem Domino Regi durante tota vita ſua ſervabit, & faciet, ac facere ſuâ fide promiſit, ſicud Vaſſallus Infeodatus, bonâ fide, Domino ſuo facere tenetur, ſecundum Tenorem, complementum & formam Literarum, tàm præfati Domini Ricardi Regis, quàm etiam ipſius Domini Ruperti Ducis Senioris, ſibi invicem ſuper hujuſmodi Homagio ante mutuò traditarum, & ad hoc corporaliter juravit, SIC DEUS IPSUM ADJUVET ET OMNES SANCTI EJUS;

Et immediatè poſtea præfatus Dominus Dux dicto Domino Nicholao oſculum dedit juxta morem Patriæ in talibus uſitatum.

• VII. 855. * *Tenor autem præfatæ Regiæ Litteræ, ipſi Domino* Ruperto *Duci Seniori, per præfatos Procuratores & Sindicos præſentata, de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis,*

RIchardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Nicholao Rubenuz* Chivaler, & *Johanni Parant*, Servienti ſuo ad Arma, Salutem.

Sciatis quòd,

Cum, *Rupertus Senior* Comes Palatinus Reni, Sacri Romani Imperii Elector, ac Archidapifer, & Bavariæ Dux, Conſanguineus noſter cariſſimus, devenerit efficaciter Homagialis noſter, pro termino Vitæ ſuæ, ac bonâ fide nobis promiſerit, quamdiu vixerit, ſinceram fidelitatem, bonum noſtrum quantum poterit procurare, & de noſtro Malo, quando ei inde conſtiterit, aviſando ac fideliter præmuniendo, ſicud Homagialis fidelis ſuo Domino de Præmiſſis ſolitus eſt facere & obligari;

Promiſerit etiam ſe, contra Nos, Domum noſtram, aut Regnum noſtrum, nunquam facturum, & inſuper adunaverit ſe Nobis fideliter aſtare, & eſſe adjutorem contra & adverſus Injuriatoris noſtris conſueta faciat, ac omnia & ſingula alia Servitia præmiſſa, Pacta & Conditiones in Litteris ipſius Ducis, indè confectis, ſpecificata & contenta, benè & fideliter, abſque fraude & dolo faciat, perficiat, compleat, obſervet, & ad hoc Sacramentum corporale, cum indè ex parte noſtra fuerit requiſitus, nobis præſtet,

Volentes ipſum Ducem favore repenſivo proſpicere & gratioſo,

Conceſſerimus eidem Duci Mille Libras, percipiendas, ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum, ad terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, ad totam Vitam ipſius Ducis; ita tamen quòd, ſi Nos ante ipſum Ducem ſubtracti fuerimus ab hac luce, tunc ſtatim, poſt Deceſſum noſtrum, tàm prædictum Homagium, ac * alia præmiſſa, per præfatum Ducem ſic facienda, • VII.
quàm Solutio dictarum Mille Librarum penitùs ceſſent & termi- 856.
nentur, prout in Litteris noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos,

De veſtra Providentia, circumſpectione, & induſtria pleniſſimè confidentes,

Aſſignavimus, Deputavimus, & Conſtituimus vos, & quemlibet veſtrum, Commiſſarios noſtros, ſive Commiſſarium noſtrum, ad Homagium Ligium ipſius Ducis in hac parte, ac etiam ad Sacramentum corporale ejuſdem Ducis, pro obſervatione omnium & ſingulorum Præmiſſorum, vice & auctoritate noſtris, capiendum & recipiendum, ac, ad Inſtrumentum Publicum, ſub Magno Sigillo ipſius Ducis conſignatum, ſuper præſtatione & factura Homagii & Juramenti prædictorum, petendum, recipiendum, & ad præſentiam noſtram deferendum, cæteraque alia & ſingula faciendum & exequendum, quæ in Præmiſſis & aliquo Præmiſſorum neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna;

Et ideò vobis, & cuilibet veſtrûm Mandamus, quòd circa Præmiſſa cum omni efficaciâ diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta.

In cujus rei Teſtimonium, has Litteras noſtras fieri fecimus Patentes.

Datum in *Palatio noſtro Weſtm.* duodecimo die Aprilis, Anno Regis viceſimo.

*Per ipſum Regem.*

*Scarle.*

Super quibus omnibus & ſingulis, præfatus Illuſtris Princeps, Dominus *Rupertus Dux Senior* ex una, necnon ſupraſcripti Procuratores & Sindici parte ex altera, Requiſiverunt cum inſtantia me Notarium Publicum infraſcriptum, ut ſuper ſingulis Præmiſſis ipſis & eorum cuilibet conficerem una vel plura Publica Inſtrumenta.

In quorum etiam Præmiſſorum omnium evidens Teſtimonium, Nos, *Rupertus Dux Senior* præfatus, Magnum Sigillum noſtrum, præſenti Publico Inſtrumento duximus apponendum.

Acta ſunt hæc, Anno, Indictione, Pontificatu, Menſe, Die, Hora, & Loco ſuperius expreſſatis.

Præſentibus ibidem,

| | |
|---|---|
| Dominis, | Doctoribus: |
| *Nicholao Probo* Sacræ Theologiæ, | Ac, |
| | Strenuis Militibus, |
| Et *Nicholao Bing..na* Decretorum, | *Johanne de Hirſzhorn*, |
| | *Johanne Camerarii*, |

Tham

… juxta Leges & Con-ſuetudines in Civitate prædictâ juſtè & rationabiliter hactenus uſitatis, faciendi, excercendi, & exequendi uſque ad diem, quo ille, quem in Majorem dictæ Civitatis ſic eligi contigerit, Onus Majoratûs illius ſuſceperit, & Sacramentum ſuum de Officiis illis benè & fideliter faciendis, prout moris eſt, præſtiterit corporale;

Damus autem Aldermannis, Vicecomitibus, ac aliis Miniſtris Civitatis prædictæ, necnon univerſis & ſingulis Fidelibus & Subditis noſtris ejuſdem Civitatis, Tenore Præſentium, firmiter in Præceptis, quòd eidem Ricardo, tanquam Majori Civitatis prædictæ, in omnibus quæ ad Regimen & Gubernationem prædicta pertinent, Intendentes ſint, conſulentes, & obedientes, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, octavo die Junii.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Majore, Vicecomitibus, Aldermannis, & Civibus Civitatis Londoniæ.*

Ann. D. 1397. *An.* 10. R. 2. *Pat.* 20. R. 2. *p.* 3. *m.* 16.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cum nuper, per Literas noſtras Patentes, aſſignaverimus, cariſſimos Avunculos noſtros, *Edmundum Ducem Eborum*, & *Thomam Ducem Glouceſtriæ*, ac quoſdam alios Juſtitiarios noſtros,

Ad Inquirendum, de omnibus & ſingulis Erroribus, Defectibus & Meſpriſionibus, in Civitate noſtra Londoniæ, pro Defectu bonæ Gubernationis, Majorum, Vicecomitum, & Aldermannorum ejuſdem Civitatis, qui pro tempore fuerant, qualitercumque & quandocumque uſitatis, & per eoſdem Majores, Vicecomites, & Aldermannos, juxta Officii ſui debitum, minimè correctis & reformatis,

Et ad Præmiſſa omnia & ſingula, tàm ad Sectam noſtram, quàm aliorum quorumcumque, coram præfatis Juſticiariis noſtris, conqueri volentium, ſecundum Legem & Conſuetudinem Regni noſtri Angliæ, audiendum & terminandum, & ad Corrigendum, reformandum, & puniendum, juxta Formam cujuſdam Statuti, tempore, cariſſimi Domini & Avi noſtri, *Regis Edwardi* defuncti, indè editi & proviſi,

Ac *Willielmus Venour*, nuper Major,
Et *Johannes Walcote*, nuper Vicecomites,
*Willielmus Baret*,
*Nicholaus Exton*,
*Willielmus Brampton*;
*Willielmus Wotton*,
*Johannes Hende*,
*Willielmus Olyver*,
*Willielmus More*,
*Johannes Froſh*,
*Thomas Welford*,
Et prædictus *Willielmus Venour*,
*Johannes Fraunceys*,
*Henricus Vannere*,
Et prædictus *Johannes Lovye*,
*Willielmus Shyryngham*,
*Adam Bamme*,
*Johannes Shadworth*,
*Henricus Bamme*,
*Adam Chaungeour*,
*Johannes Pynchon*,
*Thomas Vynent*,
*Johannes Hadley*,
Et *Adam Karlill*,

Nuper Aldermanni Civitatis noſtræ prædictæ, coram prædictis Juſticiariis noſtris Indictati fuiſſent, de eo quòd ipſi diverſos Meſpriſiones & Defectus, factos in Civitate noſtrâ prædictâ, pro De-



Communitas, & Cives, ac Hæredes & Succeſſores ſui, omnia & ſingula Libertates, Francheſias, Conſuetudines, Quietantias, Privilegia, & Immunitates prædicta habeant & teneant, eiſque plenè gaudeant & utantur Imperpetuum, ſicut prædictum eſt, abſque Impedimento noſtri, vel Hæredum noſtrorum, Juſticiariorum, Eſcaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum, vel Hæredum noſtrorum quorumcumque, Judicio prædicto, ſeu Captione, vel Seiſinâ Libertatum & Francheſiarum prædictarum, in manum noſtram, ut præmittitur, aut aliquibus Cartis, Literis Patentibus, Brevibus, aut Proclamationibus noſtris, in contrarium factis, non obſtantibus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo die Junii.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Penſione pro Ruperto Juniori.*

NOS, *Thomas Carliolenſis Epiſcopus*, *Edwardus Rutelandiæ Comes*, & *Thomas Comes Notyngamiæ* Angliæ Mareſcallus, RECOGNOSCIMUS PER PRÆSENTES, quòd vice & nomine, & ex Commiſſione, Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini *Richardi Regis Angliæ & Franciæ*, & Domini Hiberniæ, cum, Illuſtri & Potenti Principe, Domino *Ruperto Juniori*, Comite Palatino Reni, & Bavariæ Duce Tractavimus, convenimus finaliter & concluſimus, Ann D. 1397. *An.* 20. R. 2. *Ex Autogr.*

Quòd idem Dominus *Rupertus Junior*, ejuſdem Domini noſtri Regis eſſe debet, poſt conſummationem & approbationem infraſcripti Tractatûs, Homo Ligius & Vaſſallus, ſic & eo modo prout Pater & Genitor ſuus, Dominus *Rupertus Senior*, Comes Palatinus Reni, Sacri Romani Imperii Elector, & Bavariæ Dux, eidem Domino noſtro Regi eſt aſtrictus,

Et quòd ad hoc ipſa Regia Majeſtas ſingulis Annis eidem Domino *Ruperto Juniori*, de ſuo Scaccario, Mille Marcas Anglicanas, videlicet, in Feſto Sancti Michaelis Quingentas, & in Feſto Paſchæ reliquas Quingentas Marcas dabit, & dari ac tribui faciet,

Et quòd dictus Dominus Rupertus Junior, infra hunc & Feſtum Nativitatis beatæ Mariæ glorioſiſſimæ Virginis proximè venturum, certum ſuum Fidelem ad præfati Inclitiſſimi Domini noſtri Regis præſentiam deſtinare curabit, ſuâ plenâ poteſtate in hac parte ſuffultum ſeu redimitum, ab eodem Domino noſtro ſuas Bonas, & in debitâ formâ, Literas, ſuper dictâ Pecuniæ Summâ Annuatim, dicto Domino Duci Juniori, ut præfertur, dandas, & ſingula Ligamina continentes eiſdem, in formâ & tenore ut Inclitiſſimus Dominus noſter Rex præfatus Illuſtri Domino Ruperto Seniori præfato, prædicti Domini Ruperti Senioris Genitori, ſuper conſimilibus Homagio & Obligatione, Litteras ſuas, Sigillo Regiæ Majeſtatis ſigillatas, ante * conceſſit, tradiditque, ſuper Conditionibus tamen in eiſdem Regis Litteris, prædicto Domino Ru- * VII. 859.
perto Juniori tradendis.

Quod, poſtquam ipſe Dominus Rupertus Senior ab hoc Carceceris Ergaſtulo ſublatus fuerit, de toto prædicto, Domino Ruperto Juniori, quolibet Anno, Mille Libras Anglicanas, in Duobus præſcriptis Terminis, Medietatem in uno, & aliquam Medietatem in altero, dabit & dari faciet, ad inſtar ut ipſi Genitori ſuo, de Mille Libris Anglicanis, ſibi dandis, per Dominum noſtrum Regem ſæpedictum jam eſt aſſignatum, ac Regiis Litteris roboratum.

Dominus *Richardus*, Dei gratia, Rex Angliæ & Franciæ, Dominuſque Hiberniæ, de ſpeciali ejus Gratiâ ac motu proprio, Nos habere voluerit, retinuerit, & acceptaverit in Fidelem ſuum, homagialem Vaſſallum, & Conſiliarum,

Dando etiam & aſſignando Nobis, ad Vitam noſtram, in Feodum, & loco Feodi, Penſionem annuam Centum Librarum, valentium Trecenta Nobilia aurea Monetæ Angliæ, Nobis, ſeu Procuratori noſtro ad id legitimo, vel certo Nuncio Quitantiam noſtram ſufficientem daturo, ſingulis Annis, Medietatem in Feſto Sancti Michaelis Archangeli, & pro alia Medietate in Feſto Paſchæ Dominicæ Reſurrectionis, per ipſum Dominum noſtrum Regem, aut ejus nomine, in Scaccario ſuo, Regii Palatii Weſtmonaſterii, prope Londoniam, Perſolvendas, prout in Literis Regiis confectis deſuper & nobis traditis latiùs continetur,

Hinc eſt quòd Nos præfato Domino noſtro Regi, Fidelitatem & Homagium, in forma debita & conſueta, perſonaliter fecimus; Promittentes, Fide mediâ, eidem Domino noſtro Regi, ac etiam jurantes, ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter per nos tacta, quòd exnunc in antea erimus ſibi Fideles, Bonum ſuum pro viribus fideliter procurando, & Malum ſuum evitando, indeque ipſum aviſando & præmuniendo, & Conſilium ſuum fideliter celando, ac alia faciendo, quæ & prout fidelis Vaſſallus, Homagialis, & Conſiliarius Domino ſuo facere tenetur & ſolet, etiam contra quoſcunque,

Præterquam contra Sanctiſſimum Dominum noſtrum *Papam Bonifacium*, ac ejus Canonicos Succeſſores, & Sanctam Romanam Eccleſiam, &, Reverendiſſimos in Chriſto Patres, & Dominos noſtros præcipuos ac ſingulariſſimos, Dominos *Philippum de Alenconio*, miſeratione Divinâ, Epiſcopum Oſtienſem, Cardinalem, & *F.* Archiepiſcopum Colonienſem, Sacri Imperii Electorem, & per Ytaliam Archicancellarium, Ducem Weſtfaliæ, &c. necnon tàm Colonienſem, quàm omnes alias Eccleſias, in quibus ſumus, & pro tempore erimus Beneficiati, quos & quas expreſsè excepimus in Præmiſſis, & excipimus per Præſentes,

In cujus rei Teſtimonium Sigillum noſtrum, ex certa noſtra ſcientia, Præſentibus eſt appenſum.

Dat. in *manerio Regis Eltham*, Die Septima Menſe Julii, Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Nonageſimo Septimo.

---

* VIII. 2.

## * *Archiepiſcopi Colonienſis de Homagio.*

Ann. D. 1397. *An.* 21. *R.* 2. *Ex Autogr.*

FREDERICUS, Dei Gratiâ, SANCTÆ COLONIENSIS ECCLESIÆ ARCHIEPISCOPUS, Sacri Imperii Elector, & per Italiam Archicancellarius, Dux Weſtfaliæ, &c.

NOTUM FACIMUS UNIVERSIS, Quòd Nos,

Attendentes Excellentiam, Potentiam, & glorioſam Famam, Sereniſſimi Illuſtriſſimique Principis & Domini noſtri, Domini *Ricardi*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, Dominique Hiberniæ, ipſiuſque affectionem ſinceram, quam ad Perſonam noſtram gerere comprobatur, ac alia infraſcripta, ſponte & deliberato animo, Fecimus & Conſtituimus, ac facimus per Præſentes, nos præfati Domini noſtri Regis Vaſſallum & Homagialem, ad vitam ſuam & noſtram, ſibique bonâ fide Promiſimus, & promittimus per præſentes, ſinceram fidelitatem, Bonum ſuum fideliter procurando, & de Malo ſuo vitando, & indè, quando nobis conſtiterit, ipſum aviſando & præmuniendo, ac omnia & ſingula faciendo, quæ & ſicut Vaſſallus & Homagialis fidelis Domino ſuo facere tenetur & ſolet, ac etiam contra Ipſum & ejus Regnum ac Dominia nullatenus faciendo; quin ymmo debebimus ipſi Domino noſtro Regi fideliter aſtare, & eſſe Adjutor, ipſius ſumptibus & expenſis, contra quoſcumque Injuriatores & Inimicos ſuos, modolibet non obſtante, ac etiam Servire ipſi Domino noſtro Regi, cum numero Armigerorum, Comitum, Baronum, Militum, & aliorum Militarium ac Clientum, de quo præfatus Dominus noſter Rex Nos pro tempore duxerit requirendum, non tamen ultra numerum Quingentorum Lanceatorum, niſi ſponte, ad majorem quantitatem noſtro Regi pro tempore ſervire voluerimus;

Concordato tamen priùs & ante omnia, inter ipſum Dominum noſtrum Regem & Nos, de Stipendiorum ſatiſfactione hujuſmodi Armigerorum ſingulorum, ſecundum conditiones & circumſtantias Perſonarum; Inſuper etiam debemus univerſos & ſingulos Subditos ipſius Domini noſtri Regis, per Terras & Dominia noſtra tranſeuntes, vel moram facientes, fideliter defendere tanquam proprios Subditos noſtros, Ipſiſque dare ſalvum conductum, ſi requiratur, quotiens opus erit; ſalvo quòd conſueta Pedagia & Theolonia debitè perſolvantur.

Excepimus tamen in Præmiſſis, & excipimus per Præſentes, ſanctiſſimum *Dominum noſtrum Papam*, & *Sanctam Apoſtolicam Eccleſiam*, *Dominum noſtrum Imperatorem*, *ſeu Regem Romanorum*, quos pro tempore habemus ſeu habebimus pro talibus, *ſacrum Romanum Imperium*, Dominos ejuſdem Imperii Coelectores noſtros; & ut tales, Dominos *Joſridum* Electum Maguntinum, *Monaſter.* & *Paderbernon.* Epiſcopos; *Galrenſem*, *Juliacenſem*, & *Montenſem* Duces, ejuſdemque *Montenſis Filios*, *Marchiones Badenſem* Fratrem, & de Muerſe Sororium noſtrum, *Clivenſem* & *Markenſem* Comites, Confœderatores noſtros, *Civitatem noſtram Colonienſem*, omneſque alios Subditos noſtros & Vaſſallos, quorum pro tempore erimus Potentes, in Jure & Juſtitiâ, ſi præfatus Dominus noſter Rex haberet agere cum illis;

Et inſuper Juramentum fidelitatis & homagii hujuſmodi præfato Domino noſtro Regi, per Procuratores noſtros ad id ſpecialiter & plenarie conſtitutos fecimus & præſtitimus ſolempniter, in forma debita & conſueta.

Et vice verſa, præfatus Sereniſſimus Princeps, Dominus noſter Rex Angliæ & Franciæ, conſideratione Præmiſſorum, Nobis in Feodum, & loco Feodi ad vitam noſtram, de Gratia Regia ſpeciali, conceſſit, dedit, & aſſignavit Penſionem annuam, Mille Librarum ſive Trium Millium Nobilium Aureorum, Monetæ Anglicanæ, percipiendorum Singulis Annis ad Scaccarium Regium, in Palatio Regio Weſtmonaſterii, juxta Civitatem Londonienſem, ad Terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones;

Quam quidem Penſionem annuam Mille librarum, ſive Trium Milium Nobilium, Nobis, ſeu noſtro Procuratori ſufficienter & legittimè conſtituto, ſive certo Nuncio, ſufficientem & plenariam Quitantiam noſtram ipſi Domino noſtro Regi daturo, realiter &
* cum effectu, ipſe Dominus noſter Rex, per Se, vel Suos, ſolvere promiſit, etiam cum Licentia regia exportandi hujuſmodi Aurum de Anglia, & aliis Dominiis ipſius Domini noſtri Regis; * VIII. 3.

Quodque debebit ipſe Dominus noſter Rex deinceps Nos Manutenere, in Jure noſtro Protegere & tueri, contra quoſcunque, exceptis inferius nominatis, ſecundum caſus emergentes, ad requiſitionem noſtram, prout de jure bonus Dominus Vaſſallum ſuum fidelem defendere tenetur:

Et de ampliori ſtabit in Gratia ipſius Domini noſtri Regis, ſecundum caſus occurentes, dummodo tamen ipſum Dominum noſtrum Regem, per Literas noſtras pro tempore, certificaverimus Nos paratos ſubmittere nos arbitrio ipſius Domini noſtri Regis in Jure, parereque Juri & Juſtitiæ coram ipſo Domino noſtro Rege:

Excepit tamen idem Dominus noſter Rex in præmiſſis, Dominos noſtros, *Summum Pontificem*, *Sanctam Sedem Apoſtolicam*, *ac Regem Romanorum*, quos pro tempore ipſe Dominus noſter Rex Angliæ habet ſeu habebit pro talibus; ac Dominos, *Regem Portugaliæ*,

Digitized by Google

rum Lanceatorum, niſi ſponte voluerit,

Concordato tamen prius & ante omnia inter nos & ipſum Archiepiſcopum de Stipendiorum ſatisfactione hujuſmodi Armigerorum ſingulorum ſecundum Conditiones & Circumſtantias perſonarum,

Necnon debebit idem Archiepiſcopus univerſos & ſingulos ſubditos noſtros, per ejus Terras & Dominia tranſeuntes, ſeu moram facientes, fideliter defendere tanquam proprios ſubditos ſuos, ipſiſque dare ſalvum Conductum, ſi requiratur, quotiens opus erit; ſalvo quòd conſueta pedagia & Theolonia debite perſolvantur;

Excepit tamen idem Archiepiſcopus in præmiſſis ſanctiſſimum Dominum Papam, & Sanctam Sedem Apoſtolicam, Imperatorem ſeu Regem Romanorum, quos pro tempore habet ſeu habebit idem Archiepiſcopus pro talibus, ſacrum Romanum Imperium, ejuſdem Imperii Coelectores ſuos, & ut tales, Joſridum de Lynyngen Electum Maguntinum, Monaſterienſem, & Paderburnenſem, Epiſcopos, Gelrenſem, Juliacenſem, & Montenenſem Duces, ejuſdemque Montenenſis Filios, Conſanguineos noſtros, Marchio-
* VIII. nem Badenſem de Sarwerden. * Fratrem, & de Muerſe, Soro-
4. rium, ſuos, Clivenſem & Markenſem Comites Confœderatos ſuos, Civitatem Colonienſem, omneſque alios ipſius Archiepiſcopi Subditos & Vaſſallos, quorum pro tempore erit potens in jure & juſtitia, ſi cum illis agere haberemus, prout hæc & alia in Literis Patentibus ipſius Archiepiſcopi, indè confectis, Sigilloque ſuo roboratis & nobis traditis, pleniùs continetur,

Nos conſideratione Præmiſſorum, & pro eo quòd idem Archiepiſcopus, per Procuratores ſuos, ſufficientem Poteſtatem in hac parte habentes, Fidelitatem & Homagium Nobis fecit, ac hujuſmodi Fidelitatis & Homagii Juramentum nobis præſtitit, in Forma debita & conſueta,

De Gratia noſtra ſpeciali Conceſſimus, dedimus, & aſſignavimus, Concedimus, damus, & aſſignamus per Præſentes, eidem Archiepiſcopo, ad totam Vitam ſuam, in Feodum, ac loco Feodi, Penſionem Annuam, Mille Librarum ſive Trium Milium Nobilium Monetæ Anglicanæ, percipiendam, ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum, in Palatio noſtro Weſtmonaſterienſi, juxta Civitatem noſtram Londoniæ, ad Terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones; quam quidem Penſionem Annuam, Mile Librarum, ſive Trium Milium Nobilium, eidem Archiepiſcopo, ſeu ejus Procuratori ſufficienter & legitime conſtituto, ſive certo Nuncio, ſufficientem & plenariam Quietantiam nobis daturo, realiter & cum effectu, per Nos aut noſtros ſolvere Promiſimus, & Promittimus per Præſentes, etiam cum Licentia aſportandi hujuſmodi Aurum de Anglia & de aliis Dominiis noſtris,

Quodque debebimus deinceps ipſum Archiepiſcopum manutenere, in Jure ſuo protegere & tueri, contra quoſcumque (exceptis inferius nominatis) ſecundum Caſûs emergentiam, ad Requiſitionem ſuam, prout de jure bonus Dominus Vaſſallum ſuum fidelem defendere tenetur;

Et de ampliori ſtabit in Gratia noſtra, ſecundum Caſus occurrentes; dummodo tamen ipſe Archiepiſcopus Nos pro tempore per Literas ſuas certificaverit ſe paratum ſubmittere ſe Arbitrio noſtro in jure, parereque Juri & Juſtitiæ coram nobis; excepimus tamen in Præmiſſis, & excipimus per Præſentes, *Dominum Summum Pontificem*, & *Sanctam Sedem Apoſtolicam*, *Regem Romanorum*, quos pro tempore habemus, ſeu habebimus pro talibus, *Regem Portugaliæ*, *Duces Gelrenſem* & Juliacenſem, & *Rupertum Seniorem*, & *Rupertum Juniorem* Duces Bavariæ, *Johannem de Inſulis*, *Ducem*



*De Homagio ut ſupra.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Ann. D.
Sciatis quòd, 1397.
Cùm ſpectabilis *Fredericus* Comes Muerſenſis, Dominus de Ba- An. 21.
re, Amicus & fidelis noſter cariſſimus, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ex- R. 2.
cepit tamen, *& tunc ſic*, idem Comes in Præmiſſis, *Archiepiſco-* Ibid.
*pum*, & *Eccleſiam Colonienſem*, Duces *Gelrenſem* & *Juliacenſem*, Comites *Clivenſem*, *Markenſem*, *de Sarwerden*, & *de Tekeneberg*, ac *Dominum de Heynsberg*, ipſiuſmet Subditos & Vaſſallos, *&c. ut ſupra*.

Dat. ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Duce Britanniæ.*

REX, omnibus Ballivis & Miniſtris, necnon Hominibus & Ann. D.
Tenentibus Manerii de Sevenhampton, & Hundredi de He- 1397.
worth in Comitatu Wilteſiæ, Salutem. An. 21.
Cùm, Quartodecimo die Septembris, Anno Regni noſtri Se- R. 2.
cundo, inter alia, Terras & Tenementa, *Johanni Duci Britan-* Clauſ. 21.
*niæ*, & *Johannæ* tunc *Uxori ejus*, Sorori noſtræ cariſſimæ defun- R. 2.
ctæ, & Hæredibus de Corpore ipſius Ducis exeuntibus, pro & p. 2. m.
de cauſa Caſtri de Breſt, quod idem Dux Nobis dedit & libera- 30.
vit, Data & Conceſſa,

De aviſamento & aſſenſu Magni Concilii noſtri, Dederimus & Conceſſerimus præfato Duci & Johannæ tunc Uxori ejus, Manerium de Sevenhampton, cum Hundredro de Heworth, & omnibus aliis Membris ejuſdem Manerii in Comitatu Wilteſiæ,

Habendum & Tenendum dictis Duci & Johannæ Uxori ejus, & Hæredibus de Corpore ipſius Ducis exeuntibus, de Nobis & Hæredibus noſtris, per Homagium, abſque aliquo Nobis aut Hæredibus noſtris indè reddendo, quamdiu dictum Caſtrum de Breſt in manu noſtrâ, & Hæredum noſtrorum, remaneret, & quouſque Reſtitutio ejuſdem Caſtri de Breſt dicto Duci, ſeu præfatæ Johannæ Uxori ſuæ, aut dictis Hæredibus ipſius Ducis, fieret, juxta tenorem certi Tractatûs, inter Nos & præfatum Ducem in hac parte habiti & concordati, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Vobis Præcipimus quòd eidem Duci Id, quod ei a retro eſt, de Redditibus & Servitiis, ac omnibus aliis Oneribus, ſibi per vos, a prædicto Quartodecimo die Septembris, debitis, uſque ad Diem quo dictum Caſtrum de Breſt eidem Duci, Reſtitutum fuerit, ſolvatis & ſatisfaciatis, juxta Tenorem Tractatus ſupradicti.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Nono die Julii.

*Et erat Patent.*

---

*Pro Homagialibus prænotatis, de Requeſtu.*

REX, univerſis & ſingulis Principibus, Ducibus, Comitibus, Ann. D.
Nobilibus, ac Populis, cujuſcumque Statûs, Gradûs, Digni- 1397.
tatis, Nationis, Conditionis, Ritûs ſeu ſectæ fuerint, per univer- An. 21.
ſum Orbem conſtitutis, Præſentes Literas inſpecturis, Salutem in R. 2.
omnium Salvatore. Franc. 21.
UNIVERSITATEM VESTRAM multiplicitur honorabi- R. 2.
lem m. 14.



Digitized by Google

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX univerſis, *&c. ut ſupra uſque ibi* Clericum, *& tunc ſic*, & Conſiliarium noſtrum, qui per Regna, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis uſque ibi*, has Literas noſtras Patentes, *& tunc ſic*, per unum Annum duraturas fieri, & Magni Sigilli noſtri munimine fecimus conſignari.

Dat. apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*Super Areſtatione Ducis Glouceſtriæ, pro quiete Populi, de Proclamatione facienda.*

Ann. D. 1397. *An.* 21. *R.* 2. *Clauſ.* 21. *R.* 2. *p.* 1. *m.* 26. *d.*

REX Vicecomitibus Londoniæ & Middleſexiæ, Salutem.

Ad noſtrum jam pervenit intellectum, quòd Nos nuper,

De aſſenſu cariſſimi Fratris noſtri, *Edwardi Comitis Rotelandiæ*, dilecti Conſanguinei noſtri *Thomæ Comitis Kantiæ*, Fratris noſtri *Johannis Comitis Huntingdoniæ*, dilectorum Conſanguineorum noſtrorum, *Thomæ Comitis Mareſcalli & Notynghamiæ*, *Johannis Comitis Sarum*, & *Thomæ Domini le Deſpenſer*, ac dilecti & fidelis noſtri *Willielmi le Scrop* Subcamerarii noſtri,

*Thomam Ducem Glouceſtriæ*, *Ricardum Comitem Arundellæ*, & *Thomam Comitem Warrwicæ*, pro quampluribus Extorſionibus, Oppreſſionibus, Gravaminibus, & aliis Malefactis, Nobis, & Populo noſtro, per ipſos perpetratis, pro Quiete & Indempnitate Populi noſtri prædicti, areſtari, & ſub ſalva Cuſtodia detineri fecimus,

Sunt quamplures credentes nos Areſtationem prædictam, pro eo quòd prædicti, Dux & Comites Arundellæ & Warwicæ, nuper quaſdam Congregationes & Equitationes infra Regnum noſtrum Angliæ fecerunt, feciſſe, metuenteſque ſibi ex hac cauſa Impetitionem & Dampnum poſſe evenire,

Nos,

Pro quiete & indempnitate, tàm omnium illorum, qui cum præfatis, Duce ac Comitibus Arundellæ & Warrwicæ, tempore prædicto, fuerunt, quàm aliorum quorumcumque, proſpicere volentes,

Vobis præcipimus, firmiter injungentes, & ſub forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poteritis, quòd, in ſingulis locis infra Ballivam veſtram, ubi melius expedire videritis, ex parte * noſtra publicè proclamari faciatis, quòd Areſtatio prædictorum, Ducis ac Comitum Arundellæ & Warrwicæ, facta exiſtit tàm de Aſſenſu prædictorum Comitum Rotelandiæ, Kantiæ, Huntyngdoniæ, Mareſcalli, Somerſetiæ, & Sarum, ac prædictorum Thomæ Domini le Deſpenſer, & Willielmi, quàm de aſſenſu, cariſſimorum Avunculorum noſtrorum, *Johannis Ducis Aquitaniæ & Lancaſtriæ*, & Seneſcalli Angliæ, & *Edmundi Ducis Eborum*, ac cariſſimi Conſanguinei noſtri *Henrici Comitis Derbiæ*, poſtquam ipſi penes Perſonam noſtram venerunt, pro hujuſmodi Extorſionibus & Oppreſſionibus, ac pro quampluribus aliis, per ipſos Ducem Glouceſtriæ ac Comites Arundellæ & Warrwicæ, contra Nos, regaliam ac noſtram Regiam Mageſtatem, factis & perpetratis, quæ, in proximo Parliamento noſtro, plenius erunt declarata, & non pro Congregationibus & Equitationibus hujuſmodi, & quòd Intentio noſtra non fuit, nec eſt, quòd aliquis, de Familia prædictorum Ducis Glouceſtriæ ac Comitum Arundellæ & Warrwicæ, ſeu illorum qui in Comitiva ſua tempore Congregationis & Equi-

* VIII. 7.

eorum Deliberatione duxerimus demandandum, ſalvo & ſecure cuſtodiendos & cuſtodiri faciendos; Et hoc ſub Forisfactura antedicta nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Julii.

*Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Cuſtodibus Pacis ſuæ in Com. Surr.*
*Cuſtodibus Pacis ſuæ in Com. Kant.*
*Cuſtodibus Pacis ſuæ in Com. Eſſex.*

---

*De Judice, Curiæ Superioritatis in Aquitania, conſtituto.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd Conſtituimus, dilectum nobis, *Henricum Bouet* Legum Doctorem, Principalem Judicem Curiæ noſtræ Superioritatis Aquitaniæ, Habendum, quamdiu nobis placuerit, unà cum Vadiis, Proficuis, & Emolumentis, ad dictum Officium rationabiliter ſpectantibus. 1397. *An.* 21. *R.* 2. *Vaſc.* 21. *R.* 2. *m.* 12.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo nono die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

* ET Mandatum eſt Seneſcallo Ducatûs Aquitaniæ, necnon univerſis & ſingulis Ligeis & Subditis Regis in eodem Ducatu, quod eidem *Henrico*, tanquàm Principali Judici Curiæ prædictæ Intendentes ſint & Conſulentes, prout decet. * VIII. 8.

Dat. ut ſupra.

*Per idem Breve.*

---

*De Conductu, pro Duce Britanniæ.*

REX, univerſis & ſingulis Admirallis, Capitaneis, Caſtellanis, & eorum Loca tenentibus, Cuſtodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Conſtabulariis, Præpoſitis, Miniſtris, & aliis Fidelibus & Subditis ſuis, tàm per Terram, quàm per Mare conſtitutis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1397. *An.* 21. *R.* 2. *Franc.* 21. *R.* 2. *m.* 14.

Sciatis quòd,

Cùm, cariſſimus Frater noſter, *Johannes Dux Britanniæ*, in Regnum noſtrum Angliæ, cum Duobus Prælatis, Viginti Militibus, Decem Clericis, Quadraginta Armigeris, ac aliis Hominibus & Servientibus ſuis, pro certis Negotiis ſuis, ibidem penes Nos & Concilium noſtrum ac alios proſequendis & expediendis, de Licentia noſtra venire intendat,

Nos, volentes, pro Securitate & Indempnitate ipſius Ducis, Prælatorum, Militum, Clericorum, Armigerorum, ac Hominum & Servientum ſuorum prædictorum, in hac parte ſalubriter providere,

Suſcepimus & per præſentes ponimus & ſuſcipimus ipſum Ducem, Prælatos, Milites, Clericos, Armigeros, ac alios Homines & Servientes ſuos prædictos cum Equis, Herneſiis, Bonis, & aliis Rebus ſuis licitis quibuſcumque, in dictum Regnum noſtrum Angliæ, tàm per Terram, quàm per Mare, veniendo, & per Villas

Digitized by Google

7. exemplificatam, in dicto Capitulo veſtro Provinciali manifeſtè publicetis, ac Executioni debitæ demandare curetis, ſub Periculo quod incumbit,

Et ſi aliquis Frater, dicti Ordinis infra Regnum noſtrum, Gradum vel Gratiam, contra Ordinationem noſtram prædictam, impetravit clam vel palam, & Gradum vel Gratiam hujuſmodi reſignare noluerit, juxta formam in dicta Ordinatione expreſſatam, & ſic extra Protectionem noſtram, in noſtri Contemptum, manere præſumpſerit:

Vobis, ac omnibus & ſingulis Prioribus & Conventibus dicti Ordinis, ſub Foriſfactura omnium quæ nobis foriſfacere poteritis vel poterunt, Inhibemus, ne aliquem hujuſmodi Fratrem in Socium vel in Conventum veſtrum recipiatis, vel recipiant, ſet omnes & ſinguli hujuſmodi Fratres rebelles, Ordinationem noſtram prædictam contempnentes, in ſtricto Carcere, ſub artâ Cuſtodiâ, ſub Foriſfacturâ hujuſmodi detineatis, ſive detineant, donec de eorum Punitione & Caſtigatione, pro Rebellione & Contemptu hujuſmodi, aliter duxerimus ordinandum, & vobis expreſſiùs demandandum.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſeptimo die Julii.

*Et erat Patens.*

---

*De Obligationibus, ſuper Mutuo Regi facto.*

Ann. D. 1397. * Av.* 21. R. 2. *Pat.* 21. R. 2. *p.* 1. *m.* 27.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, dilectus & fidelis noſter, *Hugo la Zouche* Chivaler Centum Marcas Sterlingorum nobis gratis & ſpontè mutuaverit,

Nos,

Pro ſecuritate ipſius Hugonis, pro Solutione ejuſdem Summæ,

Fatemur Nos eidem Hugoni, in Centum Marcis prædictis, Teneri firmiter per præſentes, quas ei ſolvere in Quindena Paſchæ proximò futura Promittimus bonâ fide.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo die Auguſti.

*Per Billam Theſaurariæ.*

Conſimiles Literas Regis Patentes habent ſubſcripti, de Summis ſubſcriptis: videlicet,

*Abbas de Hyda* juxta Wynton, de Centum Marcis.
*Major, Ballivi*, & Probi Homines Villæ Regis *Cantabriggiæ*, de Centum Libris.
*Rogerus de Weſton* Clericus, de Quadraginta Libris.
*Decanus & Capitulum* Eccleſiæ Cathedralis Beatæ Mariæ *Sarum*, de Ducentis Marcis Sterlingorum.
*Robertus Aſlbefeld* de Com. Suff. de Viginti Libris.
*Willielmus Epiſcopus Wynton*, de Mille Libris.
*Johannis Scarle*, Clericus Rotulorum Cancellariæ Regis, de Ducentis Libris.
*Semannus Tong*, de Com. Kanc. de Viginti Libris.
*Willielmus Prior de Ely*, de Quadraginta Libris.
*Probi Homines Villæ de Ely*, de Quadraginta Libris.

Marcis.
*Johannes Abbas de Sancto Albano*, de Centum Marcis.
*Johannes Doreward* Armiger, de Com. Eſſex, de Centum Marcis.
*Thomas Coggeſhal* de Com. Eſſex, de Centum Marcis.
*Major, Ballivi*, & Probi Homines Villæ *de Sudbury*, de Quadraginta Marcis.
*Probi Homines Villæ de Huntyngdon*, de Quadraginta Libris.
*Prior de Dunſtaple*, de Viginti Libris.
*Probi Homines Villæ de Bedeford*, de Quadraginta Libris.
*Prior de Spaldyng*, de Quadraginta Libris.
*Abbas de Croyland*, de Centum Marcis.
*Willielmus Morgne* Chivaler, de Centum Marcis.
*Abbas de Oſeney*, de Quadraginta Libris.
*Thomas Abbas de Notle*, de Quadraginta Libris.
*Probi Homines Villæ de Lodelowe*, de Quadraginta Marcis.
*Johannes Prior de Bernewell*, de Viginti Marcis.
*Johannes Prior de Walſyngham*, de Viginti Libris.
*Nicholaus Brakkeley* Armiger, de Viginti Libris.
*Abbas de Glouceſtre*, de Ducentis Libris.
*Ballivi*, & Probi Homines Villæ Glouceſtr. de Ducentis Libris.
*Johannes Pechel* Parſona Eccleſiæ de Hiſton, de Viginti Libris.
*Walterus Clopton* Chivaler, de Quingentis Marcis.
*Henricus Brayn* de Com. Cantebr. de Viginti Marcis.
*Abbas de Wouborn*, de Quadraginta Marcis.
*Ballivi*, & Probi Homines Villæ *Cirenceſtr.* de Sexaginta Libris.
*Thomas Lampit* Armiger de Com. Eſſex, de Viginti Marcis.
*Major, Ballivi, & Probi Homines Villæ Norhampton*, de Centum Marcis.
*Prior de Lanthony*, de Centum Marcis.
*Probi Homines Villæ de Lemyngton*, de Quinquaginta Marcis.
*Prior de Dunmowe*, & *Robertus Knechebull*, de Viginti Marcis.
*Andreas Alman* de Com. Eſſex, de Viginti Libris.
*Thomas Brichle* de Wicham de Com. Eſſex, de Quinque Marcis.
*Willielmus Vynter* de Com. Eſſex, de Decem Marcis.
*Abbas de Chrechefey* de Quadraginta Marcis.
*Richardus Riſſheby* de Com. Wygorn, de Quadraginta Marcis.
*Prior de Wenlock* de Com. Salop. de Quadraginta Marcis.
*Thomas Ralegh* de Farnburgh de Com. Warr. de Quadraginta Libris.
*Probi Homines Villæ de Lyskyred*, de Decem Marcis.
*Probi Homines Villæ de Braunktre*, de Decem Marcis.
*Probi Homines Villæ de Leſtwythyell*, de Viginti Marcis.
*Abbas de Tilthay* de Com. Eſſex, de Viginti Marcis.
*Probi Homines Villæ de Herewych*, de Decem Libris.
*Ballivi & Probi Homines Villæ Colceſtr.* de Centum Libris.
*Robertus Turk* Chivaler, de Com. Hertf. de Quadraginta Marcis.
*Major*, Aldermanni, & Comunitas *Civitatis Regis Londoniæ*, de Decem milibus Marcarum.
*Prior de Caſtelacre*, de Quadraginta Marcis.
*Robertus Knolles* Chivaler, de Sexcentis Marcis.
*Probi Homines* Villatarum de Salle & Reſham, de Quadraginta Libris.

Libris.

*Abbas de Crenceſtr*. de Centum Libris.

*Abbas de Redyng*, de Quinquaginta Libris.

*Abbas de Milton*, de Com. Dorſ. de Centum Marcis.

*Johannes Syward*, de Com. Dorſ. de Quadraginta Marcis.

*Abbas de Welbek*, de Com. Notyngh. de Viginti Libris.

*Abbas de Glaſtyngbury*, de Quingentis Marcis.

*Willielmus Grevell*, de Campeden, de Ducentis Marcis.

*Probi homines Villæ de Cauſton*, de Viginti Libris.

*Ballivi*, & Probi homines Villæ *de Jernemuth*. de Centum Marcis.

*Probi homines Villæ de Abyndon*, de Centum Marcis.

*Ballivi*, & Probi homines Villæ *de Scardeburgh*, de Centum Marcis.

*Reginaldus de Mitton* de Salop, de Quadraginta Marcis.

*Major*, *Ballivi*, & Probi homines Villæ *de Kyngeſton ſuper Hull*, de Centum Libris.

*Abbas de Peterburgh*, de Centum Marcis.

*Abbas de Perſchore*, de Quadraginta Marcis.

*Ballivi*, & Probi homines *Villæ Salop*, de Centum Libris.

*Abbas de Wardon*, de Quadraginta Libris.

*Johannes Abbas de Selby*, de Quadraginta Libris.

*Epiſcopus Hereford*, de Centum Marcis.

*Prior Sancti Fidis* de Com. Norff. de Viginti Libris.

*Probi homines Villæ de Beverlaco*, de Quadraginta & quinque Libris.

*Abbas de Holme* Sancti Benedicti, de Quinquaginta Marcis.

*Prior de Norwych*, de Centum Marcis.

*Johannes Bitteſthorn*, de Com. Suthe. de Centum Marcis.

*Probi homines Villæ de Bath*, de Viginti Libris.

*Abbas Eccleſiæ beatæ Mariæ Eborum*, de Centum Marcis.

*Major*, & Probi homines *Villæ Oxon*. de Quatervigint Marcis.

*Probi homines Villæ de Walleys*, de Quatervigint Marcis.

*Abbas de Lilleſhull*, de Quadraginta Marcis.

*Probi homines Villæ de Burton ſuper Trentam*, de Viginti Marcis.

Major, & Probi homines *Civitatis Lincoln*. de Ducentis Marcis.

*Major*, *Aldermanni*, & Probi homines *Civitatis Eborum*, de Ducentis Libris.

• VIII. 12. * *Willielmus Boneville* Chivaler, de Centum Libris.

*Major & [illegible] Civitatis de Hereford*, de Centum Libris.

*Ballivi*, [illegible] Probi homines Villæ *de Derby*, de Viginti Libris.

*Probi [illegible] Villæ de Barneſtaple*, de Quadraginta Marcis.

*Magiſter Willielmus Ely*, Parſona Eccleſiæ de Bekles, de Viginti Libris.

*[illegible]obi homines Villæ de Bekles*, de Viginti Marcis.

*Johannes Stanerton*, de Quadraginta Libris.

*Thomas Bolok* de Com. Hertf. de Viginti Libris.

*Major*, & Probi homines *Villæ de Sarum*, de Ducentis Libris.

*Abbas de Kirkeſtall*, de Viginti Libris.

*Hugo Willughby*, de Arnald in Com. Derb. de Quinquaginta Marcis.

*Major*, & Probi hominis Villæ *de Notyngham*, de Centum Marcis.

*Probi homines Villæ de Whiteby*, de Viginti Libris.

*Abbas & Conventus de Thornton*, ſuper Humbre, de Centum Marcis.

*Prior Sancti Oſwaldi Noſtell*, de Viginti Libris.

*Petrus Abbas de Abyngdon*, de Centum Marcis.

## *De Convocatione pro Subſidio.*

REX, Venerabili in Christo Patri, *Th.* eadem gratiâ *Archiepiſcopo Cantuarienſi*, totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1397.

Quia, ſicut ſatis clarè ſcitis, ad ſubeundum & ſupportandum ſumptuoſa & immenſa onera, quæ Nos, pro defenſione & ſalvatione Regni noſtri, ac Marchiarum ejuſdem, necnon Eccleſiæ Sanctæ, facere oportebit, de bonis noſtris, abſque fidelium Ligeorum noſtrorum adminiculo, non ſufficimus, nec valemus, An. 21. R. 2. Claus. 21. R. 2. p. 1. m. 11. d.

Vobis, in fide & dilectione quibus nobis tenemini rogando, Mandamus, quatinus, Præmiſſis debito intuitu attentis & ponderatis, Suffraganeos veſtros, Decanos & Priores Eccleſiarum Cathedralium, Abbates & Priores, & alios Electivos, exemptos & non exemptos, necnon Archidiaconos, Capitula, Conventus, & Collegia, totumque Clerum cujuſlibet Diœceſis veſtræ Provinciæ, ad Comparendum coram vobis, in Eccleſia Sancti Pauli Londoniæ, vel alibi prout expedire videritis, Primo Die * Octobris proximo futuro, more ſolito, Convocari faciatis, • VIII. 13.

Et ipſos, in hac parte, ex cauſa prædicta ad Subſidium, in hoc competens & neceſſarium, in ſupportationem dictorum Onerum, nobis concedendum, eo ſpecialiùs & efficaciùs, quo magis ſciveritis aut poteritis, ſolicitè inducatis, & Partes veſtras ad hoc diligenter & effectualiter apponatis;

Nos in Cancellaria noſtra, de Quantitate Subſidii illius, & de Terminis Solutionis ejuſdem, ſub Sigillo veſtro, diſtinctè & apertè, certificantes: Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Salvationem & Defenſionem Eccleſiæ Catholicæ, ac Regni noſtri prædicti diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xiv die Auguſti.

*Conſimile Breve dirigitur* R. Archiepiſcopo Eborum. *Angliæ Primati, de hujuſmodi Convocatione, in Eccleſia Cathedrali beati Petri Eborum, vel alibi, Decimo Die Octobris proximò futuro faciendâ, ſub eadem Data.*

---

## *De Colloquio cum Duce Glouceſtriæ habendo.*

REX, dilecto & fideli ſuo, *Willielmo Rikhill*, Salutem. Ann. D. 1397.

Sciatis quòd, quibuſdam certis de cauſis, aſſignavimus vos, ad vos, verſus Villam noſtram Caleſii, divertendum, & Colloquium, cum *Thoma Duce Glouceſtriæ* ibidem exiſtente, habendum, ipſumque de omnibus & ſingulis, quæ vobis dicere ſive exponere voluerit, audiendum, & Nobis indè ac de toto facto veſtro in hac parte, in propria Perſona noſtra, ubicumque nos fore contigerit, ſub Sigillo veſtro, diſtinctè & apertè, certificandum, una cum hoc Brevi; An. 21. R. 2. Pat. 21. R. 2. p. 2. m. 18. d.

Et ideo vobis Mandamus, quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini, in forma prædicta.

Damus autem Capitaneo noſtro Villæ prædictæ, necnon univerſis & ſingulis Fidelibus & Subditis noſtris, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis, quòd, in executione præmiſſorum, Intendentes ſint prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Wodeſtok*, decimo ſeptimo die Auguſti.

*Per ipſum Regem.*

Pro

Digitized by Google

duraturas.
R. 2. Pr. &c.
m. 14. Teſte Rege apud *Wodeſtok*, xxi die Auguſti.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

## *De Licentia Congregandi Homines ad Arma.*

Ann. D. 1397. An. 21. R. 2. Pat. 21. R. 2. p. 1. m. 19.

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, quibuſdam certis de Cauſis, Nos ſpecialiter moventibus, Conceſſimus & Licentiam Dedimus, Cariſſimo Avunculo noſtro, *Johanni Duci Aquitaniæ & Lancaſtriæ*, quòd ipſe, Treſcentos Homines ad Arma, & Sexcentos Sagittarios, congregare & adunare, ac cum eis, ad proximum Parliamentum noſtrum apud Weſtmonaſterium tenendum, in Fortificationem noſtram accedere & venire, & ibidem cum eiſdem Hominibus & Sagittariis, ex cauſa prædicta, morari poſſit, quouſque aliud a Nobis inde habuerit in Mandatis;

Nolentes quod ipſe, aut Homines ſeu Sagittarii prædicti, aut Servientes & Familiares ſui, occaſione præmiſſâ, per Nos, vel Hæredes noſtros, ſeu Miniſtros vel Hæredum noſtrorum quoſcumque, aliquibus futuris temporibus, impetantur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur, ſet inde imperpetuum Indempnes ſint & illæſi; aliquibus Statutis, Ordinationibus, Proclamationibus, aut Defenſionibus, in contrarium factis, non obſtantibus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxviij die Auguſti.

*Per ipſum Regem.*

Conſimiles Literas Regis Patentes habent ſubſcripti, de hominibus ad Arma & Sagittariis ſubſcriptis,

Cariſſimus Avunculus Regis, *Edmundus Dux Eborum*, de Centum Hominibus ad Arma, & Ducentis Sagittariis.
Teſte ut ſupra.

Cariſſimus Conſanguineus Regis, *Henricus Comes Derbiæ*, de Ducentis Hominibus ad Arma, & Quadringentis Sagittariis.
Teſte ut ſupra.

## *De ſalvo Conductu, ad viſitandum Purgatorium Sancti Patricii.*

Ann. D. 1397. An. 21. R. 2. Franc. 21. R. 2. m. 11.

REX, Univerſis & Singulis Conſtabulariis, Mareſcallis, Admirallis, Seneſcallis, Gubernatoribus, Ballivis, Præpoſitis, Capitaneis, Caſtellanis, Majoribus, Magiſtris, Conſiliariis Civitatum, Villarum, & Caſtrorum, Cuſtodibus Portuum, Pontium, & Paſſagiorum, ac Juſticiariis, Officiariis, & Subditis ſuis ubilibet conſtitutis, & eorum Loca tenentibus, ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd, cùm, Nobilis Vir, *Reymundus Vicecomes de Perilleux* & de Rodes Chivaler, Camerarius cariſſimi *Patris noſtri Franciæ*, in Regnum noſtrum Angliæ venire, & per idem Regnum verſus Terram noſtram Hiberniæ, ad Purgatorium Sancti Patricii ibidem videndum & viſitandum, cum Viginti Hominibus, & Triginta Equis in Comitiva ſua, tranſire & proficiſci intendat & proponat, noſtrâ Licentiâ mediante,

## *De Habendo Thomam Ducem Glouceſtriæ ad Parliamentum.*

REX, Cariſſimo Conſanguineo ſuo, *Thomæ Comiti Mareſcallo*, Capitaneo Villæ noſtræ Caleſii, & ejus Locum tenenti, Salutem. Ann. D. 1397. An. 21. R. 2. Clauſ. 21. R. 2. p. 1. m. 22.

Cùm,
Cariſſimus Frater noſter *Edwardus Comes Rutlandiæ*,
Dilectus Conſanguineus noſter *Thomas Comes Kantiæ*,
Cariſſimus Frater noſter *Johannes Comes Huntyngdoniæ*,
Dilecti Conſanguinei noſtri, *Thomas Comes Notynghamiæ*,
*Johannes Comes Somerſetiæ*,
*Johannes Comes Sarum*,
Et *Thomas Dominus Deſpenſer*,
Ac,
Dilectus & fidelis noſter,
*Willielmus le Scrop* Camerarius noſter,

Coram Nobis, in præſenti Parliamento noſtro, inter alios, Appellaverint *Thomam Ducem Glouceſtriæ*, in Priſona noſtra, ſub cuſtodia veſtra, de Mandato noſtro, exiſtentem de diverſis Proditionibus, per ipſum, & alios prædictos, contra Nos, Statum, Coronam, & Dignitatem noſtram, factis & perpetratis,

Ipſique Appellantes Apellum ſuum prædictum ſe optulerint, in Parliamento noſtro prædicto, ſecundum Legem & Conſuetudinem, in Regno noſtro Angliæ hactenus uſitatas, proſecuturi,

Nobis humiliter ſupplicando quatinus ipſum Ducem ad Reſpondendum ſibi, ſuper Appello prædicto, coram Nobis, in eodem Parliamento noſtro, corporaliter venire jubere velimus,

Nos,
Supplicationi prædictæ annuentes,
Vobis Mandamus, firmiter injungentes, quòd præfatum Ducem coram Nobis & Concilio noſtro, in Parliamento noſtro prædicto, cum omni feſtinatione quâ poteritis, ſalvò & ſecurè venire faciatis, ad Reſpondendum præfatis Appellantibus, ſuper Appello ſuo prædicto, ſecundum Legem & Conſuetudinem prædictas, & ad faciendum ulterius & recipiendum quod, per Nos & dictum Concilium noſtrum, in eodem Parliamento noſtro, de eo tunc contigerit ordinari,

Et hoc nullatenus omittatis:
Et habeatis ibi hoc Breve.
Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxi die Septembris.

*Per ipſum Regem & Concilium in Parliamento.*

## * *Super Appello & Impetitionibus in Parliamento.*

* VIII. 16. Ann. D. 1397. An. 21. R. 2. Clauſ. 21. R. 2. p. 1. m. 14. d.

REX, dilecto Conſanguineo & fideli ſuo, *Rogero de Mortuo mari* Comiti Marchiæ, Locum noſtrum tenenti in Terra noſtra Hiberniæ, & ejus Locum tenenti, Salutem.

Cùm,
Cariſſimus Frater noſter *Edwardus Comes Rutlandiæ*,
Cariſſimus Nepos noſter *Thomas Comes Kantiæ*,
Cariſſimus Frater noſter *Johannes Comes Huntingdoniæ*,
Dilecti Conſanguinei noſtri,
*Thomas Comes Notinghamiæ*,
*Johannes Comes Somerſetiæ*,
*Johannes Comes Sarum*,
Et *Thomas Dominus le Deſpenſer*,

Ac,

Digitized by Google

prædictæ, publicè, ex parte noſtra, Proclamari faciatis quòd idem Thomas Mortymer, in propria perſona ſua, ſit coram nobis, in propria perſona noſtra, infra dictos Tres Menſes, ubicumque Nos infra Regnum noſtrum prædictum fore contigerit, ad ſtandum Recto ſuper præmiſſis in forma prædicta;

Et etiam Proclamari faciatis ne quis, cujuſcumque ſtatûs ſeu conditionis fuerit, præfato Thomæ Mortymer, poſt dictos Tres Menſes elapſos, ſi ipſe coram Nobis & dicto Concilio noſtro, in forma prædicta, non comparuerit nec ſe reddiderit, Adhærens, conſulens, ſeu auxilians exiſtat, ſub Pœna ſuperiùs ſpecificata;

Et nichilominus prædictum Thomam Mortymer, qui ſe ex cauſa prædicta tenet, ut dicitur, Fugitivum, ubicumque inveniri poterit, in terra noſtra prædicta, infra Liberates vel extra, per Corpus ſuum ſine dilatione capi & areſtari, & coram Nobis, in propria perſona noſtra, cum omni feſtinatione qua poteritis, ſalvò & ſecurè corporaliter duci faciatis, ad Reſpondendum ſuper præmiſſis, & ad faciendum & recipiendum quod de eo ordinari contigerit in hac parte:

Et Nos & Concilium noſtrum Angliæ de eo, quod ad præſens Mandatum noſtrum duxeritis faciendum, citra finem dictorum Trium Menſium, ſub ſigillo veſtro, diſtinctè & apertè certificetis; Remittentes nobis hoc Breve.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxiv die Septembris.

*Per ipſum Regem & Concilium in Parliamento.*

Conſimile Breve, ſub eadem Datâ, dirigitur Vicecomiti Kantiæ.

---

* VIII. 17. ** Pro Tractatu Scotiæ, de Die & Loco appunctuandis.*

Ann. D. 1397. *An. 21. R. 2. Ex Orig.*

ROBERTUS, Dei gratiâ, *Rex Scottorum*, dilectis & fidelibus ſuis, *Willielmo Seneſcall de Jedworth*, & *Johanni de Romorgny*, Militibus, ac *Adæ Foreſtar*, & *Patricio de Lumley*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumſpectione, & induſtriâ veſtris pleniùs confidentes,

Fecimus, ordinavimus, aſſignavimus & conſtituimus, ac Facimus, ordinamus, conſtituimus, & aſſignamus Vos Quatuor, Tres, aut Duos veſtrûm, Deputatos noſtros & Commiſſarios ſpeciales,

Dantes vobis Quatuor, Tribus, aut Duobus veſtrûm plenariam Poteſtatem ad Tractandum & Concordandum, nomine noſtro, cum *Ricardo Adverſario noſtro Angliæ*, ſeu cum Deputatis & Commiſſariis ſuis, ſufficientem Poteſtatem ad hoc habentibus, tàm ſuper aliquo certo Loco & certo Die, inter Octabas Sancti Hillarii proximò futuras, & Feſtum Paſchæ tunc proximò ſequens, in Marchiis Regni noſtri tenendis, quibus, cariſſimus Primogenitus noſter, *David Comes de Carric*, ac aliæ Notabiles Perſonæ in Comitiva ſua,

Quos illuc, pro Reparatione & Reformatione quorumcumque Attemptatorum, Meſpriſionum, & Malefactorum, contra formam præſentium Treugarum, per Subditos noſtros, ac Subditos ipſius Adverſarii noſtri, commiſſorum & perpetratorum, deſtinare intendimus,

Ac Deputati & Commiſſarii præfati Adverſarii noſtri, ex cauſa prædicta, convenire, ac Colloquium indè habere poterunt & Tractatum, quàm de Numero, ſtatu, & qualitate Perſonarum, Commiſſariorum, pro Dieta hujuſmodi deputandorum, qui Tractatui hujuſmodi, pro parte noſtra & ipſius Adverſarii noſtri, intererunt ex cauſa ſupradicta,

Necnon ad Tractandum & Concordandum, cum dicto Adverſario noſtro, ſeu Deputatis & Commiſſariis ſuis hujuſmodi, ſi

be haldin, at one of yir thre places (yat is for to ſay) *Haudenburne*, *Carham*, or, *Handenſtank*, on Mounday, ye xi day of ye Month of Marche next for to cum, betwix ye *Earle of Carrik*, and with him, in Commiſſion, a Biſhop, Ane Erle, a Baron, Twa Clerks, Twa Bachelers, and a Sqwier, for the partie of Scotlande, and ye *Duc of Guyane ande Lancaſtre*, and with him, in Commiſſion, a Biſhop, Ane Erle, a * Baron, Twa Clerks, Twa Bachelers, and a Sqwier, for ye partie of Inglande (hafande ſouffiſande Pouer, * VIII.
of bath ye Kings, ilkan for his part) for to redreſſe, and ger be 18.
redreſſit al ye Attemptates and Trepaſſes, don be See ande be Lande, agayne ye Fourme and ye Teneur of the Trewis, taken at Lollingham, ye Yher of our Lorde M. CCC. LXXX. and VIII. And of al othir Trewes, yat has bene taken ſyn, and Sworne be bathe ye forſayde Kinges.

ALSWA, it is ACCORDIT, yat certification ſal be made, thoch Lettres of the Kinge of Inglande, for to be ſende to ye King of Scotlande, befor Seynt Nicolas Day neſt for to cum, at qwhilk of ye thre places beforwritten hym lik yat ye day ſal be holdin.

ALSWA, it is ACCORDIT, ſin yir gret Lordes ſal mete in forthering of ye forſayde Trewes, yt Quiete and Reſte ſal be, bothe be See and be Lande, to the forſayde day of yair Meting, and Fourty dayes neſte folowande; Ande qwha ſa dois ony Attemptate or Treſpas, for ony caus, agaynes ye Fourme of the Trewes, or yis Accord, betwix yis day, and ye day ſet of the Meting of ye Lordes, and Fourty days neſt eftir, it ſal be Amendit, and Redreſſit, with ye Double, as the Trewis will, befor al uther things; Ande, to the mar ſikirnes of the Trewis, qwha ſa doſe ony Attemptate or Treſpas, fra ye xiii day of yis Moneth of Octobre forth, til ye Fourty days be gone, efter ye Meting of ye forſaye Lordes, he ſal ryn in forfetur agayns his King richt as he had brokin his Sauf conduyt.

ALSWA, it is ACCORDIT, for cauſe of mar playn and haſtie Redreſſe, yat al ye, of the Kinrik of Scotlande, yat ar Plantif of ony of ye Kings Leges of Inlande, vai ſal ſende yair Billes indented of yair Playntes to the Caſtel of Roxburgh, and dedelivir yaim to the Lieutenant, or the Conſtable of the Caſtel, befor Yhole neſt commande; ye qwhilk ſal reſceyve yaim, and ſende yaim to ye Conſervatairs, or his Deputes, to ger yaim be warnit to finde Borowis, to aper befor the forſayde Lordes at ye forſayde day and place: Ande al yai, of the Kinrik of Inglande, yat ar Plantiſe, of any of ye Kinges Leges of Scotlande, yai ſal ſende yair Billes Indendid of yair Playntes to the Abbey of Kelſow, and deliver yaim to ye Abbat, or the Segeſtayne of the ſame Abbey, befor Yhole neſte commande; yat yai may be ſende furth to ye Conſervatairs of ye Trewes, or yair Deputes, to ger yaim be Warnit and finde Borowis, to aper befor ye forſayde Lordes, at ye forſayde day and place.

ALSWA, it is ACCORDIT, gif it lik to the Wardines of ye Marches on bathe ye Sidis, yat al maner of Priſoners, yat ar takin within ye forſayde Trewis, ſal be lettin to Borght, within xviii days next folowande ye Date of yis Accord, on bathe ye twa ſydes, til ye forſaide day of Meting of the forſayde Lordes, ande yan to tak ſik deliverance as ye Lordes wil ordene; and ye certification of ye Wil of ye Wardines ſal be made, ilkane til othir be ye Wardenis or yair Deputes, within xiv days efter the Date of yis Accorde; Ande gif Certification come fra ye forſayde Wardines, or yair Deputes, yat it lik yaim thar ye Preſonners be lettin to Borgh, at it is above writtin, qwha ſa ſtands in ye contrair, and wil notht let yaim to Borgh, he ſal ryne his Action and ye Raunſon of yat Preſoner for ever.

ALSWA, for als mekil as ye Trewis has notht bene wele kept, for mony Riotes yat has bene, it is ACCORDIT yat Intercomming ſal be betwix ye Royaumes be ye Men, and ye Subgez of bath ye Royaumes at yair Meting, as the teneur and the

Digitized by Google

Sententia majoris Excommunicationis involutos, tàm in Eccleſiis Parochialibus, quàm in aliis locis publicis, denunciari demanderis, ut eſt moris.

Ipſos inſuper Suffraganeos & Subditos veſtros, per Provinciam veſtram, exorantes quòd ipſi pro Anima *Thomæ* nuper *Ducis Glouceſtriæ* (Qui propter certa Crimina & Proditiones, Enormia, per ipſum, contra Nos & Ligeantiam ſuam, perpetrata, de quibus, in eodem Parliamento, Appellatus fuit & Rectatus, eadem Crimina & Proditiones, ante Mortem ſuam, expreſsè confeſſus fuit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, quæ quidem Confeſſio in eodem Parliamento noſtro publicata fuit & oſtenſa) in ſingulis Miſſis, Suffragiis, Prædicationibus, & Devotionibus ſuis, per ſingulas Parochias, infra dictam Provinciam veſtram, Orationes devotas ſpecialiter effundentes, & Deum ſuppliciter exorent & precentur, ut ipſe ejuſdem Animæ, ex ſua Clementia, miſericorditer propitiaretur; hujuſmodi Cauſam in eorum Prædicationibus & Congregationibus plenariè exprimentes.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto die Octobris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

*Conſimile Breve dirigitur* Th. Archiepiſcopo Cantuarienſi, *totius Angliæ Primati, ſub eadem Data.*

### *Pro Epiſcopo Dunolmenſi, de Licentia ſe abſentandi a Parliamentis, poſt proximum Salopiæ tenendum.*

Ann. D. 1397. *An.* 21. R. 2. *Pat.* 21. R. 2. *p.* 1. *m.* 5.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Conſiderantes tàm grandes Labores & Diligentias, quos, Venerabilis in Chriſto Pater, *Walterus Epiſcopus Dunolmenſis*, in Servitio noſtro, ante hæc tempora, in Ciſmarinis & Tranſmarinis Partibus, habuit & ſuſtinuit, quàm magnam Ætatem, qua ad præſens eſt contractus,

De Gratia noſtra ſpeciali & ex certa Scientia noſtra Conceſſimus, pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, eidem Epiſcopo quòd ipſe, pro Termino Vitæ ſuæ (poſt proximum Parliamentum noſtrum, apud Villam Salopiæ tenendum, plenariè completum) non artetur nec compellatur per Nos, vel Hæredes noſtros prædictos, ad veniendum perſonaliter ad aliqua Parliamenta vel Concilia noſtra, aut dictorum Hæredum noſtrorum, quandocumque & ubicumque tenenda vel * celebranda, contra voluntatem ſuam: ſet quòd idem Epiſcopus de omnibus hujuſmodi Parliamentis & Conciliis ſe abſentare, & in eiſdem Parliamentis comparere poſſit per Procuratores ſuos, ſufficientem Poteſtatem ab eodem Epiſcopo habituros ad Conſentiendum, de tempore in tempus, omnibus hiis, quæ in dictis Parliamentis fieri contigerit, adeo plenè & integrè ſicut idem Epiſcopus faceret ſi ibidem in propria Perſona ſua intereſſet, * VIII. 20.

Eo quòd præfatus Epiſcopus, ratione Temporalium Epiſcopatûs ſui, ad ſingula Parliamenta, de tempore in tempus, venire debet, ac tenetur, & obligatur, juxta modum & conſuetudinem Regni noſtri Angliæ, non obſtante:

Nolentes quòd idem Epiſcopus, prætextu Abſentiæ, aut non adventûs ſui ad hujuſmodi Parliamenta & Concilia noſtra, per Nos, vel Hæredes noſtros prædictos, aut Miniſtros noſtros, ſeu eorumdem Hæredum noſtrorum quoſcumque, futuris temporibus,



Nos,

Pro eo quod idem Epiſcopus omnibus & ſingulis Verbis in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, palàm & expreſsè Renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, ſicut per Inſtrumentum Publicum, ſuper hoc confectum, plenius poterit apparere, volentes cum eo agere gratioſè,

Cepimus Fidelitatem ipſius Epiſcopi, & Temporalia Epiſcopatûs illius, *&c. prout in ejuſmodi de Reſtitutione Literis.*

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Et Mandatum eſt Militibus, &c.

### *De veniendo ad Parliamentum Salopiæ tenendum.* * VIII. 21.

Ann. D. 1397. *An.* 21. R. 2. *Clauſ.* 21. R. 2. *p.* 1. *m.* 17. *dorſ.*

REX, cariſſimo Conſanguineo ſuo, *Rogero de Mortuo Mari* Comiti Marchiæ, Salutem.

Cùm nuper quoddam Parliamentum noſtrum, apud Weſtmonaſterium, die Lunæ proximo poſt Feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis, proximò præteritum, ſummoneri fecerimus, & teneri ibidem, cum Prælatis, Proceribus, & Magnatibus Regni noſtri Angliæ, ſuper arduis Negotiis, Nos, Statum, & Defenſionem ejuſdem Regni, ac Eccleſiæ Anglicanæ contingentibus, tractaturis, ſuumque Conſilium, ut eſt moris, impenſuris,

Et quia jam, quibuſdam certis de Cauſis, Nos intimè moventibus, dictum Parliamentum noſtrum, de aſſenſu eorumdem Prælatorum, Procerum, & Magnatum, uſque ad Quindenam Sancti Hillarii proximò futuram, apud Salopiam, in ſtatu quo tunc fuit, duximus continuandum,

Vobis, in fide & ligeantiâ, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, Mandamus quòd, conſideratâ dictorum Negotiorum arduitate, apud Salopiam, in Quindena prædicta, perſonaliter interſitis, Nobiſcum, ac cum Prælatis, Magnatibus, & Proceribus dicti Regni noſtri, ſuper Negotiis antedictis ulterius tractaturi, veſtrumque Conſilium impenſuri, & hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum, ac Salvationem & Defenſionem Regn[illegible] Eccleſiæ prædictorum, expeditionemque dictorum Negotioru[illegible] diligi[illegible] nullatenus omittatis, nè, quod abſit, per veſtri abſentiam, qu[illegible] aliqualiter excuſatam habere nolumus iſtâ vice, Expeditio Negotiorum noſtrorum prædictorum retardetur, ſeu aliqualiter differatur:

Volumus tamen & vobis Injungimus quod quendam ſufficie[illegible]em Locum tenentem veſtrum, in Terra noſtra Hiberniæ, qui Gubernationem & Regimen Terræ illius, in veſtri abſentia, uſque Reditum veſtrum ad eandem, habere valeat, pro quo reſpondere volueritis, loco veſtri, ante Receſſum veſtrum de Terra prædicta, omninò deputetis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Octobris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*



Digitized by Google

mitto & juro per Præſentes,

Excipio tamen, in Præmiſſis, Magnificos Principes ac Dominos, Dominum *Rupertum Seniorem* Comitem Palatinum Reni, Sacri Imperii Electorem, Archidapiferum, ac Ducem Bavariæ, & *Rupertum ejus Filium*, eorumque Hæredes, & Eccleſias in quibus ſum vel ero Beneficiatus,

Et propterea idem Dominus meus Rex, de Benignitate ſua ſpeciali, mihi Nicholao præſcripto Conceſſit, dedit, & aſſignavit, ad Terminum Vitæ meæ, in Feodum, & loco Feodi, Penſionem Annuam, Quinquaginta Marcarum Anglicanarum, ſingulis Annis, in Terminis Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, michi, vel Procuratori meo, ſeu Nuncio legitimo, Quietantiam meam plenam & ſufficientem daturo, in Scaccario Regii Palatii Weſtmonaſterienſis, propè Civitatem Londoniæ, realiter & cum effectu, perſolvendam, prout hæc & alia, in Litteris Regiis, michi gratioſè conceſſis, pleniùs continentur; Ceſſantibus fraude & dolo in ſingulis Præmiſſis.

In quorum Teſtimonium Sigillum meum, ex certâ meâ ſcientiâ, Præſentibus eſt appenſum.

Dat. *Londoniæ*, viceſimâ octavâ Octobris, Anno Domini Milleſimo, Treceteſimo, Nonageſimo Septimo.

---

*Littera Homagii Thapini Cubbill Militis.*

Ann. D. 1397. *An. 21. R. 2. Ex Autogr.*

PATEAT UNIVERSIS quòd ego *Thapinus Knebil* Miles, propria in Perſona, ſponte & deliberato animo, Sereniſſimo Illuſtriſſimoque Principi & Domino gratioſiſſimo, *Domino Richardo*, Dei gratiâ, *Regi Angliæ & Franciæ*, Dominoque Hiberniæ, Fidelitatem & Homagium feci, ac Juramentum deſuper, in præſentia Domini mei Regis, in Caſtro ſuo Windſor, ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter per me tacta, ſolempniter præſtiti in forma debita & conſueta,

Ipſique Domino meo Regi promiſi & juravi, promitto & juro per Præſentes, quòd ſibi, exnunc in antea, ero Fidelis, ſuum Bonum fideliter procurando, & Malum ſuum vitando, ac inde, quando mihi conſtiterit, ipſum etiam haviſando & præmuniendo,

Ac omnia alia & ſingula faciendo, quæ & ſicud Vaſſallus & Homagialis fidelis Domino ſuo facere tenetur & ſolet,

Ac etiam contra ipſum, & ejus Regnum & Dominia, nullatenus faciendo, quin ymmo debebo fideliter aſtare & eſſe Adjutor, ipſius Stipendio, Sumptibus, & Expenſis, ad omnem ejus Requiſitionem, ipſumque juvare fideliter contra quoſcumque Inimicos ſibi injur[illegible]es,

Præte[illegible]m, gratioſiſſimos Dominos meos, Dominum *Rupertum Seniorem* Comitem Palatini Reni, Sacri Imperii Electorem, Archidapiferum, ac Ducem Bavariæ, necnon *Filium ſuum Rupertum Juniorem* Comitem Palatini Reni ac Bavariæ Ducem, eoru[illegible]e Hæredes, ac omnes alios & ſingulos, quos prædicti Domini mei gratioſiſſimi, in Litteris Homagialibus ipſorum, datis Domino meo Regi, exceperunt, quas hic, ex certâ ſcientiâ, volo haberi pro expreſſis,

Item excipio *Fridericum de Lynygen* Comitem, & ſuos Hæredes,

Et propterea idem Dominus meus Rex, de Gratiâ ſuâ ſpeciali, mihi Conceſſit, dedit, & aſſignavit, ad totam vitam meam, in Feodum, & loco Feodi, Penſionem Annuam Quinquaginta Librarum Monetæ Anglicanæ, ſingulis Annis, in Terminis Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, mihi, vel Procuratori meo ad id legitimo, ſeu Nuncio Quitantiam meam plenam & ſufficientem daturo, de Scaccario Domini Regis, realiter & cum effectu, perſolvendam, prout hæc & alia in Litteris Regiis, mihi gratioſè conceſſis, plenius continetur.

michi Conceſſit, dedit, & aſſignavit, ad totam Vitam meam, in Feodum, & loco Feodi, Penſionem Annuam, Centum Marcarum Monetæ Anglicanæ, ſingulis Annis, in Terminis Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, michi, vel Procuratori meo ad id legitimo, ſeu Nuncio, realiter & cum effectu perſolvendam, prout hæc & alia in Litteris Regiis, michi gratioſe conceſſis, pleniùs continentur,

In quorum omnium Teſtimonium Sigillum meum, ex certâ ſcientiâ meâ, Præſentibus eſt appenſum.

Dat. Anno Domini Milleſimo, Treceteſimo Nonageſimo ſeptimo, viceſimâ octavâ die Octobris, in *Civitate Londoniensi*.

---

*Littera Homagii Johannis Kamerrer de Dalburg Militis.*

Ann. D. 1397. *An. 21. R. 2. Ex Autogr.*

PATEAT UNIVERSIS quòd ego *Johannes Kamerer* de Dalburg, propria in Perſona, ſponte & deliberato animo, Sereniſſimo Illuſtriſſimoque Principi & Domino gratioſiſſimo, Domino *Richardo*, Dei gratiâ, *Regi Angliæ & Franciæ*, & Domino Hiberniæ, Fidelitatem & Homagium feci, ac Juramentum deſuper, in præſentiâ Domini mei Regis, in Caſtro ſuo Wynſor, ad Sancta Dei Ewangelia, corporaliter per me tacta, ſolempniter præſtiti in forma debita & conſueta, ipſique Domino meo Regi promiſi & juravi, promitto & juro per Præſentes, quòd ſibi, exnunc in antea, ero fidelis, ſuum bonum fideliter procurando, & malum ſuum vitando, & indè, quando michi conſtiterit, ipſum etiam haviſando & præmuniendo, ac omnia alia & ſingula faciendo, quæ & ſicud Vaſſallus & Homagialis fidelis Domino ſuo facere tenetur & ſolet, ac etiam contra ipſum, & ejus Regnum, & Dominia nullatenus faciendo, quin ymo debebo fideliter aſtare & eſſe adjutor, ipſius ſtipendio, Sumptibus, & Expenſis, ad omnem ejus requiſitionem, ipſumque juvare fideliter contra quoſcumque Inimicos, ſibi injuriantes,

Præterquam, gratioſiſſimos Dominos meos, Dominum Rupertum Seniorem Comitem Palatinum Reni, Sacri Imperii Electorem, Archidapiſerum, ac Ducem Bavariæ, necnon Filium ſuum Rupertum Juniorem Comitem Palatinum Reni ac Bavariæ Ducem, eorumque Hæredes, ac omnes alios & ſingulos, quos prædicti Domini mei gratioſiſſimi in Litteris Homagialibus ipſorum, datis Domino meo Regi, exceperunt, quos hic, ex certâ Scientiâ, volo haberi pro expreſſis,

*Item excipio *Fridericum de Lynynge*, & *Philippum de Naſſawe*, Comites, *Philippum Comitem Arſutum*, & eorum Hæredes, — * VIII. 24.

Et propterea idem Dominus meus Rex, de Gratiâ ſuâ ſpeciali, mihi Conceſſit, dedit, & aſſignavit, ad totam Vitam meam, in Feodum, & loco Feodi, Penſionem Annuam Quinquaginta Librarum Monetæ Anglicanæ ſingulis Annis, in Terminis Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, mihi, vel Procuratori meo ad id legitimo, ſeu Nuncio Quitantiam meam plenam & ſufficientem daturo, de Scaccario Domini Regis, realiter & cum effectu perſolvendum, prout hæc & alia in Litteris Regiis, mihi gratioſè conceſſis, pleniùs continentur.

In quorum Teſtimonium Sigillum meum, ex certâ meâ Scientiâ, Præſentibus eſt appenſum.

Dat. Anno Domini Milleſimo, Treceteſimo, Nonageſimo ſeptimo; viceſimâ octavâ die Octobris, in Civitate Londonien.

se conceſſis, pleniùs continentur.

In quorum Teſtimonium Sigillum meum, ex certâ Scientiâ, Præſentibus eſt appenſum.

Dat. Anno Domini Milleſimo, Trecenteſimo, Nonageſimo ſeptimo; Viceſimâ octavâ die Octobris, in Civitate Londonienſi.

---

*De Corpore Thomæ nuper Ducis Glouceſtriæ uſque Bermondeſey ducendo.*

Ann. D. 1397. An. 21. R. 2. Clauſ. 21. R. 2. p. 1. m. 24. * VIII. 25.

REX *Alianoræ*, quæ fuit *Uxor Thomæ*, nuper *Ducis Glouceſtriæ*, Salutem.

Licet nuper, per Breve noſtrum, Præceperimus, dilecto Clerico noſtro, *Richardo Maudeleyn* quòd Corpus prædicti * Thomæ, in Cuſtodiâ ſuâ de Mandato noſtro exiſtens, vobis, vel veſtro in hac parte Attornato, ſine dilatione aliquâ, liberaret, ad Corpus prædictum, infra Eccleſiam beati Petri Weſtmonaſterienſem Sepeliendum,

Quibuſdam tamen certis de Cauſis, Nos moventibus, vobis Mandamus, firmiter injungentes, quod Corpus prædictum uſque Prioratum de Bermondeſey duci faciatis, & Corpus hujuſmodi, infra Eccleſiam Prioratûs prædicti, quouſque aliud a Nobis habueritis in Mandatis, cuſtodiatis, & cuſtodiri faciatis:

Et hoc, ſub Periculo quod incumbit, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo primo die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Acquietania, pro Solutionibus Primi Anni, de Dote Reginæ.*

Ann. D. 1397. An. 21. R. 2. Franc. 21. R. 2. m. 8.

LE ROY a toutz ceux, qui ceſtes Lettres verront ou orront, Salutz.

Comme noſtre treſchere & treſame *Pierre de Fraunce* fuiſt tenuz de paier & bailler a nous, ou noſtre certeine Mandement, pur contemplacion de l'Mariage, fait entre *Nous* & *Iſabelle* l'eiſne File de noſtre dit Piere, Oet Centz Milles Francs d'Or (c'eſtaſſavoir) Trois Centz Milles Francs a l'Anel & Solempniſacion du dit Mariage, & Cent Milles Francs, a la fyn de l'An apres ycelle Solempniſacion, & ainſi des lors en avant Cent Milles Francs, de An en An, jeſques au plein Paiement d'icelles Oet Centz Milles Francs, la quelle Somme de Trois Centz Milles Francs Nous feurent baillez & paiez, depar noſtre dit Pier, par les mayns de *Raoul d'Auqtorvill* ſon Eſquier, le Quart jour de Novembre, l'An de noſtre Regne Vintiſme,

Savoir faiſons que Nous avons Reſcieu d'icelluy noſtre Piere, par les mayns de                a ceo comys depar luy, la Some de Cent Milles Francs, quelle Nous devoit eſtre paiez a la fyn del' primer An apres la Solempniſacion de dit Mariage,

De la quelle Somme de Cent Milles Francs nous tenons a bien Contentz, paiez, & agreez, & d'icelle Somme, de Cent Milles Francs, pur le Paiement de le Primer An ſuiſdit, Nous Quitons meſme noſtre Piere, ſes Heirs & Succeſſours perpetuelment & a toutz jours, ſanz ce que jammes, en temps a venir, Nous, noſtre dite Compaigne, ne les Heirs & Succeſſours, de Nous & de E-



cios *Regis Scotiæ*, cum Triginta Perſonis Equitibus in Comitiva ſua, in Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando, & exindè verſus partes ſuas proprias abſque perturbatione quacumque ut prædictum eſt, redeundo, Scot. 21. R. 2. m. 12.

Proviſo ſemper quòd ipſi, ad introitum ſuum quorumcumque Caſtrorum, Fortalitiorum, ſeu Villarum Regis firmatarum, præſentes Literas Regis de ſalvo Conductu Capitaneis, Majoribus, ſeu Cuſtodibus eorumdem demonſtrent,

Et quòd ipſi proditores Regis, abjudicati, ſeu extra dictum Regnum Regis Angliæ Banniti non exiſtant, nec Dampnum aliquod Regi, aut Ligeis ſuis, infra idem Regnum Regis, inferant ullo modo.

Teſte Rege *apud Manerium* de Wodeſtok, xx die Novembris.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

---

*Super Adhæſione Duci Glouceſtriæ de Pardonatione.*

REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1397. An. 21. R. 2. Par. 21. R. 2. p. 2. m. 19.

Sciatis quòd,

Cùm, ad Parliamentum noſtrum, apud Weſtmonaſterium, primo die Octobris, Anno Regni noſtri Decimo, tentum, *Thomas* nuper *Dux Glouceſtriæ*, & *Richardus* nuper *Comes Arundelliæ*, attrahentes ſibi Regiam poteſtatem, fieri fecerint quandam Commiſſionem, ſub Magno Sigillo noſtro, ſibi ipſis & aliis, ad eorum Denominationem, directam, ad Gubernationem Noſtri & Regni noſtri habendam, & dictâ Commiſſione uſi fuerint, Juriſdictionem regiam indè ſuper eos capientes,

Quæ quidem Commiſſio præjudicialis fuerit & derogatio Nobis & Coronæ noſtræ, ac Uſurpatio noſtræ Regaliæ, & Regiæ Poteſtatis,

Et, ſuper hoc, prædicti, Dux & Comes, eorum iniquum Propoſitum, & Regiam poteſtatem, colore dictæ Commiſſionis, continuantes, attraxerint eis *Thomam Comitem Warrewicæ*,

Et ipſi Tres inſimul, Manu forti, modo G[illegible]rrino, cum magna Poteſtate & Multitudine Ligeorum noſtror[illegible] Inſurrexerint, & apud Haryngey & alibi ſe congregaverint, & [illegible]um t[illegible]yi ad noſtram Præſentiam, in Palatio noſtro apud W[illegible]ona[illegible]ium, venerint,

Et ulterius, plures Ligeos noſtros, in diverſis partibus Regni noſtri, Deprædati fuerint, impriſonaverint, & interfecerint, & alia plura horribilia Facta, prout eis placuit, perpetraverint, contra eorum Ligeantiam, noſtrum Statum, & regiam Dignitatem,

Quæ quidem Commiſſio, cum uſu & exercitio ejuſdem, & Levatio Gentium contra Nos, & eorum Ligeantiam, & noſtram Regaliam, ſic facta, in præſenti Parliamento noſtro, Alta Proditio judicantur, & prædicti, Dux & Comites, tanquam Proditores, inde ſint Convicti, prout in Recordo Parliamenti, indè confecto, pleniùs apparet,

Nos,

Volentes, ex noſtra Regia Benignitate, Gratiam facere in hac parte,

De Gratia noſtra ſpeciali, & ex certa ſcientia noſtra, ac mero motu noſtro, & liberâ voluntate, de maturâ deliberatione, PARDONAVIMUS *Ricardo Le Scrop* Chivaler Sectam Pacis noſtræ,



&

Digitized by Google

[illegible] Abbettamento, Aſſenſu vel Covinâ ſuis, ante hæc tempora qualitercumque factis, Regali Poteſtate ſeu Juriſdictione ſibi aſſumptâ Auctoritate propriâ, colore Officiorum ſuorum, & alio modo quocumque, infra Regnum noſtrum Angliæ & extra,

Ac etiam pro omnimodis Inobedientiis, Rebellionibus, Amiſſionibus Civitatum, Villarum, Caſtrorum, Fortalitiorum, & aliorum Locorum, necnon Maneriorum, Terrarum, & Tenementorum quorumcumque.

Necnon pro Obſidibus & Priſonariis, tàm Regalibus quàm aliis, Obſidibus & Priſonariis quibuſcumque, qualitercumque dimiſſis ſive deliberatis, ſeu pro Evaſione eorumdem, Treugis & ſalvis Conductibus Diruptis & non Obſervatis ob Defectum & Negligentiam, ſive per Aſſenſum vel Præceptum prædicti Ricardi,

Ac pro omnimodis Venditionibus & Deliberationibus Caſtrorum, Civitatum, Burgorum, Villarum, Maneriorum, Hameletorum, Terrarum, Tenementorum, Reddituum & Servitiorum, Obſidum, & Priſonariorum, tàm infra Regnum noſtrum prædictum, quàm extra, Inimicis noſtris, vel aliis,

Ac etiam pro omnimodis Calumpniis ſeu impetitionibus, vel Suſpitionibus Sigilli noſtri Contrafacti, Confracti, vel quoquo alio modo Violati ſeu Diſpecti,

Jurium & proficuorum noſtrorum, ut in Wardis, Maritagiis, ſeu aliis rebus vel proficuis quibuſcumque, Concelamentis, ſeu eorumdem injuſtis Alienationibus, ſeu Subtractionibus, falſis & malis Conſiliis, Ordinationibus, Confœderationibus, Conſpirationibus, Cambipertiis, Ambidextriis, falſis Alligantiis, falſarum Querelarum Manutenentiis, Falſitatibus, Injuriis, Oppreſſionibus, Uſuris, falſis Chevanciis, Extorſionibus, Colluſionibus, falſis Impriſonamentis, & injuſtis Incarcerationibus Hominum & Subditorum noſtrorum, ac aliorum quorumcumque Procurationibus falſorum Indictamentorum, Raſuris ſive Beſilamentis Rotulorum, Recordorum, Indictamentorum & Præſentationum per Ipſum, ſeu de ejus Mandato vel Voluntate,

Necnon pro quibuſcunque aliis Deceptionibus, Conventiculis, Exceſſibus, Dampnis, Gravaminibus, Meſpriſionibus, Tranſgreſſionibus, Negligentiis, Ignorantiis, Defectibus, Dictis, Factis, ſeu Rebus illicitis ſeu inhoneſtis, in præſentibus Literis expreſſatis vel non expreſſatis, Nobis, ſeu alicui de Regno noſtro, actis vel illatis.

• Et quibuſcumque aliis Articulis, contra Nos, Coronam, Mageſtatem, & Dignitatem noſtram regiam, ſeu in Læſionem regiæ Mageſtatis, Comunem Legem Terræ, Statuta, Ordinationes, Proclamationes, & Inhibitiones, ante hæc tempora edita, factis vel attemptatis, quæ per ipſum Richardum, quocumque modo, dicuntur, vel dici poterunt, ante hæc tempora, fieri vel perpetrari,

Ac etiam pro omnimodis Inobedientiis, Offenſis, & Tranſgreſſionibus, cuicumque Locum noſtrum tenentium, Officiariorum,
ſeu Miniſtrorum noſtrorum, illatis vel factis, ut in Gubernatione,
Ductione, Diminutione, Ordinatione ſeu Miſſione Hominum ad
Arma, Sagittariorum, Marinariorum, & aliorum in Guerris no-
• VIII. ſtris quibuſcumque, * ſeu Perditione, Occiſione, ſeu alio Infortu-
18. nio, ſeu malo Eventu, per Defectum, Conſilium, ſeu Improvi-
dentiam ipſius Richardi, aut alio modo quocumque, ipſum con-
tingentibus,

Et pro malo Regimine & Gubernatione Perſonæ, Statûs Regni, Tractatuum, Negotiorum, Proficuorum & Rerum noſtrorum, ex Aſſenſu, Conſilio, Ordinatione, vel negligentia ipſius Richardi, ubicumque fuerat, infra Regnum noſtrum vel extra, dùm idem Richardus erat Seneſcallus Hoſpitii noſtri, Theſaurarius, vel Cancellarius noſter, Ambaſſator, Conciliarius, Juſticiarius pacis, vel alius Officiarius, ſeu Miniſter quicumque,

quocumque colore, debitorum,

Ac quæcumque Solutiones, Liberationes, Ordinationes, Aſſignationes, & Præcepta, per ipſum Richardum de Denariis, Jocalibus, Pannis, & aliis Rebus, in Camera noſtra, vel aliàs de Theſauro noſtro, in Recepta Scaccari noſtri, Perſonæ cuicumque facta,

Necnon omnimoda Debita & Compota Jocalium & Pannorum, per ipſum Richardum receptorum, vel de Theſauraria noſtra ſumptorum,

Et de Reventionibus, Exitibus, Redemptionibus, Priſonariis, Civitatum, Caſtrorum, Burgorum, Villarum, Maneriorum, Hamelettorum, Terrarum, Tenementorum, Reddituum, & Servitiorum quorumcumque, ſive fuerit infra Regnum noſtrum Angliæ, ſive extra, quocumque Nomine, Causâ, vel colore cenſeantur,

Et omnimodas Actiones, Impetitiones, & Demandas Conventionum, Diſpoſitionis, Injunctionis, & Adminiſtrationis Theſauri, Bonorum & Catallorum, ac aliarum Rerum ſeu Negotiorum noſtrorum quorumcumque,

Necnon Receptas Cuſtumarum, Subſidiorum, Solutionum, ac Auri & Argenti, per Obligationem, Indenturas, Promiſſum, Loquelam, Receptam, vel aliter,

Receptorum Exitus, Proventus, Emolumenta, & omnimoda Proficua, Nobis ex quibuſcumque Cauſis, qualitercumque pertinentia,

Et omnimoda Amerciamenta, Fines, Exitus foriſfactos, Catalla foriſfacta, & omnia alia Debita, Compota, Præſtita, vel Onera hujuſmodi, undè prædictus Richardus ad præſens oneratus eſt, vel eſt onerandus, aut poterit onerari vel impetiri, per Nos, vel Hæredes noſtros, aut Juſticiarios, Barones de Scaccario, ſeu alios quoſcumque Miniſtros noſtros, & in quacumque Curia noſtra, vel Hæredum noſtrorum, pro aliquo tempore jam tranſacto,

* Ac etiam omnimodas Actiones, Querelas, & Demandas, quæ • VIII.
verſus ipſum Richardum, ratione aliquorum Præmiſſorum, ſeu 19.
ratione aliquarum Impoſitionum, ſuper Lanas, Coria, Pelles lanutas, ſeu aliqua alia Mercimonia quæcumque, contra Statuta, Ordinationes, Inhibitiones, & Proclamationes, indè habitas, factarum, undè idem Richardus Impetitus eſt, ſeu aliqualiter poterit Impetiri,

Quæ quidem omnia & ſingula ſupradicta, ac omnia alia quæcumque, quæ, per ipſum Richardum, Malitiosè, negligenter, vel incommodè Facta, Tranſgreſſa, Acta, Perpetrata, vel quovis modo Meſpriſata, Attemptata, Dicta, vel Conjecturata fuerunt, tàm de tempore quo fuerat in quibuſcumque Officiis, Gradibus, vel Statibus Nobiſcum, ſeu pro Negotiis Regni noſtri, quàm alio tempore quocumque, & quocumque colore, & quicquid ad Nos indè pertinet aut pertinere poterit, quibuſcumque Ratione, cauſa, vel colore, præfato Richardo REMISIMUS, RELAXAVIMUS, & pro Nobis & Hæredibus noſtris IMPERPETUUM, totaliter & integrè, ex certa ſcientia noſtra, ac mero motu & libera voluntate noſtris, PARDONAVIMUS, ac Tenore Præſentium, REMITTIMUS & PARDONAMUS,

Nolentes quòd præfatus Richardus, aut Hæredes vel Executores ſui, aut Terrarum ſuarum Tenentes, ratione aliquorum Præmiſſorum ſeu alicujus eorumdem, coram Nobis, vel Hæredibus noſtris, in Parliamentis noſtris, vel Hæredum noſtrorum, vel in quibuſcumque aliis Locis vel Placeis noſtris, coram quibuſcumque Judicibus, Juſticiariis, Miniſtris, vel Officiariis noſtris, vel Hæredum noſtrorum quibuſcumque, inde futuris temporibus Impetantur, occaſionentur, inquietentur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur; ſet quòd de Præmiſſis omnibus & ſingulis penitùs ſint QUIETI, ABSOLUTI & EXONERATI IMPERPETUUM; aliquo Statuto ſeu Ordinatione, in contrarium Præmiſſorum ſeu alicujus eorumdem quovismodo factis, non obſtantibus;

Ita

Digitized by Google

R. 2. p. 1. m. 1. Summas de Nobis, diverſis vicibus, recepit, unde in Vita ſua minimè computavit,

• VIII. 30. Per Breve noſtrum tibi Præceperimus quòd univerſa Bona & Catalla, quæ fuerunt prædicti nuper Ducis, in Balliva • tua, ubicumque & in quorumcumque Manibus & Poſſeſſione inveniri poſſent, in manus noſtras capi & ſeiſiri, & ea ſalvò & ſecure, abſque Diſſipatione ſeu Elongatione eorumdem, cuſtodiri faceres, quouſque aliud a Nobis indè haberes in Mandatis,

Ac poſtmodùm, per aliud Breve noſtrum, tibi Præceperimus quòd omnia Bona & Catalla prædicta, per te ſic capta, & in Manum noſtram ſeiſita, Theſaurario & Camerario noſtris, per Indenturas, indè inter vos debitè conficiendas (Quantitatem & Qualitatem Bonorum & Catallorum hujuſmodi, ac Pretium & verum Valorem eorumdem ſecundum æſtimationem, teſtificantes) Liberares,

Subſequenterque per quandam Commiſſionem noſtram, tibi ac aliis Perſonis directam, Aſſignaverimus te ad omnia Bona & Cala, quæ fuerunt prædicti nuper Ducis, Decimo Octavo die Julii, proximò præterito & poſteà, & quæ, ratione Judicii, verſus ipſum nuper Ducem, in ultimo Parliamento noſtro, redditi, forisfacta exiſtunt, in Manum noſtram ſeiſiri faciendum, & Nobis inde ad Scaccarium noſtrum reſpondendum,

Volumus tamen & ex favore regio Concedimus quòd *Alianora*, quæ fuit *Uxor præfati nuper Ducis*, habeat Liberationem certorum Bonorum & Catallorum, ſibi neceſſariorum, uſque ad valorem Centum & Quaterviginti Librarum, & Decem & Octo Solidorum, de Bonis & Catallis prædictis, in manum noſtram ſic ſeiſitis (quorum Parcella in cuſtodia tua adhuc remanet) pro Denariis ipſius Alianoræ, in hac parte, juxta Appretiationem Bonorum & Catallorum hujuſmodi indè factam, Nobis, ad certos Terminos, inter Nos & prædictam Alianoram concordatos, fideliter perſolvendis,

Et ideò tibi Præcipimus, firmiter injungentes, quòd eidem Alianoræ, aut ejus in hac parte Attornato, Bona & Catalla, ad valorem prædictum, de dicta Parcella hujuſmodi Bonorum & Catallorum, in cuſtodiâ tuâ ſic remanentium, per Indenturas (Quantitatem & Qualitatem dictorum Bonorum & Catallorum ſic liberandorum, ac Pretium & verum valorem eorumdem, teſtificantes) indè inter te & præfatam Alianoram ſimiliter conficiendas, juxta Appreciationem prædictam, ſine dilatione aut difficultate aliqua, Liberes;

Volumus enim Te de eiſdem Bonis & Catallis, ſic liberandis, erga Nos exonerari.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxxiii die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

*Conſimile Breve dirigitur* Richardo Whityngton, *Majori Civitatis Londoniæ, & Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

---

*Pro Priore Sancti Johannis Jeruſalem in Anglia de Licentia tranſeundi.*

Ann. D. 1397. An. 21. R. 2. Franc. 21. R. 2. m. 7.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Conceſſimus, & Licentiam Dedimus, Dilecto nobis in Chriſto, *Waltero Grendon*, Priori Hoſpitalis Sancti Johannis Jeruſalem, infra Regnum noſtrum Angliæ, quòd ipſe, in Propria Perſona ſua, verſus Hoſpitale Sancti Johannis Jeruſalem,

In cujus rei Teſtimonium, has Literas noſtras Patentes fieri, & Magni Sigilli noſtri munimine fecimus conſignari.

Dat. apud *Weſtm.* Secundo die Januarii.

---

*De Tranſlatione Archiepiſcopi Cantuarienſis in Epiſcopum Sancti Andreæ.*

REX, Eſcaetori ſuo in Comitatu Kantiæ, Salutem. Ann. D. 1398. An. 21. R. 2. Pat. 21. Ric. 2. p. 2. m. 14.

Cùm Dominus Summus Pontifex, Eccleſiâ Cantuarienſi, per Tranſlationem *Thomæ*, nuper *Archiepiſcopi loci illius*, in Epiſcopum Sancti Andreæ, vacante, eidem Eccleſiæ de perſona, dilecti Clerici noſtri, *Rogeri Walden*, in Sacerdotio conſtituti providerit, ipſumque in Archiepiſcopum loci illius præfecerit & Paſtorem, ſicut per Literas Bullatas ipſius Domini Summi Pontificis, Nobis indè directas, nobis conſtat,

Nos,

Pro eo quòd idem Archiepiſcopus, omnibus & ſingulis Verbis, nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram nobis Renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, volentes cum eo agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipſius Archiepiſcopi, & Temporalia Archiepiſcopatûs illius, unà cum Exitibus, indè a tempore Vacationis eju dem Provenientibus, Reſtituimus eidem:

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem Archiepiſcopo Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, unà cum Exitibus indè a tempore prædicto provenientibus, liberes in forma prædicta.

Teſte Rege apud *Manerium de Haywod*, xxj die Januarii.

*Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori Regis, in Com. Surr. & Suſſex.*
*Eſcaetori Regis, in Com. Midd.*
*Eſcaetori Regis, in Com. Suff.*
*Eſcaetori Regis, in Com. Eſſex. & Hert.*
Richardo Wityngton, *Majori Civitatis Regis Londoniæ, & Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Eſcaetori Regis, in Com. Eborum.*
Et Mandatum eſt Militibus &c.

---

*• Pro Duce Herefordiæ, de Pardonatione.*

• VIII. 32. Ann. D. 1398. An. 21. R. 2. Pat. 21. R. 2. p. 2. m. 14.

REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd (de Gratiâ noſtrâ ſpeciali) PARDONAVIMUS *Henrico Duci Herefordiæ*, Sectam Pacis noſtræ, quæ ad Nos verſus ipſum pertinet, pro omnimodis Proditionibus, Feloniis, Inſurrectionibus, Meſpriſionibus, & aliis Malefactis quibuſcumque, per ipſum qualitercumque factis, ſive perpetratis, undè Indictatus, Rectatus, Occaſionatus, Impetitus, vel Appellatus exiſtit, ac etiam Utlagariis, ſi quæ in ipſum, his occaſionibus, fuerint promulgatæ, & firmam Pacem noſtram ei indè Concedimus;

Ita tamen quod ſtet Recto in Curiâ noſtrâ, ſi quis verſus eum loqui voluerit de Præmiſſis, vel aliquo Præmiſſorum.



Digitized by Google

*De Attemptatis, contra Treugas Scotiæ, Reformandis.*

Ann. D. 1398. An. 21. R. 2. Scot. 21. R. 2. m. 11.

REX, cariſſimo Avunculo ſuo, *Johanni Duci Aquitaniæ & Lancaſtriæ*, ac, Venerabili in Chriſto Patri, *Johanni Epiſcopo Aſſavenſi*, necnon, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Thomæ de Percy* Comiti Wygorniæ, *Willielmo le Scrop* Comiti Wilteſiæ, Magiſtro *Johanni le Shepeye* Decano Eccleſiæ Cathedralis beatæ Mariæ Lincolnienſis, & *Willielmo Elmham* Chivaler, Salutem.

Sciatis quod Nos,

De fidelitate, circumſpectione, & induſtriâ veſtris plenius confidentes,

Fecimus, ordinavimus, aſſignavimus, & conſtituimus, ac Facimus, ordinamus, conſtituimus, & aſſignamus Vos Sex, Quinque, Quatuor, & Tres veſtrûm (quorum Vos, *præfate Dux*, unum eſſe Volumus) Deputatos noſtros & Commiſſarios ſpeciales,

Tam ad omnia & ſingula Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta,

Subditis *Adverſarii noſtri Scotiæ*, per quoſcumque Subditos noſtros, contra formam Treugarum,

Nuper inter Nos & cariſſimum *Patrem noſtrum Franciæ*, & dictum *Adverſarium* * *noſtrum Scotiæ*, tanquam alligatum ipſius Patris noſtri, per noſtros & dicti Patris noſtri Commiſſarios, apud Lenlyngham captarum, & poſtmodùm ad certum tempus prorogatarum, (* VII. 33.)

Qualitercumque facta & perpetrata, & nondum Reformata, emendata, aut reparata,

Reformandum, emendandum, & reparandum,

Et ad conſimilem Reformationem, Emendationem, & Reparationem,

Pro Ligeis & Subditis noſtris, de quibuſcumque Meſpriſionibus, Attemptatis, & Malefactis, ſibi, per dictos Subditos ipſius Adverſarii noſtri, factis & perpetratis,

Petendum, recipiendum, & habendum,

Et partibus plenariè Juſtitiæ Complementum, in hac parte, faciendum, exhibendum, & habere faciendum,

Et omnes & ſingulos Subditos noſtros, quos inveneritis hujuſmodi Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta Subditis ipſius Adverſarii noſtri feciſſe, ad eadem Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta Reparandum & Emendandum, juxta Vim, Formam, & Effectum Treugarum prædictarum, per Diſtrictiones, & alias Vias, & Modos legitimos, quibus melius, juxta Diſcretiones veſtras, ſciveritis, compellendum,

Quàm a[illegible]acramenta omnium & ſingulorum Prælatorum, Magna[illegible]minorum, & aliorum Subditorum præfati Adverſarii no[illegible] in Præſentiâ veſtrâ comparentium, & nondum Juratorum,

Qui dictas Treugas, ac Formam quarumdam aliarum Treugarum, inter Nos & prædictum Patrem noſtrum de novo initarum, quæ in Feſto Sancti Michaelis proximò futuro incipient, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis, acceptare, & pro parte ſuâ firmiter & inviolabiliter obſervare, & jurare voluerint,

Petendum & Recipiendum,

Et ad ſufficientes Deputatos,

Tàm pro Sacramentis aliorum Prælatorum, Magnatum, Dominorum, & Subditorum dicti Adverſarii noſtri, qui abſentes fuerint, in Formâ conſimili, recipiendis.

Quàm pro Sacramento ejuſdem Adverſarii noſtri, quòd ipſe dictas Treugas, ſic de novo initas, pro parte ſuâ, in omnibus ſuis Articulis obſervabit, & obſervari faciet, ſimiliter petendo & recipiendo,

Nuper in Curiâ Romanâ, ratione novæ Creationis, venerabilis Patris, Rogeri Walden in Archiepiſcopum Cantuarienſem, vacantibus, (R. 2. p. 2. m. 8.)

Nos (de Gratiâ noſtrâ ſpeciali) Conceſſimus & licentiam dedimus, pro nobis, * & Hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, eidem Willielmo quòd ipſe, per ſe, & Procuratores ſuos, Beneficia prædicta acceptare, & indè corporalem Poſſeſſionem recipere, & eis, juxta effectum Gratiæ, ſibi per prædictum Dominum Summum Pontificem factæ, gaudere poſſit; (* VIII. 34.)

Et quòd ipſe, per ſe, & Procuratores ſuos prædictos, tàm in dictâ Curiâ Romanâ, quàm alibi in Curiâ Chriſtianitatis, & in aliis Curiis noſtris quibuſcumque, plenam Executionem dictarum Bullarum & Proceſſuum, indè factorum vel faciendorum, liberè, ſi opus fuerit, proſequi poſſit;

Nolentes quòd præfatus Willielmus aut dicti Procuratores ſui, Notarii, Executores, aut Subexecutores, ratione alicujus Proſecutionis, in dictâ Curiâ Romanâ, vel alibi in Curiis noſtris prædictis, in hac parte, factæ vel faciendæ, occaſione Statuti de Proviſoribus, Anno Regni noſtri Tertiodecimo editi, Impetantur, moleſtentur in aliquo, ſeu graventur; Statuto prædicto, aut aliis Statutis, vel Ordinationibus, in contrarium factis, non obſtantibus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Villam Salop*, ſexto die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. *Ibid.*

Sciatis quòd,

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, per Literas ſuas Apoſtolicas, providiſſet *Johanni Fermer*, Perſonæ Eccleſiæ Parochialis du Rybcheſtre, Eborum Diœceſe de quodam Canonicatu in Eccleſiâ Cathedrali Lichfeldenſi, & de Præbendâ de Pratis in eadem, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

*Per idem Breve.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. *Ibid.*

Sciatis quòd,

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, per Literas ſuas Apoſtolicas, providiſſet *Henrico Hamerton*, Parſonæ Eccleſiæ Parochialis de Bedyngdon, Cantuarienſi Diœceſe, de quodam Canonicatu in Eccleſiâ Monialium de Shafteſbury, Sarum Diœceſe, & de Præbendâ de Gyllyngham in eadem, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

*Per idem Breve.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. *Ibid.*

Sciatis quòd,

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, per Literas ſuas Apoſtolicis, providiſſet *Thomæ Wyſbeche*, Parſonæ Eccleſiæ Parochialis de Hertfeld, Ciceſtrenſi Diœceſe, de quodam Canonicatu in Eccleſia Cathedrali Londoniæ, & de Præbendâ de Williſton in eadem, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

*Per idem Breve.*

---

Ann D. 1398. An. 21. R. 2. Claus. 21. R. 2. p. 1. m. 16. d.

*De Proclamatione, ſuper Pardonatione Revocata.*

REX, Vicecomitibus Londoniæ & Middelſexiæ, Salutem.

Cùm, in ultimo Parliamento noſtro, de aſſenſu Procerum, Magnatum, & Communitatis Regni noſtri Angliæ, in eodem Par-

Digitized by Google

bus ipſe, qui ipſos Duces, ſive alterum ipſorum, vobis, ut prædictum eſt, liberabit, ex parte noſtrâ injunget, ſalvò & ſecurè cuſtodiatis; Et hoc, ſub Foriſfacturâ Vitæ & Membrorum, & omnium aliorum quæ Nobis foriſfacere poteritis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Oxon.* viceſimo ſexto die Februarii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Indentura Treugarum Scotiæ.*

Ann. D. 1398. *An.* 21. *R.* 2. *Ex Autogr.*

C'Eſt Endenture,

Fait, au Hawdeneſtanke, le xvi jour de Marce, l'An du Grace Mille, Troiſcentz, Quatrevyns, & xvij.

Parentre *David*, ainſne Filtz *du Roy d'Eſcoce*, Conte de Carric, *Robert Frere du Roy*, Conte de Fyf, *Waltier Eveſque de Saint Andreu*, & *David Seigneur de Lyndeſſay*, & autres Commys & Deputez de l'Treſhauit & Puiſſant Prince *le Roy d'Eſcoce*, d'une parte, & *Jehan Filz du Roy d'Angleterre* Duc de Guyene & de Lancaſter; *Jehan Eveſque de Saint Aſſaph*, *Thomas Conte de Wirceſter*, & *William Conte de Wyltes*, & autres Commys & Deputez de l'Treſhault & Puiſſant Prince *le Roy d'Angleterre*, d'autre part,

Tesmoigne que les dittes Commys & Deputez du Roy d'Eſcoce ont Ordenez lour Deputez, Monſieur *William Lyndeſſay*, *William Stewarde*, *Johan de Ramorgny* Chivalers, & *Adam Forſter*, & les dites Commys & Deputez du Roy d'Angleterre ont ordenez lour Deputez, Monſieurs *Gerard Hern*, *Thomas Gray* de Horton, *Johan de Fenwyk* Chivalers, & *Jehan Mitforde* (c'eſt aſſavoir del' cheſcune part Quatre, Trois, ou Deux de lours Deputez avantdites) pour parfournir lour Ordenance en maneier que c'enſuit,

Premierement, veullent que les Treues, qui ſont a preſent, ſoient tenuz, en cheſcune Poynt, tanque a le Saint Michel prochein venant; & que, ſi aucun Chaſtel, ou Fortereſſe ſoit fait, encontre ſes preſentez Trieues, que ſans delay il ſoit Abatu, & ceulx, qi les ont fait, Puny ſelonc le purport des Trieues.

Item, volont que tous ceulx, qe volont occupier Terrez, ou demourer entour les Chaſtelx, de l'une partie ou de l'autre, facent & paient leurs devoirs par le manier, comme il eſt playnement compris en cez preſentez Trieues, ſans aucune ſubtilite, ou cavillacion alleger a l'encontre; &, en Cas que aucun Debat y ſoit, entre les Capitaynez des Chaſtelx, & les Habitans, Occupiors, ou Demourantz, que les Conſervatours de les Trieues, ou lour Deputez, en averont la Cognyſance ſelonc le Teneur des dites Trieues, & les Conſervatours d'icelles Trieues, ou lours Deputez, ſeront tenuz de Terminer le dit Debat, dedens Trois Moys apres q'ils ſeront duement requis, d'el l'une part & de l'autre, ou pluys toſt, ſi faire ce purront bonement, ſolonc la pourporte de les Trieues avantdites.

• VIII. 36. *Item, volont que tous autres Choſez, compriſez en les dites Trieues, ſoient Tenuz pleinement, ſans aucun Alegeance du contraire.

Item, volont que tous les Priſoners, de l'une part & de l'autre, ſoient plainement Quytez ſans aucun delaye (c'eſt aſſavoir) ceulx qe ne ont riene paie tout quyte, & ceulx qu'ont paie partie de leur Ranceon ou tout ſoient quites, & ce q'ils ont paie ſoit a eux reſtitue ſans delaye ou contredit (c'eſt aſſavoir) de ceux q'ont

---

### *De cuſtodiendo Thomam Ducem Norffolciæ.*

REX, Majori & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem. Ann. D. 1398. *An.* 21. *R.* 2. *Clauſ.* 21. *R.* 2. *p.* 2. *m.* 12.

Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd pro ſalva & ſecura Cuſtodia *Thomæ Ducis Norffolciæ*, infra Garderobam noſtram, infra Civitatem prædictam, tàm per Aquam, quàm per Terram, per Vigilias & alio modo taliter ordinetis, quòd idem Dux ab eadem Garderoba nullatenus exeat, ſive tranſeat, aut evadat ſine Mandato noſtro ſpeciali, & vos in hac parte aliter a Nobis habueritis in Mandatis,

Et hoc, ſub Foriſfactura omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Wyndeſore*, viceſimo tertio die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Ruperto Duce Bavariæ Juniore Homagiali Regis.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1398. *An.* 21. *R.* 2. *Franc.* 21. *R.* 2. *m.* 3. • VIII. 37.

Sciatis quòd,

Cùm *Rupertus Junior* Comes Palatinus Reni, & Bavariæ Dux, Conſanguineus noſter cariſſimus, fiat, effici velit, & efficiatur Homagialis noſter, & Nobis, ut Homo Homagialis, *obligetur quamdiu Vitam duxerit in humanis,

Promiſeritque bonâ fide, quamdiu vixerit, nobis ſinceram Fidelitatem, noſtrum Bonum quantum poterit procurando, & de noſtro Malo, quandò ei indè conſtiterit, aviſando ac fideliter præmuniendo, ſicut Homagialis fidelis ſuo Domino de Præmiſſis ſolitus eſt obligari,

Promiſerit etiam ſe contra Nos, Domum noſtram, aut Regnum noſtrum, nunquam facturum,

Et inſuper adunaverit ſe Nobis fideliter aſtare & eſſe Adjutorem contra & adverſus Injuriatores noſtros, quotiens per Nos ſuper hoc fuerit legitimè requiſitus, ſeu admonitus,

Ac etiam promiſerit ſe, poſt Requiſitionem hujuſmodi, Diffidaturum eoſdem noſtros Injuriatores, eis palàm & publicè intimando ipſum velle nobis aſſiſtere & juvare, eorum Mali & Iniqua Voluntate quomodolibet non obſtante,

Quodque idem Dux,

Per Nuncios noſtros certificatus de Numero & Multitudine Hominum Armatorum, quem Nos ab eo deſiderabimus,

Ac concordato inter ipſum Ducem & dictos Nuncios noſtros quantum pro ſingulis Lanceis Hominum Armatorum, quantum pro Militibus, quantum pro Baronibus, quantum pro Comitibus, quantum pro Duce Belli, rationabiliter pro Menſe aſſignari, & quomodo illis de dicto Stipendio ſatisfieri debeat,

Teneatur nobis fideliter providere de ipſis Hominibus Armatis, Comitibus, Baronibus, Militibus, & Clientibus, uſque ad exactarum & petitarum Numerum Lancearum,

Voluerit inſuper idem Dux & conceſſerit quòd ipſe univerſos & ſingulos Subditos noſtros, Nobiles & Ignobiles, Clericos & Laicos, ac alios quoſcumque noſtræ Ditioni Subjectos, cujuſcumque Dignitatis, ſtatûs, gradûs, ſeu conditionis extiterint, per Terras & Dominia ipſius Ducis tranſeuntes, vel moram facientes, fideliter defendet, & ſalvum Conductum eis præſtabit, quotiens ſuper hoc per eoſdem fuerit congruè requiſitus, vel aliquis Officiatorum ipſius

Digitized by Google

netur,

Nos,

Attendentes qualiter prædictus *Rupertus Senior*, prout certitudinaliter informamur, *jam tranſiit ab Humanis*,

Et volentes proinde cum præfato *Ruperto* Duce Bavariæ Juniore, pro majori Securitate Solutionis dictarum Mille Librarum, agere gratiosè,

De Gratia noſtrâ ſpeciali, & pro eo quòd prædictus *Rupertus*
* VIII. Dux Bavariæ * Junior, tàm Literas noſtras, præfato *Roberto*, nu-
38. per Duci Bavariæ Seniori, quàm Literas noſtras, eidem *Ruperto* Duci Bavariæ Juniori, de Penſionibus prædictis, ſic factas, Nobis, in Cancellaria noſtrâ, reſtituit cancellandas,

VOLUMUS & CONCEDIMUS quòd prædictus *Rupertus*, Dux Bavariæ Junior, habeat & percipiat, ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum, Mille Libras, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, ad totam Vitam ipſius *Ruperti* Ducis Bavariæ Junioris;

Ita tamen quòd ipſe omnes & ſingulas Conditiones prædictas, & earum quamlibet, in Formâ prædictâ benè & fideliter, abſque Fraude & Dolo, Faciat, perficiat, compleat, & obſervet.

Volumus inſuper quòd, ſi Nos, ante ipſum *Rupertum* Ducem Bavariæ Juniorem, ſubtracti fuerimus ab hac Luce, tunc ſtatim, poſt Deceſſum noſtrum, tàm prædictum Homagium, ac omnia alia & ſingula Præmiſſa, per ipſum *Rupertum* Ducem Bavariæ Juniorem ſic facienda, quàm Solutio dictarum Mille Librarum, penitùs ceſſent & terminentur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Duce Britanniæ, de Acquietantia.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1398. Sciatis quòd,
An. 21. Cùm in Magno Rotulo, de Anno viceſimo *Regis Ricardi Secun-*
R. 2. *di*, in Norffolcia, *Johannes de Monte Forti* Dux Britanniæ, 1514
Fr. 21. *l.* 7*s.* 3*d.* de diverſis Præſtitis, & aliis Debitis ſuis ſic continetur, in
R. 2. p. Rotulo ſeptimo, *Johannes Dux Britanniæ*, & Comes Richemundiæ,
3. m. 10. 11666 *l.* 13*s* 4*d.* de Duobus Præſtitis ſuis, de Annis ſecundo & tertio, in Rotulo xiii, in adhuc.

ITEM, Eſſex, in Magno Rotulo de Anno viceſimo *Regis Ricardi Secundi*, in Londoniâ, *Thomas de Melbourne*, & *Johannes Fitz Nichol* 1414 *l.* 4*s.* 10*d.* ob. de diverſis Præſtitis ſuis, ſicut continetur in Rotulo v.

ITEM, Lincoln. & in Rotulo xlvij *Regis Edwardi Tertii* in Eſſex, *Thomas de Melbourne* nuper Theſaurarius Ducis Britanniæ, de Carcandis CC. Garbis Sagittarum, CC. Cordagiis pro Arcubus receptis de Magiſtro *Roberto de Wyleford*, nuper Conſtabulario Burdegaliæ, pro Defenſione & Reſcuſſu Caſtri de Breſt ſicut continetur in Rotulo x.

Quòd Nos dicto Duci, & cæteris Perſonis ſupradictis, ac earumdem Perſonarum Executoribus, eorumque Hæredibus, ac eorum Terrarum tenentibus, ſupradictas Summas & earum quamlibet, ac Bona & Catalla ſupradicta, ac omnimodas actiones quæ, ratione Præmiſſorum, aliqualiter Nobis vel Hæredibus noſtris competunt, vel competere poſſunt, ac quibuſcumque Plegiis vel Fidejuſſoribus dicti Ducis, & quibuſcumque cum dicto Duce Obligatis, vel per ſe, ſine Duce prædicto, cauſâ dicti Ducis, quæ aliquo caſu ſciri, inquiri, vel verificari poterit, per Recordum vel Inquiſitionem indè capiendas, aut alio modo, eorumque Hæredi-

REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salu- Ann. D.
tem. 1398.
Sciatis quod, An. 21.
Cùm, dilectum Armigerum noſtrum, *Galfridum Chaucer*, ad R. 2.
quamplura ardua & urgentia Negotia noſtra, tàm in abſentiâ, Ibid.
quàm in præſentiâ noſtris, in diverſis partibus, infra Regnum no- m. 26.
ſtrum Angliæ facienda & expedienda ordinaverimus,

Idemque *Galfridus* timeat ſe, per quoſdam Æmulos ſuos, per quamplures Querelas ſive Sectas, dùm ſic Negotiis noſtris intenderit, inquietari, moleſtari, ſive implacitari, & Nobis ſupplicaverit ut ſibi in hac parte ſubvenire velimus,

Nos,

Volentes pro Securitate ipſius *Galfridi* proſpicere gratiosè,

Suſcepimus ipſum *Galfridum*, ac Homines, Terras, Res, Redditus, & omnes Poſſeſſiones ſuas, in Protectionem & Defenſionem noſtras ſpeciales,

Nolentes quòd ipſe, a Datâ Præſentium, per Duos Annos integros, ad cujuſcumque Perſonæ Sectam, nullatenus Areſtetur, ſeu aliqualiter Implacitetur; ſet quòd ipſe, de omnimodis Placitis & Querelis (Placitis Terræ duntaxat exceptis) per tempus prædictum omnino ſit quietus:

Et ideò vobis Mandamus quòd ipſum *Galfridum*, Homines, Terras, Res, Redditus, & omnes Poſſeſſiones ſuas, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis, juxta vim, formam, & effectum præſentium Literarum noſtrarum,

Non inferentes eis, ſeu, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, ſeu Gravamen;

Et, ſi quid eis Foriſfactum ſive Injuriatum fuerit, id eis, ſine dilatione, debitè corrigi & emendari faciatis.

In cujus, &c. per Biennium duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Maii.

*Per ipſum Regem.*

---

*De ſalvo Conductu pro Nunciis Scotiæ.*

REX, per Literas ſuas Patentes, uſque Feſtum Sancti Martini Ann. D.
in Yeme, proximò futurum, duraturas, ſuſcepit in ſalvum & 1398.
ſecurum Conductum ſuum, ac in Protectionem & Defenſionem An. 21.
ſuas ſpeciales, *Johannem de Ramorgny* Militem de Scotiâ, & *A-* R. 2.
*dam Forſtere* Armigerum, cum Quadraginta aliis Perſonis Equiti- Scot. 21.
bus in Comitivâ ſuâ, in Regnum ſuum Angliæ, penes præſentiam R. 2.
ſuam, m. 11.

Ex cauſâ præſentis Tractatûs, *inter ipſum & cariſſimum Conſanguineum ſuum Scotiæ* capti,

Veniendo, ibidem morando, & exindè verſus quaſcumque partes Exteras tranſeundo, ac per idem Regnum ſuum verſus partes ſuas proprias, abſque perturbatione aliquali, redeundo, *&c. ut in ſimilibus de Conductu Literis.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxix die Maii.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

* Pro

Digitized by Google

Nos,

Pro eo quòd idem Richardus, omnibus & ſingulis verbis, Nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, Volentes cum eo agere gratioſè,

Cepimus Fidelitatem ipſius Ricardi, & Temporalia Archiepiſcopatûs prædicti, unà cum Exitibus, indè a tempore mortis præfati Roberti Provenientibus, Reſtituimus eidem;

Et ideò Tibi præcipimus quòd eidem Ricardo dicta Temporalia, cum pertinentiis, unà cum Exitibus prædictis, in Ballivâ tuâ, Liberes in Forma prædictâ.

Teſte Rege *apud Lichefeld*, xxiij die Junii.

*Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori Regis, in Com. Northumbr.*
*Eſcaetori Regis, in Com. Glouc.*
*Eſcaetori Regis, in Com. Lincoln.*
*Eſcaetori Regis, in Com. Notyngh. & Derb.*
*Eſcaetori Regis, in Middl.*
Thoma Gra*a Majori Civitatis ſuæ Eborum & Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

Et Mandatum eſt Militibus, &c.

## *Super facto nuper Ducis Glouceſtriæ de Pardonationibus.*

Ann. D. 1398. *An. 22. R. 2. Clauſ. 22. R. 2. p. 1. m. 29 d.* • VIII. 41.

REX, Vicecomiti Staffordiæ Salutem.

Cùm nuper, in ultimo Parliamento noſtro, de Gratia noſtra ſpeciali, PARDONAVERIMUS Singulis Ligeis noſtris, Regni noſtri Angliæ, Sectam Pacis noſtræ, & id, quod ad Nos verſus ipſos pertinuit occaſione cujuſdam Commiſſionis, quam *Thomas nuper Dux Glouceſtriæ* & *Richardus nuper* • *Comes Arundelliæ*, attrahentes ſibi regiam Poteſtatem, fecerunt, ſub magno Sigillo noſtro, tibi ipſis, & aliis, ad eorum Denominationem, directam, ad Gubernationem Noſtri, & Regni noſtri, habendam, & Exercitii Commiſſionis prædictæ, ac Congregationis, Inſurrectionis, Equitationis, Deprædationis, Impriſonamenti, Interfectionis, & Arſuræ per ipſos Ligeos noſtros apud Haringey, & alibi, in Comitiva prædictorum Ducis & Comitis, vel per eoſdem Ligeos noſtros ſolos, qualitercumque in hac parte factorum ſive perpetratorum, & de eo quod ipſi fuerunt de Aſſenſu, conſilio, favore, vi, retinentia, ſeu adhæſione Ducis & Comitis prædictorum, in Materiis ſupradictis, vel earum aliqua, ſeu parcella aut dependentiis earumdem, ac pro omnibus aliis Proditionibus & Miſpriſionibus, per ipſos Ligeos noſtros factis ſive perpetratis in præmiſſis, undè Indictati, Impetiti, Rectati, vel Appellati exiſtunt, Ac etiam Utlagariis, ſi quæ in ipſos, his occaſionibus fuerint promulgatæ, & firmam Pacem noſtram eis indè Conceſſerimus,

Ita tamen quòd quilibet dictorum Ligeorum noſtrorum, qui hujuſmodi Gratiæ Beneficium conſequi vellet, Cartam ſuam indè, in Cancellaria noſtra, ante Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò præteritum, proſequeretur,

Nos,

Teneræ dilectionis affectu, quam erga dictos Ligeos noſtros



## *De Reſtitutione Temporalium Lincolniæ.*

REX, Eſcaetori ſuo in Com. Lincolniæ, Salutem. Ann. D. 1398.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem, *Johannem*, nuper *Epiſcopum Lincolniæ*, a Vinculo, quo eidem Eccleſiæ tenebatur, abſolverit, & ipſum ad Eccleſiam Coventriæ & Lichfeldiæ tranſtulerit, *An. 22. R. 2. Pat. 22. R. 2. p. 1. m. 31.*

Ac eidem Eccleſiæ Lincolnienſi de, Venerabili Viro, *Henrico Beauford*, nuper Decano Wellenſi, in Preſbiteratûs ordine conſtituto, Auctoritate Apoſtolicâ, providerit, ipſumque in Epiſcopum Loci illius præfecerit & Paſtorem, • ſicut per Literas Bullatas ipſius Domini ſummi Pontificis, nobis indè directas, Nobis conſtat, • VIII. 41.

Nos,

Pro eo quòd idem Henricus omnibus & ſingulis verbis, nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis Renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, Volentes cum eo agere gratioſè,

Cepimus fidelitatem ipſius Henrici, & Temporalia prædicti Epiſcopatûs Lincolniæ, prout moris eſt, Reſtituimus eidem:

Et ideò Tibi Præcipimus, *&c. ut in ſimilibus de Reſtitutione Literis.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xix die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Conſimilia Brevia diriguntur Eſcaetoribus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Eſcaetori Regis in Com. Bed. & Buk.*
*Ricardo Whytyngton Majori Civitatis ſuæ London. & Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*
*Eſcaetori Regis in Com. North & Rotel.*
*Eſcaetori Regis in Com. Cantеb. & Hunt.*
*Eſcaetori Regis in Com. Oxon.*
*Eſcaetori Regis in Com. Herf.*
*Eſcaetori Regis in Com. Leyc.*
*Eſcaetori Regis in Com. Notyngh.*

Et Mandatum eſt Decano & Capitulo prædictæ Eccleſiæ Lincolnienſis quòd eidem *Henrico* Temporalia dicti Epiſcopatûs Lincolnienſis cum pertinentiis, quæ in Cuſtodia ſua, ex Commiſſione Regis, exiſtunt, liberent, Vult enim Rex ipſos Decanum & Capitulum inde erga ipſum exonerari.

Teſte ut ſupra.

## *Conceſſionum, ſuper Albergatis moderandis, revocatio.*

Ann. D. 1398. *An. 22. R. 2. Vaſc. 22. R. 2. m. 9.*

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Licet Nos nuper Literas Patentes,

Per quas Dominus *J.* quondam *Rex Angliæ*, Progenitor noſter, Conceſſit Probis hominibus ſuis, de Terra quæ vocatur inter Duo Maria,

Quòd habeant omnes Libertates, & liberas Conſuetudines, quas habuerunt temporibus *H. Regis* Patris ſui, & *R. Regis* Fratris ſui,

... & Tenore præſentium Revocamus,

Nolentes quòd eædem Literæ noſtræ,

Eo præſertim quòd, extra Cancellariam noſtram, Nobis de præjudicio & exhæredatione noſtris hujuſmodi minimè informatis, fraudulenter emanârunt,

Vigorem de cætero optineant in aliquo ſeu valorem;

Et hoc omnibus, quorum intereſt, innoteſcimus per præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xx die Julii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

## *De Conſtabulario Burdegaliæ.*

Ann. D. 1398. *An.* 22. *R.* 2. *Vaſc.* 22. *R.* 2. *m.* 9.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia noſtra ſpeciali, Conceſſimus, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro *Henrico Bowet* Officium Conſtabularii Burdegaliæ, Habendum quamdiu Nobis placuerit, cum talibus Vadiis & Regardis prout ipſe, ante hæc tempora, rationabiliter percipere conſuevit pro tempore quo ipſe Conſtabularius extitit ibidem.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxiij die Julii.

*Per Brevè de Privato Sigillo.*

Et Mandatum eſt Univerſis & Singulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, & cæteris viris Eccleſiaſticis, ac Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Militibus, Capitaneis, & aliis Nobilibus, necnon Civitatum & Villarum Majoribus, Præpoſitis, Ballivis, Juratis, Scabinis, & dictarum Civitatum & Villarum Communitatibus, cæteriſque Ligeis & Fidelibus noſtris totius Ducatûs Aquitaniæ, quòd eidem *Henrico*, tanquam Conſtabulario noſtro Burdegaliæ, in omnibus, quæ ad Officium Conſtabulariæ prædictæ pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxiij die Julii.

*Per idem Breve.*

---

## *De Forma Treugarum Proclamanda.*

Ann. D. 1398. *An.* 22. *R.* 2. *Ibidem.*

REX, Cariſſimo Conſanguineo ſuo *Johanni Marchioni Dorſetiæ*, Locum tenenti noſtro Aquitaniæ, *Johanni Trayly*, Majori, ac Juratis Civitatis noſtræ Burdegaliæ, necnon *Conſtabulario noſtro Burdegaliæ*, & eorum cuilibet, Salutem.

Formam quarumdam Treugarum,

Nuper, inter Ambaſſiatores & Nuncios noſtros ex parte una, ac Ambaſſiatores & Nuncios Cariſſimi *Patris noſtri Franciæ* ex altera, factarum & initarum, & per Nos poſtmodùm Confirmatarum,

Quam vobis mittimus Exemplificatam, ſub Magno Sigillo noſtro, in forma Patenti,

Vobis & cuilibet veſtrûm Mandamus, quòd Treugas illas, in ſingulis Civitatibus Obedientiæ noſtræ, in Ducatu noſtro prædicto conſtitutis, & aliis Locis ubi magis expediens fuerit, ſine dilatione, Legi, & publicè ex parte noſtra intimari, proclamari, ac firmiter teneri & obſervari faciatis, juxta Tenorem & effectum earumdem:

... non poſſint diſcuti ſeu terminari,

Et etiam ad alios, ad Præmiſſa, in Formâ prædictâ, facienda, terminanda, & exequenda, quotiens vobis videbitur faciendum, Loco veſtri ſubſtituendum & deputandum; aliquibus Statutis, in contrarium factis, non obſtantibus:

Et ideò Vobis Mandamus, quòd circa Præmiſſa diligenter Intendatis, & ea faciatis & terminetis, & exequamini in Forma prædicta;

Damus autem univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Officiariis, Miniſtris, & aliis Fidelibus, & Subditis noſtris, quorum intereſt, tàm infra Libertates, quàm extra, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis, & Veſtris in hac parte Subſtitutis & Deputatis, in Executione Præmiſſorum, Intendentes ſint, Conſulentes, Reſpondentes, & Auxiliantes, ac Mandatis veſtris in hac parte obedientes.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Decimo Die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

---

## *De Officio Mareſcalli Angliæ conceſſo.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1398.

Sciatis quod (de Gratia noſtra ſpeciali) Dedimus & Conceſſimus, pro Nobis, & Hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, Dilecto Nepoti noſtro, *Thomæ Duci Surriæ* Officium Mareſcalli Angliæ, Habendum, durante Vitâ *Thomæ Ducis Norffolciæ*, unà cum omnibus & omnimodis & ſingulis Officiis, Commoditatibus, Proficuis, & aliis pertinentiis quibuſcumque, tàm in Curiis noſtris, quàm alibi, eidem Officio qualitercumque ſpectantibus ſive pertinentibus, eodem modo, & adeò plenè, integrè, & quietè, ſicut *Thomas de Brotherton*, nuper Comes Norffolciæ, & Mareſcallus Angliæ, ſeu *Rogerus de Bygot*, quondam Comes Norffolciæ, & Mareſcallus Angliæ, aut aliquis alius, poſt Mortem ipſorum nuper Comitum, ſive præfatus Dux Norffolciæ, dictum Officium Mareſcalli Angliæ tempore ſuo habuerunt & tenuerunt:

*An.* 22. *R.* 2. *Pat.* 22. *R.* 2. *p.* 1. *m.* 12.

Volentes ulterius, & pro Nobis & Hæredibus noſtris Concedentes, quòd Officium Mareſcalli, in Banco noſtro, coram Nobis (quod *Johannes Wykes* tenet, ad Terminum Vitæ ſuæ, ex Conceſſione noſtra) & Officium Mareſcalli de Scaccario noſtro (quòd *Ricardus Gaſcoigne* tenet, ad Vitam ſuam, ex Conceſſione, Cariſſimi Fratris noſtri, *Thomæ* nuper *Comitis Kantiæ*, nuper * Mareſcalli Angliæ, & confirmatione noſtrâ) ac etiam Officium Proclamatoris Mareſcalli, coram Seneſcallo & Mareſcallo Hoſpitii noſtri (quod *Guido de Alleſley* tenet, ad Vitam ſuam, ex Conceſſione Domini *E.* nuper *Regis Angliæ* Avi noſtri, & confirmatione noſtrâ) quæ quidem Officia, poſt Mortem prædictorum, Johannis, Ricardi, & Guidonis, ad Nos, & Hæredes noſtros reverti deberent, poſt Mortem eorumdem, Johannis, Ricardi, & Guidonis, Remaneant præfato Duci Surriæ, Habenda durante vitâ præfati Ducis Norffolciæ, quòd eadem Officia, ac omnia alia Officia, in quibuſcumque Curiis noſtris, & alibi, quæ ad dictum Officium Mareſcalli Angliæ, retroactis temporibus, pertinuerunt & pertinere conſueverunt, ad dictum Officium Mareſcalli Angliæ ... egrè Rejungantur, annectantur, & uniantur Imperpetuum, & quòd idem Dux Surriæ Officia illa ſtatim, cùm per Mortem, Ceſſionem, Reſignationem, Surſùm redditionem, aut alio modo vacaverint, aliquibus Perſonis idoneis Dare, Concedere, vel Conferre poſſit liberè & impunè; aliquibus Literis Patentibus, in contrarium factis, non obſtantibus.

* VIII. 45.

Conſiderantes inſuper Strenuitatem & Nobilitatem ipſius Ducis Surriæ,

*de Dat.* 16 *Mart. uſque hæc verba; viz.*

Nos, autem, Treugas prædictas, ac omnia & ſingula in dicta Indentura contenta, Rata habentes & Grata, Ea, pro Nobis, & Hæredibus noſtris quantum in nobis eſt, Acceptamus, Approbamus, &, Tenore Præſentium, uſque Feſtum Sancti Michaelis (quod erit Anno Domini Milleſimo, Tricenteſimo, Nonageſimo Nono) Concedimus & Confirmamus, prout INDENTURA prædicta rationabiliter teſtatur.

Teſte Rege apud *Leyceſtre*, viceſimo ſecundo die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

---

• VIII. 46. Ann. D. 1398. *An.* 22. *R.* 2. *Ibid. m.* 7.

### * *De Attemptatis Reformandis.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Johanni Buſſy*, & *Henrico Grene* Militibus, ac Magiſtro *Willielmo de Ferryby* Clerico, & *Laurentio Dru* Armigero, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumſpectione veſtris pleniùs confidentes,

Aſſignavimus vos, Tres, & Duos veſtrûm ad omnia & ſingula Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta, contra Formam Treugarum,

*Inter Nos*, & *Adverſarium noſtrum Franciæ*, necnon *Adverſarium Scotiæ*, tanquam dicti Adverſarii noſtri Franciæ Alligatum, nuper initarum,

Per Subditos & Ligeos noſtros, tàm Officiarios, quàm alios, tàm ſupra Mare, quàm in Marchiis Regni noſtri Angliæ verſus partes Scotiæ, Subditis & Ligeis ipſius Adverſarii noſtri Scotiæ facta & perpetrata,

Juxta Formam INDENTURARUM, inter noſtros ac ipſius Adverſarii noſtri Scotiæ Commiſſarios, apud Howdeneſtank, Sextodecimo Die Martii, proximò præterito, factarum,

Ac Vim, Formam, & Effectum Treugarum prædictarum, apud dictum Locum de Howdeneſtank, Viceſimo Primo Die Octobris proximò futuro, ſive ad alios, per vos, Tres, vel Duos veſtrûm, in hac parte, præfigendos ſive continuandos,

Reformandum, Reparandum, & Emendandum,

Et ad conſimilem Reformationem, Reparationem, & Emendationem, pro Ligeis & Subditis noſtris, de quibuſcumque Attemptatis, Meſpriſionibus, & Malefactis, ſibi per Subditos & Ligeos ipſius Adverſarii noſtri Scotiæ, tàm Officiarios, quàm alios, factis & perpetratis, Petendum, recipiendum, & habendum,

Et partibus plenariè Juſtitiæ Complementum, juxta Formam Indenturarum & Treugarum hujuſmodi, in hac parte, faciendum & exhibendum,

Et ad omnes & ſingulos, Subditos & Ligeos noſtros, tàm Officiarios, quàm alios, quos inveneritis hujuſmodi Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta Subditis & Ligeis prædicti Adverſarii noſtri Scotiæ feciſſe, ſive perpetraſſe, ad eadem Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta, Reformandum, Reparandum, & Emendandum, juxta Vim, Formam, & Effectum Indenturarum & Treugarum prædictarum, tùm per Incarcerationem Corporum



cutione Præmiſſorum, Intendentes ſint, Conſulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Tertio Die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Johanni Buſſy*, & *Henrico Grene* Militibus, ac Magiſtro *Willielmo Ferryby* Clerico, Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Johanni Buſſy*, & *Henrico Grene* Militibus, ac *Laurentio Dru* Armigero, Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Duce Norffolciæ, ſuper Paſſagio.*

REX, Univerſis & ſingulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1398. *An.* 22. *R.* 2. *Pat.* 22. *R.* 2. *p.* 1. *m.* 8.

Sciatis quòd (de Gratia noſtra ſpeciali & ex mero motu noſtro) Conceſſimus & Licentiam Dedimus *Thomæ Duci Norffolciæ*,

Qui verſus partes Exteras, in Almannia, Bohemia, & Hungaria moraturus, ac ad tranſfretandum Mare magnum, in Peregrinatione, juxta Ordinationem, apud Coventre, auctoritate Parliamenti, nuper factam, tranſiturus exiſtit,

Quòd ipſe Portum, quem ſibi placuerit, pro Eſkippamento & Paſſagio ſuo, verſus partes prædictas, inter Portum de Orwelle & Scardeburgh, eligere poſſit,

Et, ſi contingat quòd prædictus Dux, cùm ipſe in Mari, Causâ Paſſagii ſui, fuerit, per Tempeſtatem Maritimam, aut Venti Contrarietatem, ad aliquem Locum ſive Portum Maris, infra Poteſtatem, Obedientiam, ſive Gubernationem, noſtras, aut ad aliquem Locum ſive Portum Maris, in Regno ſive Terra, ſibi pro mora ſua minimè aſſignatum, poſt Terminum ſibi pro Paſſagio ſuo limitatum, agitetur ſive impulſetur, tunc idem Dux, cum Servientibus & Familiaribus ſuis, in Locis, ubi ipſum applicari ſive agitari contigerit, quouſque ipſe Mare intrare ac ſalvò & ſecurè tranſire valeat, abſque fraude vel malo Ingenio, per ſufficiens teſtimonium, liberè morari poſſit, ſine Impeditione, Dampno, ſeu Foriſfactura quacumque.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Tertio Die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

T 2 *Pro*

Digitized by Google

Ann. D. 1398. An. 22. R. 2. Ibid. REX, Univerſis & Singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Nobilibus, ac Populis, cujuſcumque Status, Gradûs, & Dignitatis, Alimanniæ, Bohemiæ, & Hungariæ, Salutem in omnium Salvatore.

Univerſitatem veſtram multipliciter honorabilem, & quemlibet veſtrûm per Se, attentiùs & efficaciùs quo poſſumus, Tenore Præſentium, requirimus & rogamus quatinus, Conſanguineum noſtrum, *Thomam Ducem Norffolciæ*,

Qui, verſus Regna, Dominia, & Poteſtates veſtra, inibi moraturus, dirigit Greſſus ſuos in præſenti,

Cùm ipſum in hujuſmodi Regna, Dominia, & poteſtates veſtra, ſeu alicujus veſtrûm, accedere contigerit,

Noſtræ Majeſtatis intuitu, & harum precum noſtrarum ſpeciali interventu, propenſius recommendatum habentes,

Eundem Ducem, cum Familiaribus, Equis, Bonis, Herneſiis, & Rebus ſuis quibuſcumque, recipiatis, & inibi Morari, ſeu per eadem Regna, Dominia, & Poteſtates, cum ſibi placuerit, liberè tranſire, abſque Impedimento ſeu perturbatione quacumque, benivolè permittatis,

Non inferentes eis, nec quomodolibet inferri permittentes, in Corporibus ſeu Bonis eorumdem, Dampnum, Impedimentum, Violentiam, Injuriam, Moleſtiam ſeu Gravamen, Quin potius, ſi egeant, eis in eorum agendis, Miniſtrare dignemini Conſilium, Auxilium, & Favorem, ac Scortam, Salvumque & Securum Conductum, per Paſſus, Loca, & Dominia veſtra, & cujuſlibet veſtrûm, rationabilibus Sumptibus & Expenſis,

Et, ſi quid eis, in Perſonis vel Rebus, Injuriatum fuerit (quòd nollemus) id indilatè reformare curetis, noſtris Precibus & Amore:

Nos ſiquidem Subditis veſtris & cujuſlibet veſtrûm, cùm ad Regna ſeu Dominia noſtra aliquos ex ipſis declinare contigerit, Favorem conſimilem, & majorem, ſi indiguerint, vel eorum aliquis indiguerit, grato animo impendere promittimus, & de facto veraciter impendemus.

In cujus rei Teſtimonium, has Literas noſtras Patentes fieri, & Magni Sigilli noſtri munimine fecimus conſignari.

Dat. in *Palatio noſtro Weſtm.* Tertio Die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Henrico de Lancaſtre, Duce Herefordiæ.*

Ann. D. 1398. An. 22. R. 2. Ibidem. m. 11. REX, Capitaneo Villæ ſuæ Caleſii, vel ejus Locum tenenti ibidem, ac Theſaurario Villæ ſuæ prædictæ, ac omnibus aliis Officiariis & Miniſtris ſuis ibidem, Salutem.

Sciatis quòd (de Gratia noſtra ſpeciali) Conceſſimus, Conſanguineo noſtro, *Henrico de Lancaſtre*, Duci Herefordiæ, quòd ipſe dictam Villam Caleſii, cum Duodecim Perſonis, ingredi, & ibidem per unum Menſem morari poſſit, ad Ipſum, cum Perſonis prædictis, inibi recreandum;

Et ideò vobis mandamus quòd ipſum Ducem Villam prædictam, cum Perſonis prædictis, ingredi permittatis, juxta Tenorem Præſentis Conceſſionis noſtræ.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Caſtrum noſtrum de Wyndeſore*, Tertio die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

Teſte ut ſupra.

Idem *Johannes Wakeryng* recepit Attornament m.

Idem Dux, ſub nominibus *Hugonis de Waterton* Chivaler, & *Nicholai Bradſhagh.*
Teſte ut ſupra.

Idem *Johannes Wakeryng* recepit Attornamentum.

Dat. ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Viagio Regis, de Proclamatione.*

REX Vicecomiti Northumbriæ Salutem. Ann. D. 1399. *An.* 22. R. 2. *Clauſ.* 22. R. 2. p. 2. m. 16. d.

Quibuſdam certis de Cauſis, Viagium noſtrum verſus Terram noſtram Hiberniæ, Deô dante, in proximo faciendam, intimè concernentibus, tibi Præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in ſingulis Locis in Balliva tua, ubi magis expedire videris, ex parte noſtra proclamari facias,

Quòd omnes & ſinguli Valetti de Liberata Coronæ, qui Vadia a nobis Annuatim percipiunt, ſub Pœna Amiſſionis Liberatæ & Vadiorum prædictorum, verſus Civitatem noſtram Londoniæ, cum celeritate qua decet, ſe trahant & feſtinent, ita quòd ſint ibidem, coram Concilio noſtro, die Mercurii in Septimana Paſchæ proximò futura, Prompti & Parati ad faciendum quod eis, per dictum Concilium noſtrum, injungetur ex parte noſtra:

Et hoc, ſub periculo quod incumbit, nullatenus omittas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio die Martii.

*Conſimilia Brevia diriguntur Singulis Vicecomitibus per Angliam.*

---

* *De Compellendo Inobedientes Ducatus Aquitaniæ obedire Bonefacio Papæ.* * VIII. 71.

Ann. D. 1399. *An.* 22. R. 2. *Vaſc.* 22. R. 2. m. 3.

REX, dilecto Conſanguineo ſuo, *Johanni Marchioni Dorſetiæ* Locum noſtrum tenenti in Ducatu noſtro Aquitaniæ, vel ejus Locum tenenti ibidem, ac Aquitaniæ & Landarum Seneſcallis, necnon univerſis & ſingulis aliis Officiariis & Miniſtris noſtris Ducatûs prædicti, pro tempore exiſtentibus, Salutem.

Ad noſtrum jam pervenit intellectum quòd ſunt quamplures Ligei & Subditi noſtri, Dominiorum de Bearn & Marſan, ac aliorum Dominiorum noſtrorum infra Ducatum prædictum, ſuæ Salutis immemores, & Deum præ oculis non habentes, qui, Sanctiſſimo Patri noſtro, *Papæ Bonefacio Nono* obedire, & ipſum Vicarium Chriſti in Terris acceptare, & Dominum ſuum in Spiritualibus tenere, ante hæc tempora recuſârunt, & recuſant in præſenti, in Animarum ſuarum periculum manifeſtum; de quo dolemus & multipliciter conturbamur;

Nos,

Volentes hujuſmodi Ligeos & Subditos noſtros ab hujuſmodi Errore quantùm poterimus revocare,

Vobis, & cuilibet veſtrûm, Mandamus, firmiter injungentes, quòd quoſcumque Ligeos & Subditos noſtros dicti Ducatûs noſtri, tàm Dominiorum prædictorum, quàm aliorum Dominiorum & Partium noſtrorum Ducatûs noſtri prædicti, cujuſcumque Status ſeu Conditionis fuerint, dicto Sanctiſſimo Patri noſtro Bonefacio nono Inobedientes, ad Obediendum præfato Sanctiſſimo Patri Bonefacio Nono, ac Prælatis & aliis Officiariis & Commiſſariis ſuis, in omnibus quæ dicti Sanctiſſimi Patris incumbunt Officio,

Digitized by Google

72. *mem Saleſbury* Chivaler, ac quoſdam alios Fideles Ligeos noſtros, per *Thomam* nuper *Ducem Glouceſtriæ*, *Ricardum* nuper *Comitem Arundellæ*, & *Thomam* nuper *Comitem Warrwicæ*, tanquam Proditores noſtri in Parliamento noſtro Convictos contra Nos & Regiam noſtram Mageſtatem, reddita,

Habeant, coram Nobis, in Cancellariam noſtram, citra Feſtum Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum, mittant ſeu mitti faciant;

Et hoc, ſub foriſfactura Vitæ & Membrorum, ac omnium quæ nobis foriſfacere poterunt, nullatenus omittant

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quinto die Martii.

*Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam, ſub eadem Data.*

---

*Inſtructiones, traditæ Ambaſſatoribus, ſuper Tractatu Pacis, in Scotiam profecturis.*

C'ESTE L'INSTRUCTION ET CHARGE; *donez, par noſtre Seignur le Roy, a l'Onurable Piere en Dieu* l'Eveſque de Seint Aſſaph, le Duc d'Aumarle, le Conte de Saleſbirs, Johan Buſſy, *&* Henri Grene *Chivalers, & a* Laurence Dru *Eſquier, alantz en Eſcoce.*

Ann. D. 1399. *An. 22. R. 2. Ex Autogr.*

PRIMEREMENT, volons que vous entrez en Tretie de Pees final, par toutes les voies que vous ſemble reſonables & honeſtes; & ce, que enſi ſerra Tretez, ſoit Reportez a Nous, ſantz aler, en aucun maniere, a aucune Concluſion.

ITEM, volons que vous accordez de tenir les Trieves, priſes, a Lellyngham, parentre *Nous* & noſtre *Piere de France*, durant le Terme accordez parentre Nous & noſtre avantdit Piere, ore tard fait au Traitee de noſtre Mariage,

ITEM, volons que, en Cas que vous ne poez accorder a ſi long Treves come deſus eſt dit, q'adonges vous accordez de Proroger ceſt meſmes Trieus par Deux Ans, ou Trois, ou Quatre, ou Cynk Ans, enſi come vous poez accorder.

ITEM, volons que vous facez Amender & Redreſſer les Attemptatz, faitz encontre ces Trieves a preſent, ſelonc les Endentures, faitz, par noz Commiſſairs, ore tard, a Haldenſtank, & a Loghmabauſtan.

ITEM, volons que vous facez Alliance parentre *Nous* & noſtre *Adverſaire d'Eſcoce*, q'il, deſore en avant, ne Recettera nul de noz Liges Rebelx ou Traitours a Nous deinz ſon poair; einz que le dit Adverſaire ferra ſon poair, de Prendre & Areſter noz ditz Rebel ou Rebelx, Traitour ou Traitours, & les Rendre a noſtre perſone, ou au Gardein ou Gardeins de noſtre Marche illoeqes; & en meſme la manere Nous ferrons des Liges Rebel ou Rebelx, Traitour ou Traitours de noſtre dit Adverſaire, & Rendrons au Gardein ou Gardeins de ſa Marche; &, ſi aucuns deinz ſon Roialme Rebellent encontre noſtre dit Adverſaire, il demandera Aide de Nous, & Nous li Eiderons, & que ſemblablement il ferra envers Nous pur ſa Partie, quant il ent ſerra par Nous requis.

En Teſmoignance de quele Choſe, a ceſt preſent Inſtruccion Vous avons fait mettre noz Grand & Prive Sealx, & auxi noſtre Signet.

Aſſignavimus vos, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos veſtrum (quorum vos, præfate Dux, unum eſſe volumus) ad omnia, & ſingula Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta eiſdem Subditis ipſius Adverſarii noſtri per prædictos Subditos noſtros, contra formam Treugarum, ac Indenturarum prædictarum facta & perpetrata, nec emendata, ut prædictum eſt, ac omnes alios Defectus per eoſdem Officiarios, Subditos, & Ligeos noſtros in hac parte factos, ſive perpetratos, juxta Tenorem Treugarum ac Indenturarum prædictarum, Reformandum, reparandum, & emendandum,

Et ad Conſimilem Reformationem, reparationem, & emendationem pro Ligeis, & Subditis noſtris, de quibuſcumque Meſpriſionibus, Attemptatis, & Malefactis, ſibi per prædictos Subditos, & Ligeos ipſius Adverſarii noſtri, tàm Officiarios, quàm alios, ac de omnibus aliis Defectibus, per eoſdem Officiarios, Subditos, & Ligeos ipſius Adverſarii noſtri ubicumque, & qualitercumque, factis, & perpetratis, Petendum, recipiendum, & habendum, & Partibus plenariæ Juſtitiæ complementum in hâc parte faciendum, & exhibendum, & habere faciendum juxta Vim, formam, & effectum Treugarum, & Indenturarum earumdem,

Et ad omnes, & ſingulos Subditos, & Ligeos noſtros, tàm Officiarios, quàm alios, quos inveneritis hujuſmodi Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta Subditis ipſius Adverſarii noſtri, ſeu alios hujuſmodi Defectus feciſſe, ſive perpetraſſe, ad eadem Attemptata, Meſpriſiones, & Malefacta reparandum, reformandum, & emendandum, juxta Vim, formam, & effectum Treugarum, ac Indenturarum prædictarum, per Diſtrictiones ac alios vias & modos, quibus meliùs juxta Diſcretiones veſtras ſciveritis, compellendum,

Ac etiam, ſi Caſus exegerit, juxta ſanas diſcretiones veſtras, tàm per Incarcerationem Corporum ſuorum, quàm per punitionem vitæ & Membrorum caſtigandum, & puniendum;

Et ideo vobis Mandamus, firmiter injungentes, quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, & ea faciatis, & exequamini in formâ prædictâ,

Damus autem Univerſis, & ſingulis Cuſtodibus Marchiarum Regni noſtri prædicti verſus partes Scotiæ, & eorum Loca tenentibus, ac univerſis, & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris & aliis Fidelibus Ligeis, & Subditis noſtris, infra Libertates & extra, Tenore Præſentium, firmiter in mandatis, quòd Vobis in Executione omnium Præmiſſorum Intendentes ſint, conſulentes, obedientes, & auxiliantes, quotiens, & quando per vos ſuper hoc fuerint ex parte noſtra præmuniti.

In cujus rei Teſtimonium, has Litteras noſtras fieri fecimus patentes. VIII. 74.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, Quinto die Aprilis, Anno Regni noſtri Viceſimo ſecundo.

*Billingford.*

*Per ipſum Regem & Concilium.*

*Sub Magno Sigillo Regis Angliæ pendente a Caudâ pergamenæ.*



Digitized by Google

Reſidentiariis ſolvi debitos & conſuetos, hiis Diebus non perſolvunt,

Ac cùm, prætextu Præmiſſorum, inter Vos, præfate Epiſcope,

Qui circa ipſorum Reformationem graves & notabiles feciſtis Expenſas, & Auctoritate veſtrâ ordinariâ certa Statuta ediciſtis in Forma Juris, ut dicitur, ex parte una,

Ac Vos, præfate Decane, & Stagiarios ſive Reſidentiarios tunc dictæ Eccleſiæ exiſtentes, ex altera, orta Diſcordia,

Tàm Vos, præfate Epiſcope, pro parte veſtra, quàm Vos, præfate Decane & Stagiarii, pro Vobis & parte Veſtra, de & ſuper omnibus & ſingulis Præmiſſis, in præſentia noſtra conſtituti, ſub Pœna Mille Librarum, Parti parenti, a Parte non parente in hac parte, & per Eam ſolvendarum, in nos Compromiſeritis, ac de ſtando & parendo Laudo, Arbitrio, Voluntati, Diffinitioni, & Statuto, de & ſuper Præmiſſis, per Nos in hac parte ferendis ſive faciendis, in alto & baſſo, vos ſubmiſeritis,

Nos,

Attentis præmiſſis, ad ſupplicationem veſtram, vos præfate Epiſcope, necnon Canonicorum non Reſidentiariorum Eccleſiæ prædictæ, ob Honorem Dei & Eccleſiæ ſuæ Sanctæ, in Augmentum Cultûs Divini, pro Nobis & Progenitoribus noſtris, in Eccleſia prædicta, perpetuis futuris temporibus, faciendi,

Vobis (præfate Epiſcope) vel, Vobis abſente, veſtro Vicario in ſpiritualibus generali, necnon Vobis (præfati Decane & Reſidentiarii prædicti) Mandamus, Præcipimus, & Injungimus ſub Pœna Ligeantiæ Veſtræ, & ſub Pœna Quatuor Milium Librarum, Nobis ad opus * noſtrum ſolvendarum, quòd, citra Feſtum S. Michaelis Archangeli proximò futurum, realiter Statuatis, & Statura obſervetis quòd Forma Reſidentiæ in dicta Eccleſia, ſecundum Formam & Exigentiam Statutorum Eccleſiæ Sarum, in ea parte editorum, de cætero fiat, & obſervetur pro perpetuo in futurum,

* VIII. 75.

Quodque vos (præfate Epiſcope) ſub Sigillo veſtro, vel, vobis abſente, veſter Vicarius in ſpiritualibus generalis, ſub Sigillo Officii ſui, ac vos (præfate Decane & Reſidentiarii) ſub dictæ Eccleſiæ Sancti Pauli Sigillo communi, nobis, in Cancellariam noſtram, citra dictum Feſtum, certificetis id quod indè ſtatueritis, vel feceritis ordinari.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xvi die Aprilis.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *Teſtamentum Regis.*

*Sexto Decimo Die Menſis Aprilis Teſtamentum ejus ultimæ Voluntatis fecit in hunc modum.*

Ann. D. 1399. *An.* 5. *R.* 2. *Ex Cod. Man.*

IN NOMINE SUMMÆ & INDIVIDUÆ TRINITATIS, PATRIS, & FILII, & SPIRITUS SANCTI, Beatiſſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ, Sanctorum Johannis Baptiſtæ & Edwardi Glorioſiſſimi Confeſſoris, necnon & totius Cœleſtis Curiæ, Amen.

Inevitabilis Mortis Sententia, Nulli, ſummo, ymo, parcens, Nobilitatem, Potentiam, Strenuitatem, Genus, Ætatem, & Sexum æquali Lance concludens, Creaturæ rationali nimis redderetur amara, niſi, poſt Curſum hujus Vitæ, fluctuantis continuè, Vita beatior in Patria ſperaretur:

Et proinde Humanæ providentiæ ſagacitas, ſciens Naturæ Legibus diffinitum, quòd Certius nil Morte, Incertius nil Horâ Mor-

nem & diſcretionem eorundem Executorum noſtrorum, collocetur.

ITEM, VOLUMUS & ORDINAMUS quòd Corpus noſtrum, cùm de loco, ubi Nos ab hâc luce migrare contigerit, verſus Weſtmonaſterium deferri debeat, per xiv, xv, vel xvi Miliaria in die eodem, quòd Hoſpitia congruè inveniri poterint, deferatur.

Et totum Iter xxiv Torgiæ circa Funus noſtrum continuè deferantur * ardentes uſque ad locum quo Funus noſtrum hujuſmodi, ſecundum diſpoſitionem Executorum noſtrorum, quieſcere de Nocte contigerit, ubi, ſingulis occurrentibus Veſperis, ſtatim poſt Funus illatum, Exequias Mortuorum ſolempniter decantari volumus, cum Miſſa in Craſtino antequàm Funus ab illo loco transferatur; xxiv Torgiis, tàm in Exequiis, quàm Miſſa, circa Funus ſemper & continuè ardentibus, & quòd ad xxiv Torgias hujuſmodi addantur C. Torgiæ, cùm dictum Funus noſtrum per Civitatem Londoniæ debeat deportari. * VIII. 76.

Sic tamen quòd, ſi infra xvi, x, aut v Milliaria, ymmo ubicumque etiam extra Palatium noſtrum Weſtmonaſterienſe Nos decedere contigerit, volumus quòd iv locis inſignioribus intermediis, & ſi nulla ſint hujuſmodi loca intermedia, in aliis locis competentibus, juxta Executorum noſtrorum diſcretionem, hujuſmodi Herſiæ per iv dies continuos cum præmiſſis Solempnitatibus ordinentur.

Quòd ſi infra Palatium noſtrum Weſtmonaſterienſe Nos decedere contigerit, volumus quòd per iv dies fiant Solempnitates, unâ exiſtente Herſiâ ſolempniſſimâ, ſilicet ultimo die fiant honorificentiores Exequiæ.

ITEM, VOLUMUS & ORDINAMUS quòd Corpus noſtrum in Velveto vel Sathanæ Blanio more Regio veſtiatur, & etiam Interretur, unà cum Coronâ & Septro Regiis deauratis, abſque tamen quibuſcumque Lapidibus; quòdque ſuper digitum noſtrum, more Regio, Anulus cum Lapide pretioſo, pretii ſive valoris Viginti Marcarum Monetæ noſtræ Angliæ, ponatur.

ITEM, VOLUMUS & ORDINAMUS quòd quilibet Rex Catholicus unam habeat Cupam ſive Ciphum Aureum, pretii ſive Valoris xlv Librarum Monetæ noſtræ Anglicanæ:

Et quòd omnia Coronæ Aureæ, Ciphi, Adaquaria, & Vaſa Aurea, & alia Jocalia de Auro quæcunque, ac etiam omnia Veſtimenta, cum toto Apparatu, ad Capellam Hoſpitii noſtri pertinentia, necnon Lecti quicunque, & omnes Veſtes de Ara noſtro remaneant Succeſſori;

Dùm tamen idem Succeſſor noſter ultimam noſtram Voluntatem plenariè confirmet,

Et Executores noſtros hujuſmodi noſtram voluntatem in quâlibet ſui parte integrè & liberè exequi permittat,

Quòdque omnes Annuitates & Feoda, Familiaribus, qui circa Nos & noſtram Perſonam jugiter laborarunt, qui ex noſtri licentiâ, propter Cauſas neceſſarias, utpote Infirmitatem & Senectutem, a præſentiâ noſtrâ receſſerunt, & hiis etiam qui poſtmodùm nobis, præſertim circa Perſonam noſtram, ſervierunt, & ſerviunt, per Nos conceſſas, juxta tamen dicti Succeſſoris & Executorum noſtrorum liberam diſcretionem, ratificet & confirmet.

ITEM, VOLUMUS & ORDINAMUS quòd de omnibus Jocalibus noſtris reſiduis, videlicet, Circulis, Nochiis, & aliis Jocalibus quibuſcunque, perficiatur Nova Fabrica Navis Eccleſiæ Sancti Petri Weſtmonaſterienſis per Nos incepta; & Reſiduum, ſi quod fuerit, remaneat Executoribus noſtris juxta noſtram hanc Voluntatem ultimam diſponendum.

Inſuper VOLUMUS & ORDINAMUS quòd Sex Milia Marcarum Auri, pro Sumptibus Sepulturæ noſtræ, & Corporis noſtri delatione a loco, ubi ab hac luce nos migrare contigerit, verſus Weſtmonaſterium, ſpecialiter reſerventur.

ITEM,

Digitized by Google

Pro hujuſmodi Statutorum, Stabilimentorum, Ordinationum, & Judiciorum ſuſtentatione & defenſione, ſecundum eorum Poſſe, etiam uſque ad Mortem, ſi oporteat, Reſiduum habeant & teneant memoratum,

Super quibus omnibus ſingulis Summam Nonaginta unius Milium Marcarum Ordinamus & Deputamus,

De quibus Sexaginta Quinque Milia Marcarum ſunt in Cuſtodiâ Domini *Johannis Iklyngton*,

Viginti Quatuor Milia Marcarum in manibus & Cuſtodiâ, Dilecti Nepotis noſtri, Thomæ Ducis Surriæ; de quâ Summâ volumus quòd idem Nepos noſter de Decem Milibus Marcarum, ſibi ſuperiùs per Nos Legatis, ſolvatur,

Et Duo Milia Marcarum, de præſtito, pro Expenſis Hoſpitii noſtri, tempore quo, Reverendus Pater, *Rogerus Cantuarienſis Archiepiſcopus* noſter extiterat Theſaurarius per Nos factus, Nobis ad præſens debentur.

ITEM, VOLUMUS quòd omnia Jocalia, quæ nobis pervenierunt cum Cariſſimâ Conſorte noſtrâ *Iſabellâ Reginâ Angliæ*, eidem, ſi nobis ſupervixerit, integrè remaneant, quòd, ſi ei ſupervixerimus, tunc VOLUMUS quòd dicta Jocalia Nobis & Succeſſoribus noſtris integrè remaneant pro executione hujuſmodi ultimæ noſtræ Voluntatis.

ITEM, VOLUMUS quòd omnia Indumenta & Robæ Corporis noſtri (exceptis Perlys & Lapidibus pretioſis) remaneant Cleris, Valettis, & Gromis, qui circa noſtram Perſonam jugiter laboraverunt & laborant, juxta diſcretionem Executorum noſtrorum inter eos diſtribuenda.

Hujus ſiquidem Teſtamenti noſtri Regii Executores *Nominamus*, *facimus*, & *deputamus*,

Venerabiles in Chriſto Patres,
*Ricardum Sarum.*
*Edmundum Exoniæ.*
*Tidmanum Wygorniæ.*
*Thomam Carlilenſem*,
*Guidonem Minevenſem*,
Epiſcopos;
Dilectum Conſanguineum noſtrum, *Edwardum Ducem Albemarliæ*,
*Thomam Ducem Surriæ* Nepotem noſtrum,
*Johannem Ducem Exoniæ* Fratrem noſtrum,
Et *Willielmum Comitem Wylkſhire*, quorum cuilibet unum Ciphum Aureum, valoris Viginti Librarum, Legamus:
Ac,
Dilectos Clericos noſtros,
Magiſtros *Richardum Clifford*, noſtri Privati Sigilli Cuſtodem,
*Ricardum Maudelan*,
*Willielmum Ferubi*,
*Johannem Iklyngton*,
Ac *Johannem Loſewyke*,
Et *Willielmum Sorle*,
Laicos,

Quorum cuilibet Expenſas & Sumptus neceſſarios, dùm circa executionem præſentis noſtræ ultimæ Voluntatis eos aut eorum aliquem vacare contigerit, juxta diſcretionem Executorum noſtrorum, volumus perſolvi.

Quos omnes & ſingulos oneravimus & oneramus ut hanc Voluntatem noſtram ultimam debitè exequi, &, quantum in eis eſt,

... Valettus de Corona Regis.
*Johannes Dam.*
*Radulphus atte pury.*
*Nicholaus Lary.*
*Johannes Rikhill*, aliàs dictus *Johannes Van Rikhill.*
*Edmundus Noone* Miles.
*Ricardus Creſſy* Armiger.
*Johannes de Montagu* Miles.
*Johannes Jevan* Valettus de Comitatu Penbrochiæ.
*Johannes Wylkok* Armiger.
*Petrus Melbrun* Armiger.
Magiſter *Johannes Midylton* Archidiaconus Norffolciæ.
*Johannes Eyr* Valettus Cameræ Regis.
*Edmundus Thorp* Miles.
*Johannes Howard* Miles.
*Johannes Seint Johan* Miles.
*Thomas Morlee* Dominus de Morle, aliàs dictus, *Thomas de Morlee* de Com. Norff. Miles.
*Johannes Beauchaw* de Holte.
*Johannes Haſtee* Clericus.
*Ricardus Lincolne.*
*Willielmus Bredwardyn* Armiger.
*Georgius Ferrant* de Com. Eborum.
*Johannes Champ*
*Willielmus Dadmore*, aliàs dictus *Willielmus Harpoure.*
*Ricardus Hydon* Armiger.
*Willielmus Horton.*
*Hugo Lutrell* Miles.
*Willielmus Byngley* Miniſtrallus.
*Richardus Michell.*
*Johannes Dymmok.*

R*Ichardus Filius Henrici Ricſon*, qui, in obſequium Regis, in m. 38.
Comitiva, cariſſimi Fratris Regis, *Edwardi Ducis Albe Marle*, ad partes Hiberniæ profecturus eſt, ibidem ſuper ſalva Cuſtodia partium illarum, moraturus, habet Literas Regis de Protectione cum Clauſula *Volumus*, per unum annum duraturas.
Pr. &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Aprilis.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

Conſimiles Literas Regis de Protectione habent ſubſcripti, per idem tempus duraturas; videlicet,

*Robertus Salladyn.*
*Johannes Filius Henrici Ricſon.*
*Ricardus Dawkynſon* de Hawardyn.
*Willielmus de Clynton* Armiger.
*Baldewinus Filius Baldewini*, *Filii Baldewini Frevyll*, Armiger,
* *Thomas Malyns* Armiger de Comitatu Beds. * VIII.
*Thomas Wydevyll* Armiger. 79.
*Gregorius Burnam.*
*Hugo Courtenay* Chivaler.
*Matheus Donne* Clericus.
*Johannes Maſon*
*Nicholaus Penerith* Armiger.
*Johannes Lyverpole* de London.
*Willielmus Maryner* de Olſtun. in Com. Glouc.
*Thomas Weſt* Chivaler.
*Ricardus Suffyn* de Yakeſle.

Ro-

Digitized by Google

*Thomas Fort* Armiger.
*Thomas Dominus de Bardolf.*
*Thomas Epiſcopus Carlioleu.*
*Willielmus Wyncelowe.*
*Ricardus Dany* Valettus Coronæ Regis.
*Andrea Hake* Miles.
*Reginaldus Braybrok* Miles.
*Willielmus Cobham.*
*Johannes Roſſale.*
*Ricardus Merſton.*
*Ranulphus del See.*
*Johannes Wilton.*
*Ricardus Vernon* Armiger.
*Thomas Criſtofre.*
*Nicholaus Darell* Serviens Regis ad Arma.
*Ricardus Savage* Armiger.
*Willielmus Hert* Hoſtiarius Cameræ Regis.

---

### *Ducis Britanniæ Relaxatio generalis.*

Ann. D. 1399. *An.* 22. *R.* 2. *Ex Autogr.*

JEhan Duc de Bretaigne, Conte de Richemont, a touz ceulx, qui ces preſentes verront ou orront, Salut.

Saichez Nous avoir REMIS, RELACHE, & du tout, de Nous, & de noz Hoirs, & Executeurs, a jamais QUITECLAME a, treſexcellent Prince, & noſtre treſredoubte Seigneur, Monſieur *Richart*, par la grace de Dieu, *Roy d'Engleterre*, & ſes Hoirs, toutes Accions de Debte, Preſtz, ou autres quelconques Actions & Somme de Peccune, par Raiſon des Yſſues ou Arrerages de la Conte de Richemont, ou autres Biens meubles, & Chatalx quelxconques, que, envers noſtre dit Seigneur le Roy avons & euſmes, & avoir Peuſmes & porions, des le Comancecement du Monde, juſques a la Dabte de ceſtes Preſentes.

En Teſmoignance des quelles Choſes Nous avons fait metre & apoſer noſtre Seel Secret a ces Preſentes.

Donne a *Wyndeſore*, le xxiij jour d'Auril Feſte de Saint George, l'An Mille, Troiſcentz, Quatrevyntz, Deiz & ouit.

*Jehan.*

*Sub rubeo Sigillo pendente a Cauda Pergamenæ.*

*Par le Duc de ſon Comandement.*

*Maulcon.*

---

• VIII. 80.

### * *Pro Duce Montenſi, de Homagio, Juramento, & Feudo.*

Ann. D. 1399. *An.* 22. *R.* 2. *Franc.* 22. *R.* 2. *m.* 2.

REX, cariſſimo Conſanguineo noſtro, Illuſtri *Willielmo de Juliaco*, Duci Montenſi, Comiti in Ravensbergh, & Domino in Blankenberg, Salutem & Amicitiam.

Pridem, per certas veſtras Literas,

Nobis, in Caſtro noſtro de Wyndeſore,

Per Fideles veſtros, *Tylmannum de Smalrembourg* Decanum Eccleſiæ beatæ Mariæ ad gradus Coloniæ, *Johannem de Arena* Præpoſitum Duſſeldorpenſem, *Willielmum Stael* Militem Magiſtrum Curiæ veſtræ, & *Johannem Wynkelhuſen* Armigerum, Nuncios ad hoc per vos deſtinatos,

Et ut vos ſingularium Capitulorum Juramenti prædicti recordaremini intentiùs, & juraretis ferventius eiſdem, Tenorem dicti Juramenti præſentibus duximus nichilominus inſerendum; qui talis eſt,

*Ego*, Willielmus de Juliaco *Dux Montenſis*, *Comes de Raventbergh & Dominus de Blankenbergh agnoſcens Sereniſſimam Nobilitatem Excellentiſſimi Domini mei* Ricardi Regis Angliæ & Franciæ *& Domini Hiberniæ, volens, deſiderans, & affectans ejuſdem ſuper Illuſtriſſimi Domini Ligeantiæ ſubici & alligari, ex mera & libera voluntate mea, me ipſius Domini Regis Hominem Ligeum facio & conſtituo, ac Homagium, cum Juribus, Servitiis, & Obſervantiis, quæ, per Hominem Ligeum de Jure vel Conſuetudine fieri & obſervari convenit, eidem Domino meo Ligeo, in præſentia tui* Johannis de Palacio, *& Tibi, ejus nomine, ad hæc Sancta Dei Evangelia, Juro & meo Sacramento ſolempni affirmo,*

*Et, ſi aliqua contra ejus Jura, Statum, Honorem, Vitam, & Regnum, in futurum attemptari vel machinari percipere potero, in quantum in me eſt, impediam & deſturbabo, ac eundem Dominum meum quamcitius potero certiorabo*

*Ac ipſius Domini mei Ligei Honorem, Comodum, & Utilitatem, in quantum potero, procurabo pariter & favebo,*

* *Ac cum illo & ejus Honore & Commodo ſervandis & protegendis fideliter, cum omni potentia mea, Conſilio pariter & Favore, ſtabo,* • VIII. 81.

*Servitia, in Indenturis, inter ipſum Dominum Regem & me factis, contenta, cum requiſitus fuero, ſibi faciam abſque diffugio, citra & ultra Mare, contra quemcumque,*

*Præterquam Sereniſſimum* Regem Romanorum, *Reverendum Patrem* Fredericum Archiepiſcopum Colonienſem, *&* Willielmum Ducem Gelriæ *ſupradictum,*

*Pro Feudo Mille Librarum prædicto, michi per inclitum Dominum Regem meum Angliæ prædictum conceſſo gratioſè;*

*Quæ omnia & ſingula a me Servaturum, ad hæc Sancta Dei Evangelia, abſque Fictione, Dolo, & Fraude, Juro & Affirmo,*

*Et, ad majorem firmitatem, ſuper omnibus & ſingulis prædictis, Literas meas Patentes, Sigillo meo & aliàs firmatas, deſtinabo.*

Dat. apud *Caſtrum Regis de Wyndeſore, viceſimo tertio die Aprilis.*

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Waltero Styward & Iſabella Uxore ejus.*

Ann. D. 1399. *An.* 22. *R.* 2. *Pat.* 22. *R.* 2. *p.* 3. *m.* 26.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratiâ noſtra ſpeciali, & pro eo quòd, Dilectus & Fidelis noſter, *Walterus Styward* de Scotia Miles, penes Nos, verſus omnes Homines, præter *Regem Scotiæ*, in Terra Scotiæ tantum, pro Termino Vitæ ipſius Walteri eſt Retentus,

Conceſſimus eidem *Waltero* & *Iſabellæ Uxori ejus* Centum Marcas, habendas & percipiendas, ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum, eiſdem *Waltero* & *Iſabellæ*, & Hæredibus Maſculis, de Corporibus ipſorum *Walteri* & *Iſabellæ* exeuntibus, ad Terminos Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, quouſque pro ſtatu ſuo aliter duxerimus ordinandum;

Ita ſemper quòd, ſi prædicti, *Walterus* & *Iſabella*, ſine Hærede de Maſculo, de Corporibus ſuis exeunte, obierint, tunc, poſt Mortem prædictorum *Walteri* & *Iſabellæ*, vel ſi idem *Walterus* po-

Digitized by Google

Conceſſimus ei Mille Libras, percipiendas, ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum, ad Terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, ad totam Vitam ipſius Ducis,

Dumtamen idem Dux certa Contractus, Conventiones, & Promiſſa, ac omnia alia in eiſdem Indenturis contenta, faciat & fideliter adimpleat, ex parte ſua, juxta vim & effectum Indenturarum prædictarum.

Data in *Palatio noſtro Weſtm.* ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio, viceſimo nono die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

---

*De ſalvo Conductu ad Supplicationem Ducis de Rothezay.*

Ann. D. 1399. An. 22. R. 2. Pat. 22. R. 2. p. 3. m. 7.

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
De gratia noſtra ſpeciali, & ad Supplicationem, Dilecti Conſanguinei noſtri, *Ducis de Rothezay*,
Suſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, *Johannem Sperſhot* Armigerum, & *Johannem Feller* Valettum,
Nuper cum *Thoma de Mortymer* Milite defuncto, ut dicitur, commorantes,
Veniendo infra Regnum noſtrum Angliæ, ſive alibi ubi Nos fore contigerit, ad Declarandum penes Nos Statum ſuum, ibidem morando, & indè, prout ſibi placuerit (in Caſu quo Declaratio ipſorum Johannis & Johannis in hac parte ſibi valere non poterit) redeundo:
Et idcò vobis Mandamus quòd eiſdem, Johanni & Johanni, veniendo infra Regnum noſtrum prædictum, ſive alibi ubi nos fore contigerit, ad declarandum penes Nos Statum ſuum prædictum, ibidem morando, & exindè, prout ſibi placuerit (in caſu quo Declaratio ſua in hac parte ſibi valere non poterit) ut prædictum eſt, redeundo, in Perſonis, Equis, Rebus, aut Bonis ſuis quibuſcumque, non inferatis, nec, quantum in vobis eſt, ab aliis inferri permittatis Injuriam, Moleſtiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, ſeu Gravamen;
Et ſi quid eis foriſfactum ſive injuriatum fuerit, id eis ſine dilatione faciatis emendari.
Conceſſimus etiam & Licentiam Dedimus præfatis, Johanni & Johanni, quòd ipſi penes Perſonam noſtram, ex Cauſa prædicta, venire, & exinde redire poſſint in Forma prædicta, abſque Perturbatione ſeu Impeditione noſtri, ſive Miniſtrorum, Officiariorum, aut aliorum quorumcumque.
In cujus, &c. uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.
Teſte Rege in *Portu de Milleford*, viceſimo ſeptimo die Maii.

*Per Literam de Signeto.*

---

*Pro Imperatore Conſtantinopolitano, de Subſidio, contra Turcos.*

¶ ¶ Ann. D. 1399. An. 22. R. 2. Pat. 23. R. 2. m. 5. dorſ.

REX, Venerabili Patri, *Thomæ Epiſcopo Criſpolitano*, Salutem.
Sciatis quòd,
Cum Dominus *Summus Pontifex* Modernus,
Advertens quòd perfidus ille *Bayſetus Princeps Turcorum*, Manu



ſulentes, & Auxiliantes, prout decet.
In cujus, &c. uſque Primum Diem Septembris, proximò futurum, duraturas.
Teſte *Edmundo Duce Eborum* Cuſtode Angliæ apud *Weſtm.* viceſimo ſecundo die Junii.

---

*De Cuſtodia Caſtri de Walyngford, in quo Hoſpitium Reginæ exiſtit, commiſſa.*

Ann. D. 1399. An. 23. R. 2. Ibid. m. 7.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Nos,
De fidelitate & circumſpectione, dilectorum & fidelium noſtrorum, *Willelmi le Scrop*, Comitis Wilteſiæ, *Johannis Buſſy* Chivaler, *Henrici Grene* Chivaler, & *Willielmi Bagot* Chivaler, plenius confidentes,
Commiſimus eis, Tribus, & Duobus eorum Cuſtodiam Caſtri noſtri de Walyngford,
In quo Hoſpitium, cariſſimæ Conſortis noſtræ, *Iſabellæ Reginæ Angliæ*, de Mandato noſtro, ad præſens exiſtit,
Habendam & Regendam meliori modo & formâ, quibus, juxta ſanas diſcretiones ſuas, ſciverint aut poterint, quamdiu nobis placuerit;
Damus autem, dilectis & fidelibus noſtris, *Hugoni le Deſpenſer* Chivaler, ac *Philippo le Vache* Chivaler, necnon univerſis & ſingulis Officiariis & Miniſtris Hoſpitii & Caſtri prædictorum, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis quòd eiſdem, Comiti, Johanni, Henrico, & Willielmo, Tribus, vel Duobus eorum, tanquam Cuſtodibus ejuſdem Caſtri, Intendentes ſint, Conſulentes, & Obedientes, prout decet.
In cujus, &c.
Teſte *Edmundo Duce Eborum* Cuſtode Angliæ, apud *Villam de Sancto Albano*, duodecimo die Julii.

*Per ipſum Cuſtodem & Concilium.*

---

*De Capitaneo Villæ Caleſiæ, conſtituto.*

Ann. D. 1399. An. 23. R. 2. Franc. 22. & 23. R. 2. m. 1. * VIII. 84.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Conſtituimus, Dilectum & Fidelem noſtrum, *Petrum Courtenay* Militem, Capitaneum Villæ noſtræ Caleſiæ, ac Cuſtodem Marchiarum noſtrarum, ibidem quamdiù nobis placuerit; Percipiendo in * Officio illo Vadia & Feoda conſueta.
In cujus, &c.
Teſte Rege apud *Walyngford*, Tertio die Auguſti.

*Per ipſum Regem.*

---

*Super Adventu Ducis Lancaſtriæ in Angliam, & de Pace cuſtodienda.*

Ann. D. 1399. An. 23. R. 2. Claus. 23. R. 2. m. 3. d.

REX Vicecomiti Staffordiæ Salutem.
Cùm, ut accepimus, diverſi Ligei noſtri Regni noſtri Angliæ ſe in diverſis Conventiculis congregaverint, & penes Præſentiam, cariſſimi Conſanguinei noſtri, *Henrici Ducis Lancaſtriæ*,
Qui jam idem Regnum noſtrum, pro Regimine & Gubernatio- ne



Digitized by Google

...onem ſuam Terrarum & Tenementorum, ac Bonorum, & Catallorum prædictorum, Reſtituatur;

Et, ſi quis aliquod Jus, Clameum, Calumpniam, ſive Intereſſe in aliquibus Terris, Tenementis, ſive Poſſeſſionibus, per aliquos Ligeos noſtros occupatis, habere ſe prætendat, per Communem Legem Terræ noſtræ verſus Tenentes eorumdem Terrarum, Tenementorum, & Poſſeſſionum, & alio modo, proſequatur, ſub Foriſfacturâ antedictâ.

Teſte Rege apud *Ceſtriam*, viceſimo die Auguſti.

*Per ipſum Regem.*

*Conſimilia Brevia diriguntur Singulis Vicecomitibus per Angliam.*

---

* VIII. 85.

### * *De Intendendo circa Cuſtodiam Pacis.*

Ann. D. 1399. An. 23. R. 2. Clauſ. 23. R. 2. m. 3.

REX Cuſtodibus Pacis ſuæ, ac Juſticiariis ſuis, ad diverſa Felonias, Tranſgreſſiones, & Malefacta in Comitatu Staffordiæ audiendas & terminandas aſſignatis, Salutem.

Cùm, ut accepimus, diverſi Ligei noſtri, Regni noſtri Angliæ, ſe in diverſis Conventiculis congregaverint, & penes Præſentiam, Cariſſimi Conſanguinei noſtri, *Henrici Ducis Lancaſtriæ*,

Qui jam idem Regnum noſtrum, pro Regimine & Gubernatione ejuſdem, ac diverſis Defectibus, in eodem Regno exiſtentibus, emendandis, aliiſque de Cauſis, eſt ingreſſus,

Venerint,

Ac Vos, occaſione præmiſſâ, aliquas Seſſiones veſtras in Comitatu prædicto tenere, ſeu aliquam Executionem Commiſſionis noſtræ, vobis in hac parte directæ, a tempore Ingreſſûs præfati Conſanguinei noſtri, hucuſque facere non curaveritis,

Per quod, in veſtri Defectum, quamplurima Homicidia, Deprædationes, Latrocinia, Mahemia, Extorſiones, Oppreſſiones, Regratariæ, ac Exceſſus Laboratorum & Artificum, necnon alia Mala, in Comitatu prædicto, de die in diem, fiunt, & perpetrantur, in noſtri Contemptum & Præjudicium, & Pacis noſtræ læſionem, ac Populi noſtri Comitatûs prædicti Terrorem, & hujuſmodi Malefactorum Audaciam manifeſtam, & contra Intentionem præfati Conſanguinei noſtri,

Et quia, habito cum præfato Conſanguineo noſtro, ſuper Regimine & Gubernatione hujuſmodi, Tractatu diligenti, nolumus præmiſſa Mala aliqualiter tolerare,

Vobis & cuilibet veſtrûm,

De aviſamento, Venerabilis Patris *Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis*, ac *præfati Conſanguinei noſtri*, necnon *Henrici Comitis Northumbriæ*, & *Radulphi Comitis Weſtmerlandiæ*, cæterorumque Magnatum, Procerum, & Dominorum Regni noſtri prædicti,

Mandamus, firmiter injungentes, quòd circa Cuſtodiam Pacis & Juſtitiar. prædictarum intendatis, & Seſſiones veſtras, juxta formam & effectum ejuſdem Commiſſionis, ac Statutorum indè ante hæc tempora editorum, teneatis.

Et hoc, ſub incumbenti Periculo, ac Pœnâ in dictis Statutis contentâ, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Lychefeld*, viceſimo quarto die Auguſti.

*Per ipſum Regem.*

* *Cuſtodibus Pacis, in Com. Suff.* * VIII. 86.
*Cuſtodibus Pacis, in Com. Eſſex.*
*Cuſtodibus Pacis, in Com. Hertf.*
*Cuſtodibus Pacis, in Com. Midds.*
*Cuſtodibus Pacis, in Com. Warr.*
*Cuſtodibus Pacis, in Com. Leyceſt.*

---

### *Sacramentum Collectoris Papæ.*

ERO FIDELIS DOMINO NOSTRO REGI ANGLIÆ ET CORONÆ SUÆ, Ann. D. 1399. An. 23. R. 2. m. 3. d. Ibidem.

*Nec faciam aut procurabo, ſeu, quantum in me eſt, fieri ſeu procurari permittam, quicquam quod præjudiciale aut dampnoſum dicto Domino Regi, aut Regno ſuo Angliæ, vel Legibus aut Juribus ejuſdem Domini noſtri Regis aut dicti Regni, eſſe poterit,*

*Et quòd Bonum & fidele Conſilium, pro ſenſu meo, dabo eidem Domino noſtro Regi, ſuper quibuſcumque unde fuero ex parte ſua requiſitus,*

*Conſilium Domini noſtri Regis & dicti Regni, unde potero aliquo modo doceri, vel quod dictus Dominus noſter Rex michi ſcire fecerit, per Literas vel alio modo, celabo & Secretum tenebo, abſque Revelatione indè faciendâ alicui Perſonæ viventi, per quod Dampnum, Dedecus, aut Præjudicium dicto Domino noſtro Regi, aut Regno prædicto, evenire poterit,*

*Nullam Executionem Literarum vel Mandatorum Domini Papæ, per Me, vel alium, faciam nec fieri permittam, quæ poterit eſſe præjudicialis Regiæ Mageſtati dicti Domini noſtri Regis aut Regaliæ, Legibus vel Juribus ſuis, vel eidem Regno,*

*Nullas Literas Papales nec alias recipiam, niſi eas, citiùs quo potero, deliberavero Concilio dicti Domini noſtri Regis antequam publicentur, ſeu deliberentur alicui Perſonæ viventi,*

*Nullum Theſaurum Regni prædicti, nec Deverium Domini Papæ, ſeu Cardinalis, nec alterius Perſonæ cujuſcumque, in Moneta ſeu Plata, Auri vel Argenti, per Literas Cambitorias aut alias, non mittam nec mitti faciam extra dictum Regnum, antequam ſuper hoc dicti Domini noſtri Regis vel Concilii ſui Licentiam habuero ſpecialem,*

*Nec aliquas Literas, Præmiſſis ſeu alicui Præmiſſorum præjudiciales ſeu contrarias, mittam extra Regnum prædictum,*

*Honorem & Statum dicti Domini noſtri Regis, ac Leges & Jura ſua prædicta, pro poſſe meo, abſque violatione, Cuſtodiam & Manutenebo,*

*Nec aliquos Primos Fructus quorumcumque Beneficiorum, Datorum, Præſentatorum, vel Nominatorum, per dictum Dominum noſtrum Regem, quocumque titulo, nec de Beneficiis, per Dominum Summum Pontificem conceſſis vel concedendis, per viam Expectationis de Gratia communi vel ſpeciali, exigam ſeu levabo, nec Proceſſus ea de Cauſa faciam,*

*Nec aliquas Novitates incipiam, per Mandatum nec abſque Mandato, ſine Voluntate & Licentiâ ſpeciali dicti Domini noſtri Regis, & abſque eo quod Cauſa vel Mandatum hujuſmodi, ſi quæ vel quod fuerint, primitus dicto Domino noſtro Regi aut Concilio ſuo modo debito fuerit oſtenſum,*

*I quòd extra dictum Regnum aut Terram prædictam, abſque Licentiâ ſpeciali dicti Domini noſtri Regis, & hoc per Literas vel Brevia ſub Magno Sigillo dicti Domini noſtri Regis, me non transferam,*

SIC ME DEUS ADJUVET ET SANCTA EJUS EVANGELIA.

ET

Digitized by Google

Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Pat.* 1. *H.*4.*p.* 1. *m.* 15.

R … Sciatis quòd Nos,

Debito mentis intuitu conſiderantes magnifica, ac Nobis & toti Regno noſtro fructuoſa & ſummè neceſſaria, Labores, Cuſtus, & Obſequia, quæ, dilectus & fidelis Conſanguineus noſter, *Henricus de Percy* Comes Northumbriæ, pro Extirpatione & Reformatione diverſorum Defectuum & Errorum in Regno prædicto, ad veriſimile Exterminium & finalem Deſtructionem ejuſdem nuperimè pululantium, in noſtri præſentiâ, poſtquam ad Regnum prædictum, Præmiſſorum intuitu, Deo duce, declinavimus, multipliciter effudit & impendit ac exhibet indefeſſè,

Et volentes proindè præfatum Conſanguineum noſtrum aliquali, licet non condignâ, Honoris Prærogativâ, prout multipliciter Geſtus ſui nobiles nos inducunt, præmiare,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali CONCESSIMUS eidem Conſanguineo noſtro OFFICIUM CONSTABULARII ANGLIÆ, HABENDUM & EXCERCENDUM per Se, & ſufficientes Deputatos ſuos, pro quibus reſpondere voluerit *ad Terminum Vitæ ſuæ*, unà cum Feodis & Proficuis ac omnibus aliis ad Officium prædictum ſpectantibus ſive pertinentibus, adeò plenè & integrè ſicut aliquis alius Officium prædictum, ante hæc tempora, habuit ſive occupavit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Officio Mareſcalli Angliæ conceſſo.*

Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Ibidem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Obſequia, *& tunc ſic*, quæ, dilectus & fidelis Affinis noſter, *Radulphus de Nevill* Comes Weſtmerlandiæ, pro Extirpatione, *&c. ut ſupra*, præmiare, *& tunc ſic*,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali CONCESSIMUS eidem Affini noſtro, OFFICIUM MARESCALLI ANGLIÆ, HABENDUM, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Eremitagio, in Loco quo Rex applicuit, conſtruendo.*

Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Pat.* 1. *H.*4.*p.*5. *m.* 1.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Matthæus Danthorp* Heremita quandam Capellam, in quodam Loco, vocato Ravenſereſpourne, in quo, ad ultimum Adventum noſtrum in Angliam, applicuimus (Licentiâ noſtrâ ſuper hoc non optentâ) de novo Ædificare inchoaverit, quam magnis Sumptibus ſuis & Expenſis Conſummare intendit, ut accepimus,

Ob Reverentiam Dei & beatæ Virginis Mariæ, in cujus honore Capella prædicta, ſic inchoata, exiſtit ædificanda, necnon ut idem Mathæus ad Conſummationem ejuſdem Capellæ libentiorem & ferventiorem Animum aſſumat, * de Gratia noſtra ſpeciali PARDONAVIMUS & REMISIMUS eidem Mathæo omnimodas Tranſgreſſiones & Meſpriſiones, per ipſum in hac parte factas, & quicquid ipſe penes Nos foriſfecit aut eſt incurſus occaſionibus ſupradictis.

* VIII. 90.

Et inſuper, de uberiori Gratia noſtra, DEDIMUS & CONCESSIMUS eidem Matheo Locum Supradictum, *Habendum* Succeſſoribus ſuis, Heremitis Loci prædicti, unà cum Capella prædi-

bus Regalibus, ibidem provenientibus:

Statuto, de Terris & Tenementis ad *Manum Mortuam* non ponendis edito, ſeu aliâ causâ quacumque, non obſtante.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Primo die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

---

*Memoranda, de Succeſſione regis H. 4. de ſolemniis coronationis, & Gladio vocato* LANCASTER SWORD, *Portando.*

Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Rot. Servitiorum in Coronatione Regis* 1. *H.* 4.

IN Parliamento, ad Mandatum Domini *Regis Richardi* Secundi poſt Conqueſtum, Anno Domini Milleſimo Treceteſimo Nonageſimo Nono, Anno verò ipſius Regis xxiij apud Weſtmonaſterium convocato, ultimo die Menſis Septembris, Ceſſione & Reſignatione ejuſdem Regis Prælatis, Proceribus, & Communitati totius Regni publicè notificatis, & ab eiſdem admiſſis, ac ipſo Rege propter ſua Demerita Depoſito,

SUCCESSIT eidem *Henricus Dux Lancaſtriæ* Comes Derbiæ, Lincolniæ, Leiceſtriæ, Herefordiæ, Northamptoniæ, Seneſcallus Angliæ.

Et, cùm tractaretur & proviſum fuiſſet de Solempniis Coronationis ipſius *Regis Henrici*, die Lunæ in Feſto Tranſlationis *Sancti Edwardi Regis & Confeſſoris* tunc proximò ſequente celebrandis, dictus Dominus noſter Rex, ut in Jure Comitis Leiceſtriæ (cui Officium Seneſcalli pertinet) idem Officium commiſit *Thomæ* Filio ſuo in Coronatione prædicta faciendum:

Quod quidem Officium idem Thomas, tàm in propria Perſona ſua, quàm in Perſona Domini *Thomæ Percy* Comitis Wigorniæ, qui, propter Ætatem juvenilem prædicti Thomæ Filii Regis eidem aſſignatus erat in Auxilium, & prædictum Officium exercuit de Præcepto prædicti Regis Henrici, & Feoda eidem Officio conſueta clamabat & percepit in Coronatione præfati Domini Henrici, dicto die Lunæ apud Weſtmonaſterium ſolempniter factâ & celebratâ.

Et MEMORANDUM quòd præfatus Thomas Filius Regis die Sabbati (videlicet) Quarto die Octobris, ante Coronationem prædictam, Sedebat, de Præcepto Regis, tanquam Seneſcallus Angliæ, in Alba Aula Regii Palatii Weſtmonaſterienſis prope Capellam Regalem, & inquirebat diligenter quæ & qualia Officia ſeu Feoda dicto Die per quoſcunque facienda vel optinenda fuerunt,

Et cum hoc eodem publicè Proclamari fecit quòd tàm Magnates & alii, qui aliqua Officia ad Coronationem prædictam facere, ſeu aliqua Feoda optinere & clamare vellent, Billas & Petitiones ſuas, Clamea ſua continentes, coram ipſo Seneſcallo, vel ejus in hac parte Locum tenente, proferri facerent indilatè:

Super quo diverſa Officia & Feoda, tàm per Petitiones, quàm Ore tenus coram ipſo Seneſcallo exacta & Vendicata extiterunt in forma quæ ſubſequitur,

IMPRIMIS, *Henricus*, Primogenitus prædicti Regis Henrici, quem ipſe Rex, ut in Jure Ducatûs Lancaſtriæ, aſſignaverat ad gerendum PRINCIPALEM GLADIUM ipſius Domini Regis, vocatum CURTANA, die Coronationis ejuſdem Regis, Officium illud facere ex hujuſmodi Aſſignatione clamabat, & in Propria Perſona decenter id idem exercuit & peregit.

ITEM, *Johannes Comes Somerſetiæ*, cui prædictus Rex Henricus, ut in jure Comitatûs Lincolniæ, OFFICIUM Aſſignaverit AD SCINDENDUM & SECANDUM coram eo Sedente ad

cus Avus noſter, pro Se, & Hæredibus ſuis, Conceſſit & Voluit Tenenda prout ſuperius eſt expreſſum, prout in Carta prædicta pleniùs continetur,

Tibi Præcipimus quòd *Henrico Filio noſtro Primogenito* Ducatum prædictum ac Vicecomitatum ejuſdem, cum pertinentiis, unà cum Caſtris, Burgis, Villis, Maneriis, Honoribus, Stannariis, Cunagiis, Firmis, Terris, & Tenementis, una cum Feodis Militum, & Advocationibus Eccleſiarum, & omnibus aliis ſupradictis, in Balliva tua, Liberas Habenda juxta tenorem & Effectum Cartæ ipſius Avi noſtri ſupradictæ; eo quòd idem Filius noſter infra Ætatem exiſtit non obſtante; ſalvo jure cujuslibet.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xv die Octobris.

*Per ipſum Regem & Concilium ſuum in Parliamento;*

Ann. D. 1399. An. 1. H. 4. Franc. 1. H. 4. m. 24. Rex, per Literas ſuas Patentes, uſque Primum diem Maii proximò futurum duraturas, ſuſcepit in Protectionem & Defenſionem ſuam, ac ſalvum & ſecurum Conductum ſuum, necnon ſalvam Gardiam ſuam, *Lodowicum Caynot* Militem, veniendo infra Regnum Regis Angliæ, per Dominia & Poteſtatem ſua, cum Militibus, Armigeris, ac aliis Hominibus, uſque ad Numerum Quadraginta perſonarum, tàm Equitibus, quàm Peditibus, in Comitiva ſua, ad *certa facta Armorum* facienda, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Equos, Armaturas, Herneſia, Res, & Bona ſua quæcumque.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viij die Octobris.

*Per ipſum Regem, nunciante Conſtabulario Angliæ.*

---

*Pro Henrico Primogenito Regis.*

Ann. D. 1399. An. 1. H. 4. Clauſ. 1. H. 4. m. 27. Rex, Eſcaetori ſuo in Comitatu Cornubiæ, Salutem.

Cùm Dominus E. nuper *Rex Angliæ*, Avus noſter, volens Perſonam *Edwardi Filii ſui Primogeniti* honorari, eidem Filio ſuo *Nomen & Honorem Ducis Cornubiæ*, de Communi aſſenſu & Concilio Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum de Concilio ſuo, in Parliamento ſuo, apud Weſtmonaſterium, die Lunæ proximò poſt Feſtum Sancti Mathiæ Apoſtoli, anno Regni ſui Undecimo, exiſtente, Dederit, ipſumque in Ducem Cornubiæ Præfecerit,

Et ei per Cartam ſuam Dederit, Conceſſerit, & Confirmaverit, pro Se, & Hæredibus ſuis, inter alia, Vicecomitatum Cornubiæ cum pertinentiis,

Caſtrum, Burgum, Manerium, & Honorem de Launceneton cum Parco ibidem & aliis pertinentiis ſuis,

Caſtrum & Manerium de Tremeton cum Villa de Salteſſh, ac Parco ibidem, & aliis pertinentiis ſuis in dicto Comitatu Cornubiæ. Ac in Comitatu Devoniæ,

Caſtrum, Burgum, & Manerium de Tyntagelle cum pertinentiis,

Caſtrum & Manerium Roſtormell, cum Parco ibidem, & aliis pertinentiis ſuis,

Manerio de Clyunneſlonde cum Parco de Kerybullok & aliis pertinentiis ſuis,

* VIII. 92. * Tybeſte cum Balliva de Ponderſhire & aliis pertinentiis ſuis,

Tewyngton cum pertinentiis,

Helleſton in Kerier cum pertinentiis,

Moreſk cum pertinentiis,

Tewarnayl cum pertinentiis,

Pengkneth cum pertinentiis,

Penlyn cum Parco ibidem & aliis pertinentiis ſuis,

Rellaton, cum Bedellaria de Eſtwyvelſhire, & aliis pertinentiis ſuis,

Helleſton in Trigſhire cum Parco de Hellesbury & alliis pertinentiis ſuis,

Lyſkyret cum Parco ibidem & aliis pertinentiis ſuis,

Caliſtok cum Piſcaria ibidem & aliis pertinentiis ſuis,

Talſkydi cum pertinentiis,

Villam de Loſtwythiel cum Molendinis ibidem & aliis pertinentiis ſuis,

Priſas & Cuſtumas noſtras Vinorum, omnia Proficua Portuum noſtrorum, ad Nos ſpectantia, ſimul cum Wrecco Maris, tàm de Balena & Sturjon, & aliis Piſcibus, quæ ad Nos ratione Prærogativæ noſtræ, ſpectant, quàm aliis quibuſcumque ad Wreccum Maris hujuſmodi qualitercumqe pertinentibus,

Rex, Eſcaetori ſuo in Comitatu Devoniæ Salutem.

Cùm Dominus E. *&c. ut ſupra uſque ibi*, ac Parco ibidem & aliis pertinentiis ſuis, *& tunc ſic*, in dicto Comitatu Devoniæ ac in Comitatu Cornubiæ Stannariam noſtram cum Cunagio & omnibus Exitibus & Proficuis ejuſdem, ac etiam Expleciis, Proficuis & Perquiſitis Curiæ ejuſdem Stannariæ, Aquam de Dertemuth, Annuam firmam * Viginti Librarum Civitatis noſtræ Exoniæ, & Priſas & Cuſtumas noſtras Vinorum in Aqua de Sutton, de dicto Comitatu Devoniæ, Habenda, *&c. ut ſupra.* * VIII. 93.

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem, &c.*

Rex Eſcaetori ſuo in Comitatu Oxoniæ Salutem,

Cùm Dominus E. *&c. ut ſupra uſque ibi*, inter alia, *& tunc ſic*, Caſtrum de Walyngford, cum Hamlettis & Membris ſuis, & Annuam Firmam Villæ de Walyngford, cum Honoribus de Walyngford & de Sancto Walerico, cum pertinentiis in Comitatu prædicto, & aliis Comitatibus ubi Honores illi fuerint, Habenda, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem, &c.*

Rex Eſcaetori ſuo in Comitatu Hertfordiæ Salutem.

Cùm Dominus E. *&c. ut ſupra uſque ibi*, inter alia, *& tunc ſic*, Caſtrum, Manerium & Villam de Berkhampſtede, cum Parco ibidem, unà cum Honore de Berkhampſtede, in Comitatu prædicto, ac in Comitatu Bukinghamiæ & Northamptoniæ, & aliis pertinentiis ſuis, Habenda, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Rex Eſcaetori ſuo in Comitatu Bukinghamiæ Salutem.

Cùm Dominus E. *&c. ut ſupra uſque ibi*, inter alia, *& tunc ſic*, Caſtrum, Manerium & Villam de Berkhamſtede, cum Parco ibidem, una cum Honore de Berkhamſtede in Comitatu prædicto, ac in Com. Hertf. & Norht. & aliis Pertinentiis ſuis, Habenda, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Rex, Eſcaetori ſuo in Com. Norhamptoniæ Salutem.

Cùm Dominus E. *&c. ut ſupra uſque ibi*, inter alia, *& tunc ſic*, Caſtrum, Manerium & Villam de Berkhamſtede cum Parco ibidem, unà cum Honore de Berkhampſtede in Comitatu prædicto, ac in Com. Hertf. & Buk. & aliis pertinentiis ſuis, Habena, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Rex,

*Eſcaetori Regis, in Com. Norff. & Suff.*
*Eſcaetori Regis, in Com. Derb.*
*Dilecto ſibi* Thomæ Knolles *Majori Civitatis Regis Londoniæ ac Eſcaetori ſuo in eadem Civitate.*

---

• VIII. 94. ** Pro dicto Primogenito.*

Ann. D. REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1399. Sciatis quòd (de Gratia noſtra ſpeciali) Conceſſimus *Henri-*
*An.* 1. *co, Primogenito Filio noſtro* cariſſimo, Principi Walliæ, Duci
*H.* 4. Cornubiæ, & Comiti Ceſtriæ, Cuſtodiam omnium Terrarum,
*Pat.* 1. Tenementorum, Reddituum, & Servitiorum in Principatu Wal-
*H.* 4. *p.* liæ & Comitatu Ceſtriæ & Flynt, in manu noſtrâ, ratione Mi-
2. *m.* 10. noris Ætatis quorumcumque Hæredum, exiſtentium,

Habendam uſque ad plenam Ætatem Hæredum prædictorum, unà cum Maritagiis eorumdem Hæredum abſque diſpargatione, abſque aliquo Nobis inde ſolvendo; dumtamen Cuſtodia & Maritagia hujuſmodi aliquibus aliis Perſonis per Nos antea conceſſa non exiſtant;

Ita tamen quòd idem Princeps Hæredibus prædictis competentem Suſtentationem inveniat, ac Terras & Tenementa prædicta ſine Vaſto & Deſtructione cuſtodiat, necnon omnia alia Onera, eiſdem Terris & Tenementis incumbentia, faciat & ſupportet quamdiù Cuſtodiam habuerit ſupradictam.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

---

*Pro Galfrido Chaucer.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1399. Conſtat Nobis, per Inſpectionem Rotulorum Cancellariæ
*An.* 1. Domini Ricardi nuper Regis Angliæ Secundi poſt Conqueſtum,
*H.* 4. quòd idem nuper Rex Literas ſuas Patentes fieri fecit in hæc verba,
*Pat.* 1.

*H.* 4. *p.* 1. *Ricardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hi-
*m.* 18. berniæ, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem,

Sciatis quòd, de Gratia noſtra ſpeciali, & pro bono Servitio quod, dilectus Armiger noſter, *Galfridus Chaucer* nobis impendit & impendet in futurum, CONCESSIMUS eidem Galfrido Viginti Libras, percipiendas ſingulis annis, ad Scaccarium noſtrum, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, ad *Totam Vitam ſuam*.

In cujus rei teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, Viceſimo octavo die Februarii, Anno Regni noſtri Decimo Septimo.

Conſtat etiam Nobis, per Inſpectionem Rotulorum Cancellariæ ejuſdem nuper Regis, quòd idem nuper Rex alias Literas ſuas Patentes fieri fecit in hæc verba,

*Ricardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia noſtra ſpeciali, CONCESSIMUS, dilecto Armigero noſtro, *Galfrido Chaucer* UNUM DOLIUM

Remuneratione, licet non condigna, prout multiplices Geſtus ſui nobiles nos inducunt, premiare,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali & ex certa ſcientia noſtra, DEDIMUS & CONCESSIMUS eidem Comiti Northumbriæ Inſulam, Caſtrum, Pelam, & Dominium de Man, ac omnia Inſulas & Dominia eidem Inſulæ de Man pertinentia, quæ fuerunt *Willielmi le Scrop* Chivaler defuncti, quem nuper in Vita ſua Conqueſtati fuimus, & ipſum ſic Conqueſtatum Decrevimus, & quæ, ratione Conqueſtûs illius, tanquam Conqueſtata, cepimus in manum noſtram,

Quæ quidem Decretum & Conqueſtus, in Parliamento noſtro, de aſſenſu Dominorum Temporalium in eodem Parliamento exiſtentium, quoad Perſonam præfati Willielmi, ac omnia Terras & Tenementa Bona & Catalla ſua, tàm infra dictum Regnum noſtrum, quàm extra, ad Supplicationem Communitatis dicti Regni noſtri, affirmata exiſtunt,

Habenda & Tenenda eidem Comiti & Hæredibus ſuis omnia Inſulas, Caſtrum, Pelam, & Dominium prædicta, unà cum Regaliis, Regalitatibus, Francheſiis, Libertatibus, Portubus Maris, & omnibus ad Portum rationabiliter & debitè pertinentibus, Homagiis, Fidelitatibus, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, Foriſfacturis, Waiſis, Streyſis, Curiis Baronum, Viſibus Franciplegii, Letis, Hundredis, Wapentachiis, Wrecco Maris, Minera Plumbi & Ferri, Feriis, Mercatis, liberis Conſuetudinibus, Pratis, Paſturis, Boſcis, Parcis, Chaceis, Landis, Warennis, Aſſartis, Purpreſturis, Chiminagiis, Piſcariis, Molendinis, Moris, Mariſcis, Turbariis, Aquis, Stagnis, Vinariis, Viis, Paſſagiis, ac Communiis, & aliis Proficuis, Commoditatibus, Emolumentis, & Pertinentiis quibuſcumque, ad Inſulas, Caſtrum, Pelam, & Dominium prædicta qualitercumque pertinentibus, ſive ſpectantibus, ſimul cum Patronatu Epiſcopatûs dictæ Inſulæ de Man, necnon Feodis Militum, Advocationibus & Patronatibus Abbatiarum, Prioratuum, Hoſpitalium, Eccleſiarum, Vicariarum, Capellarum, Cantariarum, ac aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, ad eadem Inſulas, Caſtrum, Pelam, & Dominium ſimiliter pertinentibus, de Nobis & Hæredibus noſtris IMPERPETUUM PER SERVITIUM PORTANDI, diebus Coronationis noſtræ & Hæredum noſtrorum, ad ſiniſtrum Humerum noſtrum, & ſiniſtros Humeros Hæredum noſtrorum, per ſe ipſum, aut ſufficientem & honorificum Deputatum ſuum, illum Gladium nudum, quo cincti eramus quando in partibus de Holderneſſe applicuimus, vocatum LANCASTRE SWERD, durante Proceſſione & toto tempore Solempnizationis Coronationis ſupradictæ, adeò plenè, liberè & integrè (excepto Servitio prædicto) ſicut præfatus Willielmus, ſeu aliquis alius Dominus ejuſdem Inſulæ, Inſulas Caſtrum, Pelam, & Dominium illa, cum omnibus ſupradictis, temporibus retroactis, melius habuerunt & tenuerunt,

DEDIMUS inſuper & CONCESSIMUS eidem Comiti omnia Bona & Catalla, quæ fuerunt prædicti Willielmi, infra dictam Inſulam de Man exiſtentia, & quæ ad Nos pertinent ratione Conqueſtûs ſupradicti, Habenda de Dono noſtro.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xix die Octobris.

*Per ipſum Regem.*

---

• VIII. 96. ** De Reſtitutione Temporalium.*

Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd, de Gratia noſtra ſpeciali, CONCESSIMUS, *Pat.* 1.
Venerabili Patri, *Thomæ Archiepiſcopo Cantuarienſi*, totius Angliæ *H.* 4. *p.* 1.
Pri- *m.* 15.



Digitized by Google

*Thomæ*, tanquam Archiepiſcopo & Domino ſuo, in omnibus quæ ad Archiepiſcopatum prædictum pertinent, Intendentes ſint & Reſpondentes, ſicut prædictum eſt.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

### *De Repriſalia.*

Ann. D. 1399. An. 1. H. 4. Ibidem. m. 13.

REX, Univerſis & Singulis Admirallis, &c. Salutem.

Supplicavit Nobis, dilectus Ligeus noſter, *Johannes de Waghen* de Beverlaco ut,

Cùm ipſe, tàm per Se, quàm per Procuratores ſuos, ad grandes Cuſtus & Expenſas ſuos, coram *Alberto Comite Palatino*, Duce Bavariæ, Comite Holandiæ & Selandiæ, in Curia ipſius Ducis, debitè proſecutus fuiſſet pro Solutione Octingentorum Quinquaginta & Duorum Nobilium & dimidii, ac Viginti & Duorum Denariorum, de Moneta noſtra Angliæ, præfato Johanni per *Pelegrinum Florenſon* Mercatorem & Burgenſem Villæ de Leyd. in Holandia, & *Dedericum Jacobſon* de Delf in Holandia Debitorum, prout per Literas Obligatorias, indè confectas ut dicitur, plenius apparet.

Et, licet Dominus *Ricardus*, nuper *Rex Angliæ* Secundus poſt Conqueſtum, eidem Duci, per Literas ſuas Patentes, ſcripſerit, ipſum rogando & requirendo quatinus præfato Johanni Juſtitiæ Complementum faceret in hac parte, idem tamen Johannes & Procuratores ſui, in Proſecutione ſua hujuſmodi, per frivolas dilationes & alias Injurias, grandia Labores, Dampna, Cuſtus, & Expenſas injuſtè ſuſtinuerunt, ſicque Juſtitiam, Rationem, aut aliud Remedium, pro Solutione ſummæ prædictæ, in Curia præfati Ducis habere nequeunt quoquo modo, ſicut per Inſtrumentum * Publicum, indè confectum, & in Cancellaria ipſius nuper Regis exhibitum, liquet manifeſtè, * VIII. 97.

Velimus, eà conſideratione, præfato Johanni Literas noſtras de Marqua verſus præfatum Ducem & Subditos ſuos, quouſque eidem Johanni de Summa prædicta, unà cum Sumptibus & Expenſis, per ipſum & Procuratores ſuos, circa dictam Proſecutionem appoſitis, & de cætero apponendis, integrè ſatisfactum fuerit, concedere gratioſè,

Nos (ſupplicationi prædictæ annuentes) Vobis, & cuilibet veſtrum, Mandamus, quòd univerſas & ſingulas Naves, de partibus Selandiæ & Holandiæ, in aliquibus Portubus & Locis infra Regnum noſtrum Angliæ jam exiſtentes, & ex nunc venturas, unà cum Magiſtris, Marinariis, Bonis, Mercandiſis, & Rebus ſuis quibuſcumque, quæ in Navibus illis invenire poteritis, nomine Marquæ & Repriſaliæ, de tempore in tempus, capi & areſtari, & ea ſub ſalva, ſecura, & honeſta Cuſtodia poni faciatis,

Noſque de Captione & Areſtatione Navium, Magiſtrorum, Marinariorum, Bonorum, Mercandiſarum, & Rerum prædictorum, ac de toto Facto veſtro in hac parte, in Cancellariam noſtram Angliæ, de tempore in tempus, diſtinctè & apertè ſub Sigillis veſtris, certificetis, ut inde, ad Proſecutionem præfati Johannis, cum ſaniori deliberatione facere valeamus quod juſtum fuerit in Præmiſſis, & fore videbimus conſonum rationi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxvij die Octobris.

*Per ipſum Regem Nunciante Conſtabulario Angliæ.*

queſtum, Colore Judicii, verſus ipſum Archiepiſcopum, in Parliamento ejuſdem nuper Regis, Anno Regni ſui Viceſimo Primo, redditi, Seiſita fuerunt,

Quod quidem Judicium, tanquam Eroneum & nullius Valoris, de aſſenſu præſentis Parliamenti noſtri, Revocavimus, Caſſavimus, & Adnullavimus,

Habenda ſimul cum omnibus Exitibus & Proficuis, a tempore Seiſinæ eorumdem in manus dicti nuper Regis, indè provenientibus,

Nos, de Gratia noſtra ſpeciali, Conceſſimus eidem Archiepiſcopo omnes Fines pro Tranſgreſſionibus & aliis Meſpriſionibus quibuſcumque, ac Fines de Licentia concordandi, & omnia alia Amerciamenta, Redemptiones, Fines, & Exitus Foriſfactos omnium Tenentium ſuorum, de Terris & Feodis ſuis * quibuſcumque, in quibuſcumque Curiis noſtris, & in qualibet Curia, prædicti Ricardi nuper Regis, ante diem Reſtitutionis Temporalium prædictorum. * VIII. 98.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxix die Octobris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Pro Ambaſſiatoribus Franciæ, de Conductu.*

LE Roy a touz noz Lieutenantz, &c. Salut & Dilection. Ann. D. 1399. An. 1. H. 4. Franc. 1. H. 4. m. 23.

Come noſtre treſchier *Couſin de France* ait, ainſi que entendu avons, entencion d'envoier preſentement devers Nous *P. Eveſque de Meaux*, *Johan de Hangeſt* Chivaler, Siro de *Henqueville* Chambellan, Conſeillers, & *Hennart de Campbernart* Huiſſher d'Armes, du dit noſtre Couſin, pour certeines Choſes & Boſoignes de meſme noſtre Couſin,

Nous,

Voulans pourveoir a la Seurtee & Garde des ditz, Eveſque, Johan, & Hennart, de leurs Gens, Famillers, Serviteurs, Monteurs, Hernoys, & autres Biens,

Avons Pris & Mys, Preignons & Mettons, yceulx, Eveſque, Johan, & Hennart, leurs Gens, Familers, Serviteurs, Chevaliers, Eſcuiers, Clers, & Varles, *juſques au Nowmbre de Cent Parſonnes* & ou deſſoubz, a Chival ou a Pie, Enſemble ou par Partiez, Armez ou Deſarmez, leurs Chevaux, Monteurs, Or, Argent, Vaiſſelle, Joiaux, Hernois, & autres Biens & Choſes quelconques, en noſtre ſauf & ſeure Conduit, Protection, Tuition, Sauvegarde, & Defenſe eſpeciaulx, en venant devers Nous en noſtre Roialme d'Engleterre & aillours, decea & dela la Meer, par toutes noz Seignuries de Jour & de Nuit, en Fortereſce & dehors, & en departant & paſſant la Mere, & montant a quel Port qu'ils vouldront, & par dela deſcendant a Calays ou aillours, quel part qu'ils vouldront deſcendre en noſtre Seignurie illoeqes ou aillours, y demourant, ſojournant, & retournant, ſanz fraude & mal engin, Enſemble ou Diviſeement, come il leur plaira, & ſi ſouvent come ils vouldront, & a faire ſerra pour les Choſes & Boſoignes avantditz,

Si Mandons & Commandons eſtroitement, par la Teneurs de ces Lettres, a vous noz Juſticers, Officers, & Subgiez, Prions & Requerons vous, noz Alliez, Amys, Bienvellans, & Adherens, & a cheſcun de vous que lez ditz Eveſque, Johan, & Hennart, *&c. prout ſupra in ſimilibus de Conductu Literis.*

En Teſmoignance de la quele Choſe Nous avons fait faire ceſtes noz Lettres Patentes a durer jeſques proſchein veneant.

Don.

gno Spiritu excitatæ, & in Navem prædictam crudeliter irruentes, ipſam Bonis omnibus, quæ erant in ea, ſpoliârunt, de eiſdem pro ſuæ Voluntatis libito diſponentes:

Verùm, cùm talia, in Læſionem Pacis & Concordiæ, inter Vos & Nos Gratiâ Dei vigentium, temerè Attemptata, ad Aures veſtras devenerint, Vos credimus moleſtè perferre,

Serenitatem veſtram requirimus & rogamus attentè, quatinus memorato Scutifero noſtro, ſeu ejus Procuratori, ad Vos præſentialiter accedenti, pro petenda & accipienda Reſortione integra Bonorum, ut præmittitur, ablatorum (quæ, ſicut accepimus, in Civitate Ulixbonenſi, ſub Areſto detinentur) talem velitis Juſtitiam exhiberi, qualem Regnicolis veſtris, Caſu conſimili forſitan iminente, per Nos cupitis impartiri.

Et utinam (Sereniſſime Princeps, Frater cariſſime) continuè vobis arrideant Dies Proſperi & Felices.

Dat. &c Octavo die Novembris, Anno, &c. Primo.

---

### *Ad Portugaliæ Reginam.*

Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Ibidem.*

INclitæ & preclaræ Principi *Philippæ*, Dei gratiâ, *Portugaliæ & Algarbii Reginæ*, Sorori noſtræ cariſſimæ, *Henricus*, eadem Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, Salutem, & mutuæ Dilectionis continuum Incrementum.

Etſi longo ſimus interjectu Locorum & ſitu Corporum ſegregati, inſtinctu tamen naturali colligimus quòd in Radice veræ Dilectionis, quam erga nos geritis, ut tenemus, indubiè ea, quæ Statum noſtrum Regium Ligiorumque noſtrorum concernunt Commodum & Honorem, curabitis ex Animo procurare.

Cùm itaque, Scutiferus noſter prædilectus, *Willielmus Myrreſon*, pro petenda & habenda Reſtitutione quorumdam Mercandiſarum & Bonorum, per certos Diſtrictuales ſive Incolas Civitatis Ulixbonenſis nuperimè, ut aſſerit, ablatorum, ad Sereniſſimi Principis Portugaliæ & Algarbii Regis, Fratris noſtri cariſſimi, præſentiam (cui etiam ſuper hujuſmodi Negotio ſcribimus) de præſenti ſe transferat, Procuratoriumve ſuum, ipſius Nomine deſtinare proponat,

*Serenitatem veſtram*, attentiùs quo poſſumus, requirimus & rogamus quatinus, ut idem Scutiferus noſter, pro Juſtitia inibi conſequenda, ſuper Injuriis ſibi illatis, conſequi valeat celeris Expeditionis effectum, erga memoratum Fratrem noſtrum apponere velitis ſolicitudinis veſtræ Partes,

Ut & *Serenitas veſtra* ſæpedicta, quæ hactenus exnunc Bonorum Operum Proſecutor, mereatur pro præſentis Expeditione Negotii dignis in Domino laudibus commendari.

Dat. ut ſupra.

---

* VIII. 100. Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Pat.* 1. *H.* 4. *p.* 2. *m.* 5.

### * *Super Proceſſu, in Curia Militari.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Monſtravit nobis *Maria*, quæ fuit Uxor *Roberti del Hall*, quòd,

Cùm idem *Robertus* nuper appellâſſet quendam *Robertum Dode* de Proditione coram, dilecto & fideli Conſanguineo noſtro,

lis Annis, durante Vitâ ſuâ, de Exitibus Comitatûs prædicti, per manus Vicecomitis ibidem pro tempore exiſtentis, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, prout in eiſdem Literis pleniùs continetur,

Tibi Præcipimus quòd eidem Ricardo prædictas Viginti Libras exnunc, ſingulis Annis, durante Vitâ ipſius Ricardi, de Exitibus Comitatûs prædicti, ad Terminos prædictos, ſolvas juxta Tenorem Literarum noſtrarum prædictarum;

Recipiens a præfato Ricardo, de tempore in tempus, Literas ſuas Acquietantiæ, quæ pro nobis ſufficientes fuerint in hac parte: per quas & præſens Mandatum noſtrum tibi indè, in Compoto tuo, ad Scaccarium noſtrum, de tempore in tempus, debitam Allocationem habere faciemus.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo die Novembris.

*Et erat Patens.*

---

### * *De Reſtauratione Prioratuum Alienigenarum.*

* VIII. 101. Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Pat.* 1. *H.* 4 *p.* 2. *m.* 13.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Intimè conſiderantes qualiter nonnulla Prioratus, Domus, & Loca religioſa Alienigenarum, infra Regnum noſtrum Angliæ & Walliæ exiſtentia, per Nobiles Progenitores noſtros, ac alios Regni noſtri Proceres & Magnates, ad divina Officia ac Hoſpitalitatis & Elecmoſinarum aliarumque Pietatis & Devotionis Onera facienda & ſupportanda laudabiliter fundata & Conſtructa extiterunt,

Quodque eadem Prioratus, Domus, & Loca religioſa, tàm per ſubitas & frequentes Ammotiones & Expulſiones Priorum & Occupatorum locorum prædictorum, quàm per diverſos Seculares & alios Firmarios eorumdem, poſtquam in manum Domini *E.* nuper *Regis Angliæ* Avi noſtri, occaſione Guerræ inter Nos & illos de Francia motæ, primò Seiſita fuerunt, ita enormiter, tàm in Domibus, quàm in Rebus & Poſſeſſionibus deſtruuntur, dilapidantur, & devaſtantur, quòd divinus Cultus Regulareſque obſervantiæ inibi ceſſant, ac Hoſpitalitates, & Elecmoſinæ, & alia inſuper Caritatis Opera, ibidem ſtabilita & fieri conſueta, ſubtrahuntur, necnon pia Fundatorum vota multipliciter defraudantur & fruſtrantur, ad Dei Omnipotentis offenſam & diſplicentiam non modicam ut ſperamus,

Et volentes proindè, ad honorem Dei ac Sanctæ Eccleſiæ, pro Divini Cultûs augmentatione, ac dictorum Operum Caritativorum & aliorum Onerum incumbentium innovatione & continuatione, gratiotiùs providere,

De Gratiâ noſtrâ ſpeciali, & ex certa ſcientia noſtra, & de aſſenſu Concilii noſtri, in præſenti Parliamento, Manum noſtram de Prioratu Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Barnaſtapel Exonienſis Diœceſis,

In quo quidem Prioratu *Simon Ocle* Prior Admiſſus, Inſtitutus & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, Inſtitutionis, & Inductionis hujuſmodi, nobis in Cancellaria noſtra exhibitas & oſtenſas, plenè liquet,

Qui quidem Prioratus in Manum dicti Avi noſtri, inter alias Terras & Tenementa Religioſorum Alienigenarum, de Dominio &

Digitized by Google

cti, de quacumque aliâ Firmâ & Solutione Annuâ, Nobis vel Hæredibus noſtris, pro Prioratu prædicto, occaſione Guerræ prædictæ, præter dictum antiquum Apportum Annuum dumtaxat, in futurum ſolvendis, Quieti ſint & Exonerati, ac penitùs Abſoluti,

Et eundem Priorem, & Manucaptores ſuos, necnon alios quoſcumque indè Exoneramus & Quietamus per Præſentes; Proviſo ſemper quòd de Arreragiis Firmæ Prioratûs illius, ante Datam Præſentium debitis, & nondum ſolutis, ſi quæ fuerint, Nobis reſpondeatur & ſatisfiat, ut eſt juſtum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo tertio die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Lodres, Sarum Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Sampſon Trigal*, Monachus Profeſſus Monaſterii beatæ Mariæ de Montiburg, Conſtancienſi Diœceſe, Prior admiſſus, Inſtitutus & Inductus exiſtit, *&c. ut ſupra*.

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Monte Sancti Michaelis in Cornubia, Exonienſi Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Richardus Auncel*, Monachus Abbatiæ de Tavyſtok, Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, *&c. ut ſupra*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Blida, Eborum, Diœceſe, Alienigenâ, qui Conventualis exiſtit, ſicut per diverſas Evidentias, *&c. ut ſupra*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo tertio die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu Conventuali Sanctæ Trinitatis, Eborum Diœceſe Alienigenâ, in quo quidem Prioratu *Johannes de Caſtello* al. *Eſchall* Prior per Abbatem ſuum Exemptum Inſtitutus exiſtit, ſicut per Literas Inſtitutionis hujuſmodi, *&c. ut ſupra*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Moddebury, Exonienſi Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Johannes Rogery*, Monachus Monaſterii beatæ Mariæ de Sancto Petro ſuper Dinam, Ordinis Sancti Benedicti [illegible]genſis Diœceſis, Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, *&c. ut ſupra*.

[illegible] miſſionis, Inſtitutionis, & Inductionis hujuſmodi Nobis, *&c. ut ſupra*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, de Prioratu de Hagh, Lincolnienſi Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Richardus de Beaugrave*, Canonicus & Confrater Domûs ſive Monaſterii beatæ Mariæ de Voto juxta Cæſarisburgh, Ordinis Sancti Auguſtini, Conſtancienſis Diœceſis, Inſtitutus & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Inſtitutionis & Inductionis hujuſmodi Nobis, *&c. ut ſupra*.

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Lynton, Elienſi Diœceſe Alienigenâ, in quo quidem Prioratu *Nicholaus Monfrei* Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, Inſtitutionis, & Inductionis hujuſmodi Nobis, *&c. ut ſupra*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu Conventuali de Sancto Neoto Ordinis Sancti Benedicti, Lincolnienſi Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Willielmus de Sancto Vedaſto* Monachus Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, Inſtitutionis, & Inductionis hujuſmodi Nobis, *&c. ut ſupra*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu Sancti Andreæ de Norhampton, Alienigenâ, Lincolnienſi Diœceſe, qui Conventualis exiſtit, ſicut per diverſas Evidentias Nobis, *&c. ut ſupra*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Lire Ocle, Herefordenſi * Diœceſe * VIII. 104.

Alienigenâ, in quo quidem Prioratu *Radulphus Maylot* Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, *&c. ut ſupra*.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo octavo die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

REX

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu Beatæ Mariæ de Monemutha in Wallia, in quo quidem Prioratu Frater *Robertus Warde* Monachus, Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, Inſtitutionis, & Inductionis hujuſmodi, Nobis in Cancellaria noſtra exhibitas & oſtenſas, plenè liquet; qui quidem Prioratus eſt Conventualis, ſicut dilectus Clericus noſter Magiſter *Johannes Prophete* Decanus Eccleſiæ Cathedralis Herefordenſis, *Wilhelmus Lucy* Chivaler Seneſcallus Dominii noſtri de Monemuth, & *Johannes Leventhorp* Armiger, coram Nobis in Cancellaria noſtra perſonaliter conſtituti, nobis ſunt teſtificati, ac in Manum dicti Avi noſtri *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſexto die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu Sanctæ Elenæ in Inſula Vecta, Wynton. Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Hugo Borrey*, per Priorem ſuum Exemptum, Prior Inſtitutus & Inductus exiſtit, *&c. ut ſupra.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quinto die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

Ibid.
• VIII.
105. REX Omnibus, ad quos &c. Salutem.

• Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Tykeford juxta Neuport Paynell, Lincoln. Diœceſe Alienigenâ, in quo quidem Prioratu *Johannes Drieu* Prior inſtitutus & inductus exiſtit, *&c. ut ſupra.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

Pat. 1. H. 4. p. 2. m. 13. REX Omnibus, ad quos, &c Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, manum noſtram *& tunc ſic*, de Prioratu de Tuttebury, Covent. & Lich. Diœceſe alienigenâ, qui Conventualis exiſtit, in quo quidem Prioratu *Johannes Bellocrer* Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, Inſtitutionis, & Inductionis hujuſmodi, Nobis, *&c. ut ſupra.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxi die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu Sancti Nicholai Pembrochiæ, Meneven. Diœceſe Alienigenâ, qui Conventualis exiſtit, in quo quidem Prioratu *Gervaſius le Brek* Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas, *&c. ut ſupra.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Kirkeby Monachorum, Coventr. &



REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quod Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu Totton. Exon. Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Thomas Swynford*, nuper Monachus Monaſterii Sancti Andreæ Norhampton, Ordinis Cluniacenſis, Lincoln. Diœceſe, Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

• REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid. m. 12. • VIII. 106.

Sciatis quod Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Bergeveny, Landaven. Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Wilhelmus Paytran* Prior Inſtitutus & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Inſtitutionis hujuſmodi, *&c. ut ſupra.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto die Februarii.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, Manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Cowyk, Exon Diœceſe, in quo quidem Prioratu *Johannes de Beurgrauvyll*, Monachus Presbiter, Ordinem Sancti Benedicti in Monaſterio Beatæ Mariæ de Beecholhuyny, Rothomagen. Diœceſe, expreſsè profeſſus, Prior Inſtitutus & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Inſtitutionis & Inductionis hujuſmodi Nobis, *&c. ut ſupra.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo die Februarii.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu Beatæ Mariæ de Goldeclinia, Landaven. Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Germanus de Sancto Vadaſto*, Monachus Monaſterii Beatæ Mariæ de Becco Helluyn Ordinis Sancti Benedicti, Bathon. & Wellen. Diœceſe, Prior Admiſſus, Inſtitutus, & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, Inſtitutionis, & Inductionis hujuſmodi, Nobis, *&c. ut ſupra.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo primo die Martii.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Pat. 1. H. 4. p. 2. m. 12.

Sciatis quod Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Trewerdrayth, Exonien. Diœceſe, in quo quidem Prioratu Frater *Johannes Maſlyn*, Monachus Presbiter, Ordinem Sancti Benedicti in Monaſterio Beatæ Mariæ de Sancto Petro ſuper Dynam, Sagien. Diœceſe, expreſsè Profeſſus Prior Inſtitutus & Inductus exiſtit, ſicut per Literas Admiſſionis, Inſtitutionis, & Inductionis hujuſmodi, Nobis, *&c. ut ſupra.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xix die Martii, Anno primo.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Sciatis quòd Nos, *&c. ut ſupra uſque ibi*, manum noſtram, *& tunc ſic*, de Prioratu de Alverton, Eborum Diœceſe, in quo quidem Prioratu *Guido de Ruppe*, Monachus Majoris Monaſterii Tu-

Digitized by Google

*De Reſtitutione Temporalium Waterforden.*

Ann. D. 1399. Ao. 1. H. 4. Pat. 2. H. 4. p. 1. m. 19.

REX Locum noſtrum tenenti in Terra ſua Hiberniæ, ac Cancellario ſuo ejuſdem Terræ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, vacante Eccleſiâ Cathedrali Liſmorenſi & Waterfordenſi, eidem Eccleſiæ de Perſona, dilecti nobis, Magiſtri *Thomæ Snell* providerit, ſicut per Literis Bullatas ipſius Domini Summi Pontificis, nobis indè directas, Nobis conſtat,

Nos,

Pro eo quod idem Thomas omnibus Verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ noſtræ præjudicialibus, palàm & expreſsè renunciavit, & Gratiæ noſtræ humiliter ſe ſubmiſit, volentes cum eo agere gratiosè,

Cepimus fidelitatem ipſius Electi, & Temporalia Epiſcopatus illius prout moris eſt reſtituimus eidem, *&c. prout in ejuſmodi de Reſtitutione Literis.*

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xvi die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Et mandatum eſt Militibus, Liberis hominibus, &c.

---

*Super Bullis Expectationis, de Licentia proſequendi.*

Ann. D. 1399 Ao. 1. H. 4. Pat. 1. H. 4. p. 4. m. 28.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm Dominus *Ricardus*, nuper *Rex Angliæ* Secundus poſt Conqueſtum, conceſſerit & Licentiam dederit, dilecto Nobis, *Willielmo Langton*, Perſonæ Eccleſiæ de Welly juxta Walſyngham, ad proſequendum & optinendum certas Bullis Expectationis, de Domino noſtro *Summo Pontifice*, de uno Beneficio in Eccleſia Ciceſtrenſi, prout in Literis Patentibus ipſius nuper Regis, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos (de Gratia noſtra ſpeciali, & ad Supplicationem præfati Willielmi) conceſſimus & Licentiam dedimus eidem Willielmo quòd ipſe, ac Executores ſui Bullarum prædictarum, & quilibet eorum Proceſſum & Executionem earumdem Bullarum facere poſſint vel poſſit,

Et eidem Williemo quòd ipſe, per Se, & Procuratores ſuos, Servientes, & Notarios, corporalem Poſſeſſionem de hujuſmodi Beneficiis, in dicta Eccleſia Ciceſtrenſi, vigore Gratiæ & Bullarum prædictarum, capere, ac plenam Executionem earumdem Bullarum, & quicquid indè, tàm in Curiis Chriſtianitatis, quam alibi, ſecundum Formam & Effectum Bullarum & Proceſſuum prædictorum, pertinet faciendum, proſequi & habere poterit; Statuto de Proviſoribus, Anno Regni præfati nuper Regis Tertiodecimo edito, & aliis Statutis & Ordinationibus quibuſcumque in contrarium factis, non obſtantibus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxv die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*De Licentia tractandi.*

Ann. D. 1399. Ao. 1. H. 4 Scot. 1. H. 4. m. 14.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd (de Gratia noſtra ſpeciali, de Aſſenſu Concilii noſtri) conceſſimus & Licentiam dedimus, Cariſſimo Fra-

ſufficientia Mandata ad Infraſcripta habentibus, ſuper Sponſalibus ſeu Matrimonio, inter *Henricum Primogenitum Filium noſtrum* Principem Walliæ, & Fratres & Sorores ſuos, *& Liberos ipſius Conſanguinei noſtri Franciæ*, aut Patruorum & Avunculorum ſuorum prædictorum, feliciter, per Dei gratiam, contrahendis,

Ac etiam quomodo & quando dicti Liberi præfati Conſanguinei noſtri Franciæ, ſeu Patruorum & Avunculorum ſuorum prædictorum, per parentes & amicos ſuos nobis tranſmitti, & in domum noſtram regiam adduci, aut aliquis vel aliqua dictorum Liberorum noſtrorum ad ipſum Conſanguineum noſtrum Franciæ, ſeu Patruos & Avunculos ſuos prædictos traduci debeant, ordinandum & diſponendum,

Necnon ea, quæ ſic tractata, conventa, & concordata fuerint ſuper Contractu Matrimonii prædicti, omni Securitate honeſtâ & debitâ Nomine noſtro firmandum,

Conſimilemque Securitatem pro nobis & nomine noſtro petendum, ſtipulandum, & recipiendum,

Jurandumque in animam noſtram, quòd tractata, conventa, & concordata ibidem, Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus vel faciemus, per quod Tractata & Concordata hujuſmodi effectu debito fruſtrari poterunt, ſeu quomodolibet impetiri,

Cæteraque omnia & ſingula faciendum, exercendum, & expediendum, quæ in Præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura negotiorum hujuſmodi exigunt & requirunt, & quæ nos faceremus, ſeu facere poſſemus, ſi perſonaliter ibidem præſentes eſſemus, etiam ſi talia ſint quæ Mandatum exigant quantumcumque ſpeciale,

Prædictos, Epiſcopum & Comitem, noſtros veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Negotiorum Geſtores, Commiſſarios, Deputatos, & Nuncios ſpeciales facimus, ordinamus, & conſtituimus per Præſentes,

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum perpetuo habituros quicquid, per Procuratores noſtros prædictos, Actum, Geſtum, ſeu Procuratum, fuerit in Præmiſſis, & ſingulis Præmiſſorum.

Dat. in *Palatio Regis Weſtm.* ſub Magni Sigilli ſui Teſtimonio, xxix die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

---

* *De tractando ſuper Treugis.* * VIII. 109.

Ann. D. 1399. Ao. 1 H. 4. Franc. 1. H. 4. m. 15.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Inter glorioſas Reipublicæ Curas, *&c. ut ſupra uſque ibi*, pleniùs confidentes, *& tunc ſic*, ad Tractandum, Ordinandum, & Concordandum cum præfato *Conſanguineo noſtro Franciæ*, aut cum Ambaſſatoribus, Procuratoribus, Nunciis, ſeu Deputatis ſuis, Poteſtatem ad Infraſcripta habentibus, ſuper Confirmatione, Ratificatione, & Corroboratione Treugarum, inter ipſum Conſanguineum noſtrum Franciæ, & Dominum *Ricardum* nuper *Regem Angliæ* ſecundum poſt Conqueſtum, ultimò initarum & firmatarum,

Aut ſuper novis Ligis, Confœderationibus, & Amicitiis, ſpecialibus, temporalibus, vel perpetuis, inter eundem *Conſanguineum noſtrum Franciæ*, Subditos ſuos, Regna & Dominia ſua quæcumque, ex una, & *Nos*, Subditos noſtros, ac Regna & Dominia noſtra quæcumque, ex parte altera, ſi indiguerit, ineundis,

Ac etiam de Modo, Forma, & Quantitate, & Qualitate Auxilii, Subventionis, ſeu Subſidii, hinc inde, tempore Neceſſitatis, mutuò miniſtrandi,

Et Communicationibus, inter Subditos hinc inde, in Mercimoniis & aliis licitis, ſecurè faciendis,

Nec-

Digitized by Google

omnibus Dependentiis ejuſdem, de Aſſenſu Procerum, Magnatum, & Communitatum Regni noſtri prædicti, in Parliamento noſtro, apud Weſtmonaſterium ultimo tento, exiſtentium, revocari fecimus & pleniùs adnullari,

Quodque hujuſmodi *Scripta*, *Chartæ*, ſive *Literæ*, propter metum mortis, & diverſas minas horribiles, præfatis Subditis noſtris, ex parte ipſius nuper Regis, impoſitas, Facta & Sigillata fuerunt,

Nolenteſque proinde aliquas Cognitiones, Submiſſiones, aut Obligationes, per præfatos Subditos noſtros in hac parte factas, & in Scriptis, Cartis, ſeu Literis prædictis ſpecificatas, in Derogationem ſeu Denigrationem Statûs aut Famæ alicujus eorumdem Subditorum noſtrorum aliqualiter redundare, nec Ipſos, aut Hæ-
* VIII. 110. redes, ſeu Succeſſores ſuos, eâ * occaſione, per Nos vel Hæredes noſtros, futuris temporibus impeti, inquietari, ſeu quomodolibet prægravari,

De aſſenſu dictorum Procerum & Magnatum, & ad ſupplicationem Communitatis prædictæ, CONCESSIMUS & ORDINAVIMUS quòd omnia & ſingula *Scripta*, *Cartæ*, ſeu *Literæ* prædicta in dictam Civitatem Londoniæ, ac in quemlibet Comitatuum, Civitatum, & Burgorum, in quibus eadem *Scripta*, *Chartæ*, ſive *Literæ* facta & ſigillata fuerunt, REMITTANTUR, & in Locis magis publicis in Comitatibus, Civitatibus, & Burgis prædictis, COMBURANTUR & DESTRUANTUR,

Volentes inſuper quod, ſi aliquid indè, in aliquibus Curiis ſeu Placeis noſtris, remaneat de *Recordo*, tunc *Recordum* illud *cancelletur*, ac penitus *adnulletur*, & *revocetur*, & pro nullo *recordo habeatur* in futurum;

Et ideo tibi præcipimus quòd, factâ ſuper Præmiſſis publicè Proclamatione, in ſingulis Locis, infra Ballivam tuam, ubi melius expedire videris, omnia & ſingula *Scripta*, *Cartas*, ſive *Literas* hujuſmodi, in Balliva tua, aut in aliquibus Civitatibus ſeu Burgis, infra eandem Ballivam, per aliquos Subditos noſtros, ut præmittitur, facta & ſigillata, in quorumcumque manibus, infra dictam Ballivam tuam, inventa fuerint, in Locis magis publicis, infra eandem Ballivam, ſine dilatione, *comburi* & *deſtrui facias*, juxta Conceſſionem & Ordinationem ſupradictas: Et hoc nullatenus omittas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxx die Novembris.

*Conſimilia Brevia diriguntur ſingulis Vicecomitibus per Angliam ſub eadem data.*

---

*De non veniendo ad Parliamenta.*

Ann. D. 1399. An. 1. H. 4. Pat. 1. H. 4. p. 1. m. 19.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia noſtra ſpeciali, & ex certis Cauſis, Nos ſpecialiter moventibus, conceſſimus, Venerabili in Chriſto Patri, *Johanni Epiſcopo Elienſi* quòd ipſe, per duos annos proximò futuros, non teneatur venire ad Parliamenta ſeu Concilia noſtra quæcumque; ſet inde erga Nos penitùs excuſetur & exoneretur, duobus Annis durantibus antedictis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quarto die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Taliter & tam juſte vos habentes in Executione Præmiſſorum, quòd idem Epiſcopus Materiam non habeat ad Nos, ex hac cauſa, in veſtri Defectum, amplius conquerendi, per quod pro alio Remedio, vobis graviori, videamur providere;

Et hoc, ſub gravi Indignatione noſtrâ, ac Periculo incumbenti, nullatenus omittatis.

Dat. in *Palatio noſtro apud Weſtm.* ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio, vj die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

ET Mandatum eſt Seneſcallo ſuo Aquitaniæ, Seneſcallo Landavenſi, Conſtabulario Burdegaliæ, & Ballivo de Labordia, ac eorum Locatenentibus, quòd, ſi prædicti Major ſeu Vicarius, aut Scabini & Communitas prædicti, in Executione prædicti Mandati Regis negligentes fuerint vel remiſſi, ſeu præfato Epiſcopo Juſtitiam facere recuſaverint ſeu diſtulerint in Præmiſſis, tunc ipſi eidem Epiſcopo, ſuper Præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum dependentiis & connexis, plenam Reformationem, ac debitæ & celeris Juſtitiæ complementum & Executionem fieri & exhiberi faciant, prout ſecundum Foros, Jura, & Conſuetudines Partium prædictarum, ac Tenorem Mandati Regis prædicti, fuerit faciendum;

Et hoc, ſub gravi Indignatione Regis, & Periculo incumbenti, nullatenus omittant.

Dat. ut ſupra.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Super Memoratis Tumultubus.*

REX Majori ſive Vicario Civitatis ſuæ Baionæ, ac Juratis, Ann. D.
Scabinis, & centum Paribus Civitatis prædictæ, qui nunc 1399.
ſunt, vel qui pro tempore erunt, necnon toti Communitati ejuſ- An. 1. H.
dem Civitatis, Salutem. 4.

Dùm ad Statum Sanctæ Matris Eccleſiæ noſtræ mentis intuitum Ibid. m.
dirigimus, illum deſideramus, ob Dei reverentiam, in Pace & 17.
Tranquillitate, ac in omnibus ejus Libertatibus, Privilegiis, & Conſuetudinibus, inviolabiliter confovere, & ipſos, qui Pacem & Unitatem diſſolvere, & Libertates & Privilegia Eccleſiaſtica violare ſatagunt, reprimere prout decet.

Jamque, ex gravi inſinuatione Venerabilis Patris Epiſcopi Baionæ, acceperimus ut,

Cùm ipſe, occaſione quarumdam Litium, Diſſ[illegible]ionum, & Diſcordiarum, in Civitate prædicta nuper nepharie ſubortarum, contra nonnullos Voluntarios & ſingulares Sacrilegos Civitatis prædictæ, Libertatem Sanctæ Matris Eccleſiæ & Immunitatem ejuſdem notoriè violantes, proceſſiſſet in forma Juris,

Præfati Sacrilegi, Salutis ſuæ immemores, & ſe Juſticiari non permittentes, eundem Epiſcopum, ac ejus Officiales, Familiares & Servitores, occaſionibus p[illegible]miſſis, abſque omni Juris Proceſſu & Cauſa rationabili, extra [illegible]tatem prædictam violenter expulerunt & ejecerunt, Exitus, R[illegible]tus, Cenſus, & Proficua, ac alia Bona & Catalla, mobilia & immobilia, ipſius Epiſcopi & Epiſcopatûs ſui prædicti, ipſorum Sacrilegorum Uſibus temerariè applicando,

Ac, de Injuriis prædictis, licet gravibus & dampnoſis, non contenti, *Archiepiſcopum Daux* in Poſſeſſionem Epiſcopatûs prædicti, contra voluntatem Domini *Summi Pontificis*, poſuerunt, in ipſius Epiſcopi Dampnum non modicum, & Libertatis Eccleſiaſticæ Læſionem manifeſtam,



Digitized by Google

Vobis mandamus quòd, ſi Major ſeu Vicarius, Jurati, Scabini, centum Pares, & communitas prædicti, in executione prædicti Mandati noſtri, negligentes fuerint vel remiſſi, ſeu præfato Epiſcopo Juſtitiam facere recuſaverint ſeu diſtulerint in Præmiſſis, tunc vos eidem Epiſcopo, ſuper Præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum dependentiis & connexis, plenam Reformationem, ac debitæ & celeris Juſtitiæ complementum, & Executionem fieri & exhiberi faciatis; Et hoc, ſub gravi Indignatione noſtra, & Periculo incumbenti, nullatenus omittatis.

Dat. ut ſupra.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Pro Mercatoribus Alemanniæ.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

1399. Inspeximus Irrotulamentum cujuſdam

*An. 1. H.* Conditionis, in Rotulis Cancellariæ noſtræ, ad Requiſitionem

4. mercatorum Angliæ, Irrotulatæ, in hæc verba,

*Pat. 1. H.*

4 p. 4. m. 21. Sub Conditione *quòd Mercatores Anglici, in Partibus Mercatorum Alemanniæ, cum illuc venerint cum Mercandiſis ſuis, adeò amicabiliter & honeſtè ibidem tractentur, conſimilis conditionis exiſtant, & liberè Mercandiſare poſſint, ſicut dicti Mercatores Alemanniæ hic in Regno Angliæ, ac prætextu Libertatum in eorum Carta contentarum, ſuas liberè excercent Mercandiſas,*

*Et quòd* Magiſter Terræ Pruciæ, *qui pro tempore fuerit, &* Gubernatores Villarum de Lubyk, Wiſſemere, Rozſtok, Straelſound, Grippeſwold, *& eorum adhærentes, in eorum propriis Perſonis, vel per eorum Deputatos, citra Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximo futurum, veniant coram Concilio Domini Regis, ad reſpondendum dictis Mercatoribus Anglicis de eorum Injuriis & Malefactis, ac debitam & congruam Reſtitutionem & Satisfactionem eis faciant, ſecundum Ordinationem ejuſdem Concilii,*

*Et quod prædicti Mercatores* Villarum de Hans, *per colorem eorum Libertatum in Anglia, non recipiant aliquem alium Extraneum, de alia Villa, ſub eorum Libertatibus, per quem Cuſtuma Regis in aliquo abſtrahatur nec diminuatur,*

*Et quod, ſi aliquis ſe exegerit eſſe ſub eorum Libertatibus in Anglia, non acceptetur niſi habuerit inde Literas Teſtimoniales, ſub Sigillo autentico dictarum Villarum de Hans Sigillatas,*

*Et, ſi contrarium aliqualiter factum fuerit, Dominus Rex vult & intendit, de aviſamento dicti Concilii ſui, dictam Cartam in omnibus ſuis Articulis, Libertatibus, Privilegiis, & Quietantiis, penitus & pro perpetuo revocare & adnullare.*

Inſpeximus etiam Irrotulamentum cujuſdam memorandi, ſuper Conditione prædictâ facti, & in Rotulis ejuſdem Cancellariæ ſimiliter Irrotulati, in hæc verba,

* VIII. 113. Memorandum *quòd, viceſimo quarto die Octobris, Anno Regni Regis* Henrici Quarti Primo, *idem Rex, viſâ Conditione prædicta, ac materiâ ejuſdem plenius intell[illegible], omnibus & ſingulis, in eadem Conditione contentis, eo præſel[illegible] quod videbatur fore ſatis conſona rationi,* Conſenſit, *ac* Condit[illegible]m *illam, ſub verbis ſuperius expreſſatis,* Thomæ Stanley, *Cuſtodi Rotulorum Cancellariæ ſuæ, per manus ſuas proprias liberavit,*

*Et ei dedit ulterius in Mandatis, quòd ipſe Conditionem illam in Rotulis Cancellariæ prædictæ irrotulari faceret, ad Finem quòd omnes & ſinguli Mercatores, tàm Indigenæ, quàm Alienigenæ, inde Notitiam habeant pleniorem.*

ſtri, intererunt ex Cauſa ſupradicta,

Necnon ad omnia alia & ſingula faciendum & concordandum, quæ circa Præmiſſa, ſeu eorum Expeditionem, neceſſaria fuerint vel etiam oportuna,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per vos actum, geſtum, ſeu procuratum fuerit in Præmiſſis;

Et ideò vobis mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, x die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Super Correctione Capellanorum Papæ, de intendendo.*

REX, Dilectis ſibi in Chriſto, *Provinciali Ordinis Fratrum* Ann. D.
*Beatæ Mariæ de Monte Carmeli*, ac univerſis & ſingulis 1399.
Prioribus & Superioribus Ordinis prædicti, in Regno noſtro An- *An. 1. H.*
gliæ conſtitutis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem. 4.

Sciatis quòd, *Pat. 1. H.*

Cùm, Sanctiſſimus in Chriſto Pater, Dominus Summus Pon- 4. p. 4. m.
tifex, 13.

Diverſorum concipiens fidedignâ relatione qualiter nonnulli Fratres, Domorum Ordinis prædicti, in Regno noſtro prædicto Conſiſtentes, Immunitatibus, Libertatibus & Privilegiis, eis per
* Sedem Apoſtolicam conceſſis, abutentes, ſuis Superioribus obe- * VIII.
dire, & ab eis corrigi, ac divinis Officiis, quibus ſunt aſtricti, 113.
vacare recuſantes, aſſerunt ſe, prætextu Immunitatum, Libertatum, & Privilegiorum hujuſmodi, Superioribus ſuis obedire & Divinis Officiis hujuſmodi intereſſe non teneri, ſicque vobis & veſtris Mandatis obedire, ac Divinis Officiis intereſſe & ea celebrare recuſant, ac plerique illorum extra Domos ipſius Ordinis eorum propriâ temeritate commorantur in magnum Animarum ſuarum Periculum, Ordinis prædicti Opprobrium, ac Scandalum plurimorum,

Et cupiens igitur præfatus Sanctiſſimus Pater præmiſſis, juxta paſtoralis Officii ſui Debitum, ad inſtar nonnullorum Prædeceſſorum ſuorum Romanorum Pontificum, ſalubriter providere,

Statuerit & ordinaverit quòd omnes & ſinguli Fratres Domorum hujuſmodi, dicti Regni noſtri, qui dictæ Sedis Capellani ad præſens exiſtunt, & fuerint in futurum, perinde Prioribus & aliis Superioribus eorum ac eorum Correctioni & Mandatis in omnibus & per omnia obedire, eiſque ſubici, ac hujuſmodi divinis Officiis nocturnis & diurnis intereſſe, & ea celebrare teneantur & ſint aſtricti, ac ſi prædictæ Sedis Capellani non eſſent,

Non obſtantibus quibuſcumque Exemptionibus, Privilegiis, Indulgentiis, & Gratiis, ac Literis Apoſtolicis, Capellanis dictæ Sedis vel aliàs, communiter vel diviſim, ſub quacumque Forma vel Expreſſione Verborum, a dicta Sede conceſſis, & impoſterùm concedendis, contrariis quibuſcumque, etiam ſi de illis plena & expreſſa ac de verbo ad verbum mentio in Bullis Apoſtolicis ſit habenda,

Decernens præterea Irritum & Inane, ſi ſecus ſuper hiis, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter, contigerit attemptari, ſicut per Bullas Apoſtolicas, ſuper hoc confectas, & in Cancellaria noſtra exhibitas & oſtenſas, liquet manifeſtè,

Nos,

Attendentes quòd vos ad Executionem Bullarum prædictarum ſeu aliorum contentorum in eiſdem, aliqua Vi vel Auctoritate earumdem, infra Regnum noſtrum prædictum, abſque Licentia & Aucty-

115. ne Statûs Regni noſtri hujuſmodi minimè ſuſtis certificati) proceſſerant,

Vobis mandamus quòd ſtatim, viſis præſentibus, univerſa & ſingula Sigilla noſtra Terræ prædictæ emendari (videlicet, hoc Nomen RICARDUS de eiſdem deleri, & ejus Loco nomen noſtrum HENRICUS ſculpi & inſeri faciatis, & fieri demandetis) Literas Patentes, Brevia Originalia, & cæteros Actus & Proceſſus, nomine Regio, in Terra prædicta, de cætero facienda, ſub nomine noſtro facientes, & fieri demandantes ut eſt juſtum; Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quinto die Decembris.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

### *Super Officio & de Baculo Mareſcalli Angliæ.*

Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Pat.* 1. *H.* 4. *p.* 5. *m.* 6.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia noſtra ſpeciali, conceſſimus, cariſſimo Fratri noſtro, *Radulpho Domino de Nevill*, Comiti Weſtmerlandiæ, Officium Mareſcalli Angliæ,

Habendum, ad totam Vitam ſuam, unà cum omnibus & ſingulis Officiis, Commoditatibus, Proficuis, & aliis Pertinentiis quibuſcumque, tàm in Curiis noſtris, quam alibi, eidem Officio qualitercumque ſpectantibus, ſive pertinentibus, eodem modo & adeò plenè, liberè, & integrè, & quietè, ſicut *Thomas de Brotherthon* nuper Comes Norffolciæ & Mareſcallus Angliæ, ſeu *Rogerus le Bygot* quondam Comes Norffolciæ & Mareſcallus Angliæ, aut aliquis alius, poſt mortem ipſorum, nuper Comitum, ſive *Thomas*, nuper *Dux Norffolciæ*, dictum Officium Mareſcalli Angliæ tempore ſuo, habuerunt & tenuerunt;

Volentes ulterius & concedentes, quòd Officium Mareſcalli in Banco noſtro coram nobis (quod *Johannes Wykes* tenet, ad terminum Vitæ ſuæ, ex Conceſſione Domini *Ricardi* nuper *Regis Angliæ* ſecundi poſt Conqueſtum) & Officium Mareſcalli de Scaccario noſtro (quod *Richardus Gaſcoigne* tenet, ad Vitam ſuam, ex Conceſſione *Thomæ* nuper *Comitis Kantiæ* nuper Mareſcalli Angliæ, & Confirmatione præfati nuper Regis) ac etiam Officium Proclamatoris Mareſcalli coram Seneſcallo & Mareſcallo Hoſpitii noſtri (quod *Guido de Alleſley* tenet, ad Vitam ſuam, ex Conceſſione Domini *E.* nuper *Regis Angliæ* Avi noſtri, & Confirmatione præfati nuper Regis) quæ quidem Officia, poſt Mortem prædictorum, Johannis, Ricardi, & Guidonis, ad Nos & Hæredes noſtros reverti deberent, poſt mortem eorumdem Johannis, Ricardi, & Guidonis, remaneant præfato Comiti Weſtmerlandiæ,

Et quòd eadem Officia, ac omnia alia Officia in quibuſcumque Curiis noſtris & alibi, quæ ad dictum Officium Mareſcalli Angliæ retroactis temporibus pertinuerunt, & pertinere conſueverunt, ad dictum Officium Mareſcalli Angliæ integrè rejungantur, annectantur, & uniantur imperpetuum,

Et quòd *idem Comes Weſtmerlandiæ* Officia illa ſtatim, cùm per Mortem, Ceſſionem, Reſignationem, Surſum redditionem aut alio modo vacaverint, aliquibus Perſonis idoneis dare, concedere, & conferre poſſit liberè & impunè, aliquibus Literis Patentibus, in contrarium factis non obſtantibus;

ſens fuerit, tunc, pro tempore Abſentiæ ſuæ, Homines defenſabiles, in Defenſionem ejuſdem Terræ, juxta id quod neceſſitas exegerit, Loco ſuo, mittere & invenire teneatur, habito reſpectu ad Valorem, & Quantitatem Terrarum, Reddituum, Officiorum, & aliarum Poſſeſſionum ſupradictorum,

Quod ſi non fecerit, tunc duæ Partes Proficuorum, Terrarum, Reddituum, Officiorum, & Poſſeſſionum ſuorum prædictorum, per aviſamentum Juſticiariorum, & Gubernatorum Terræ prædictæ, qui pro tempore fuerint, leventur, & ſuper Cuſtodia & Defenſione ejuſdem Terræ convertantur,

Proviſo ſemper quòd tertia Pars Valoris Beneficiorum omnium illorum, qui in Servitio Regio immorantur, vel ſtudent in Univerſitate, aut extra eandem Terram ex cauſa rationabili, de Licentia Regia, ſub Magno Sigillo ſuo, in Anglia abſentes fuerint (Oneribus ordinariis & neceſſariis, ſecundum certificationem Ordinariorum ſuorum, omnino deductis) circa Cuſtodiam & Defenſionem prædictas convertatur & applicetur, prout in Ordinatione prædicta plenius continetur,

Vobis mandamus, firmiter injungentes, quòd Ordinationem prædictam, in omnibus & ſingulis ſuis Articulis, quantum in vobis eſt, firmiter & inviolabiliter teneri & obſervari faciatis, juxta Tenorem & Effectum ejuſdem, quouſque aliud indè duxerimus demandandum.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſeptimo die Decembris.

*Et erat Patens.*

---

### *Pro Magiſtro Henrico Bowet,*

REX Seneſcallo noſtro Aquitaniæ, ac univerſis & ſingulis Miniſtris & Ligeis noſtris ibidem, Salutem. Ann. D. 1399.

Cùm, quartodecimo die Octobris proximo præterito, de Gratia noſtra ſpeciali, CONCESSERIMUS, dilecto Clerico noſtro, Magiſtro *Henrico Bowet* OFFICIUM CONSTABULARII BURDEGALIÆ, habendum, occupandum, & exercendum per Se, vel Deputatos ſuos ſufficientes, pro quibus reſpondere voluerit, durantibus quinque annis tunc proximò ſequentibus, cum Feodis, Vadiis, & Rewardis dicto Officio debitis & conſuetis, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, plenius continetur, *An.* 1. *H.* 4. *Vaſc.* 1. *H.* 4. *m.* 24.

Vobis mandamus quòd eidem *Henrico*, ſeu ejus in hac parte Deputatis, in omnibus, quæ Officium prædictum concernunt, conſulentes ſitis, & auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *W… onaſterium*, decimo ſeptimo die Decembris.

---

### * *Pro Epiſcopo … anenſi, de Jocalibus traducendis.*

* VIII. 117.

Ann. D. 1399. *An.* 1. *H.* 4. *Clauſ.* 1. *H.* 4. *p.* 1. *m.* 22.

REX Collectoribus Cuſtumarum & Subſidiorum ſuorum, ac Scrutatori ſuo in Portubus Civitatis ſuæ Londoniæ, Dovoriæ, Sandewici, vel Suthamptoniæ, Salutem.

Mandamus vobis quòd,

Venerabilem Patrem *Lodowicum Epiſcopum Vulteranenſem*, Collecto-

Quæ quidem Tabernaculum, Mitra, Ciphi, & Cultelli, valorem centum Librarum non excedunt, prout idem Epiſcopus, per Sacramentum ſuum, coram nobis, in Cancellaria noſtra, præſtitum, veraciter eſt teſtificatus,

In aliquo Portuum prædictorum, in Navibus carcare, & verſus partes prædictas, abſque Cuſtuma ſeu Subſidio indè ad opus noſtrum capiendis,

Liberè mittere & traducere permittatis;

Aliquibus Ordinationibus ſeu Mandatis noſtris, in contrarium factis, non obſtantibus.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſecundo die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Officio Seneſcalciæ Ducatus Aquitaniæ commiſſo.*

Ann. D. 1399. An. 1. H. 4. Vaſc. 1. H. 4. m. 22. REX Univerſis & ſingulis Prælatis, Comitibus, &c. ad quos &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumſpectione, & induſtriâ, dilecti & fidelis noſtri, *Gallardi Durefort*, Domini de Duras, plurimùm confidentes, COMMISIMUS ET OFFICIUM SENESCALCIÆ prædicti Ducatûs, cum omnibus ad dictum Officium pertinentibus, quamdiù nobis placuerit,

* VIII. 118. * Et ideò vobis mandamus quòd eidem *Gallardo*, quamdiù eum tenuerimus in dicto Officio, in omnibus tanquam Seneſcallo pareatis, reſpondeatis, & fideliter intendatis.

In cujus, &c.

Dat. apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

ET Mandatum eſt Conſtabulario Regis Burdegaliæ, qui nunc eſt vel qui pro tempore fuerit, quòd eidem Seneſcallo, Feoda ad Officium prædictum pertinentia, necnon omnimodas Summas in quibuſdam Indenturis, inter Regem & ipſum Seneſcallum ſuper Retinentia ſua cum Rege factis, ſpecificatas, ante omnes alias Solutiones, quibuſcumque aliis Perſonis faciendas, de tempore in tempus, quamdiù in Officio ſteterit ſupradicto, ſolvi & liberari faciat, eique Intendens ſit & reſpondens; & Rex de eo, quod ſibi, per Teſtimonium Contrarotulatoris Regis ibidem, ſic ſolverit, ei in Compoto ſuo debitam Allocationem habere faciet.

Dat. ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Judice Civilium Appellationum, in Vaſconia, conſtituto.*

Ann. D. 1399. An. 1. H. 4. Ibid. m. 21. REX Omnibus Archiepiſcopis, &c. [illegible] uos &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Induſtriâ, fidelitate, & experta [illegible], dilecti & fidelis noſtri, Domini *Bertrandi de Aſta*, Dec[illegible] Doctoris, quamplurimum confidentes,

Eundem *Bertrandum Judicem Civilium Appellationum*, ad Curiam noſtram Vaſconiæ interpoſitarum & interponendarum, & aliarum Civilium dictæ Curiæ Cauſarum quarumcumque, *Auditorem* CONSTITUIMUS & ORDINAVIMUS, CONSTITUIMUS & ORDINAMUS per Præſentes, quamdiù noſtræ placuerit Voluntati,

[illegible] nendarum, & aliarum Criminalium dictæ Curiæ Cauſarum quarumcumque, *Auditorem* CONSTITUIMUS & ORDINAVIMUS, CONSTITUIMUS & ORDINAMUS per Præſentes, quamdiu noſtræ placuerit voluntati, 119.

Cum Confirmatione & Ratificatione per ipſum, in dicto Officio, & quamdiu dictum occupabit Officium, Geſtorum;

Dantes vobis, & cuilibet veſtrûm, Tenore Præſentium in Mandatis, quatinus eidem Judici, quamdiu fuerit in dicto Officio, in his, quæ ad ipſius ſpectant Officium, obediatis & efficaciter intendatis, eidemque præſtetis, & ab eodem recipiatis debitum & ſolitum in talibus Juramentum.

Dat. apud *Palatium Regis Weſtm.* viceſimo quarto die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

Et Mandatum eſt Locumtenenti *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Et Mandatum eſt Conſtabulario Regis Burdegaliæ, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

---

*De Judicibus Superioritatis in Aquitania, conſtitutis.*

REX Omnibus, ad quos &c. Salutem, Ann. D.

Sciatis quòd CONSTITUIMUS, 1399.

Venerabilem Patrem *Archiepiſcopum Burdegaliæ*, ac, dilectos & An. 1.
fideles noſtros, *Seneſcalum Aquitaniæ*, *Conſtabularium Burdegaliæ*, H. 4.
Magiſtrum *Pelegrinum de Fau*, Magiſtrum *Johannem Embryn*, Ibid. m.
*Decanum Sancti Andreæ*, *Priorem Sancti Jacobi*, *Dominum de* 22.
*Montferant*, Magiſtrum *Johannem de Burdill* Legum Doctorem, Magiſtrum *Guillielmum de Toill* de Civitate Burdegaliæ, Magiſtrum *Arnaldum Mayan*, & *Gerardum Provoſt*,

*Judices Curiæ noſtræ Superioritatis Aquitaniæ*, HABENDUM quamdiu nobis placuerit, unà cum Vadiis Proficuis & Emolumentis ad dictum Officium rationabiliter ſpectantibus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo quarto die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

ET Mandatum eſt Seneſcallo Ducatûs Aquitaniæ, necnon univerſis & ſingulis Ligeis & Subitis Regis in eodem Ducatu, quod eidem *Archiepiſcopo*, *Conſtabulario*, *Pelegrino*, *Decano*, *Priori*, *Johanni*, *Guillielmo*, *Arnaldo*, & *Gerardo*, tanquam Judicibus Curiæ prædictæ, Intendentes ſint & Conſulentes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte ut ſupra.

---

*Pro Thoma Filio Regis, de Liberata aſſignata.*

REX Seneſcallo, & Mareſchallo ac Herbergeatori Hoſpitii ſui, Ann. D.
& eorum Locatenentibus, necnon univerſis & ſingulis Provi- 1400.
ſoribus & Captoribus Victualium pro eodem Hoſpitio, qui nunc An. 1.
ſunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem. H. 4.

Sciatis quòd aſſignavimus *Thomæ* Filio noſtro cariſſimo Villas Pat. 1.
de Hakeney & Leydon, Habendas & Tenendas, pro Liberata H. 4. p.
ſua & Familiæ ſuæ, durante Vitâ ipſius Thomæ, 1. m. 6.

No-

ciatis quòd quilibet Ligeus noſter, qui ipſos Comites, ſeu eorum aliquem, ſeu aliquos de Comitiva ſua, aliqualiter Areſtare ſeu Capere poterit, ipſos ſub Pœna Proditionis Areſtet & Capiat, & vobis liberet cuſtodiendos in forma prædicta,

Et quòd nullus Ligeorum noſtrorum, ſub foriſfactura Vitæ & Membrorum, eiſdem Comitibus, aut eorum Mandatis, ſeu Miniſtris, vel Servientibus ſuis, aut aliquibus de Comitiva ſua Intendat, Obediat, ſive ipſos, aut eorum aliquem Receptet, Manuteneat, Foveat, ſeu Suſtentet quovis modo.

Proclamari faciatis etiam, quod omnes & ſinguli Fideles Ligei noſtri, ad Laborandum Potentes, cum omni feſtinatione poſſibili, ſufficienter Armati, Arraiati, & Muniti exiſtant, ad veniendum Nobis, ſive ad proficiſcendum ubi eis ex parte noſtra injungetur, cum ſuper hoc fuerint præmuniti.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, quinto die Januarii.

*Per ipſum Regem.*

*Conſimilia Brevia diriguntur Singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Vicecomiti Lancaſtriæ.*

---

## *Ad Capitaneum Caleſiæ, ſuper dictis Proditoribus.*

Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Ibid. m.* 23. REX Dilecto & Fideli Conſanguineo ſuo *Petro Courteney*, Capitaneo Villæ ſuæ Caleſii, Salutem.

Cùm *Thomas Comes Kantiæ*, & *Johannes Comes Huntyngdoniæ*, aggregatis ſibi quampluribus Malefactoribus, contra Ligeantiam ſuam proditoriè levaverint & inſurrexerint, ad Nos, & quamplures fideles Ligeos noſtros, pro poſſe ſuo, Deſtruendum,

Nos, Malitiæ ipſorum Comitum & aliorum ſibi Adhærentium, Deo adjuvante, reſiſtere volentes, Vobis in Fide & Ligeantiâ quibus nobis tenemini, & ſub Foriſfacturâ omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, Injungimus & Mandamus,

Quòd, ſi prædicti Comites, aut eorum Servientes, ſeu aliqui alii ſibi Adhærentes ſeu Faventes, ad Villam prædictam ſeu ad partes Picardiæ venerint, ipſos & eorum quemlibet ſine dilatione Capi & Areſtari, ac ſalvò & ſecurè cuſtodiri faciatis quouſque aliud in hac parte duxerimus demandandum,

Nos de Facto veſtro in hac parte, ac de Propoſito & Ordinatione illorum de Francia, in quantum indè aliqualiter ſcire poteritis, de tempore in tempus, certificantes.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Sexto die Januarii.

*Per ipſum Regem.*

---

• VIII. 121. *De Proditoribus in Turri Londoniæ cuſtodiendis.*

Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Ibid. m.* 22. REX Conſtabulario Turris ſuæ Londoniæ, & ejus Locum tenenti, Salutem.

Mandamus vobis quòd *Johannem Comitem Huntyngdoniæ*, ab eo qui ipſum vobis ex parte noſtra liberabit, recipiatis, & in Turri prædicta ſalvò & ſecurè, quouſque aliter in hac parte duxerimus demandandum, cuſtodiatis; Et hoc nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Decimo die Januarii.

*Per Concilium.*

pro tempore ponere: quos idem Abbas bis in Anno ſub certis modis & formis tunc expreſſis viſitare: dictique Prior & Monachi eiſdem Abbati & Conventui dimidiam Marcham Argenti, nomine Penſionis ſive Redditus, in ſignum Dominii ſui Superioratûs, ſingulis Annis ſolvere; ac ipſe Prior & Monachi pro dictorum Fundatorum ac eorum Progenitorum & Succeſſorum Animarum Salute, in eodem Prioratu pro tempore, in divinis Officiis, Domino perpetuò famulari deberent,

Cùm autem, ſicut eadem Petitio ſubjungebat, licet hujuſmodi Facultates pro uno Priore & pluribus Monachis ſufficerent, tamen a longis retroactis temporibus in eodem Prioratu niſi ſolus Prior Reſedit pro tempore, quamvis ſæpè ad dictum Prioratum aliqui Monachi prædicti Monaſterii per dictum Abbatem interim deſtinati fuerunt & deſtinentur, non ad Reſidendum ſive Morandum perpetuò, ſed temporaliter ex diverſis Cauſis in eodem, unde Divinus Cultus in ipſo Prioratu plerumque negligitur, & Fundatorum hujuſmodi Pia Intentio defraudatur, ac etiam alia Inconvenientia ſubſecuta fuerunt hactenus, & adhuc frequentiùs ſubſequuntur,

Pro parte dictæ Comitiſſæ, quæ, ut aſſerit, in ipſo Prioratu Jus obtinet Patronatûs, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſuper hoc Statui Prioratûs ejuſdem providere de benignitate Apoſtolicâ dignaremur,

Nos itaque ad hoc, quod hujuſmodi Divinus Cultus in eodem Prioratu per amplius augeatur, ipſeque Prioratus in majoribus Reverentia & Honore de * cætero habeatur, quantum Nobis ex Al- • VIII. 122.
to permittitur, attendere cupientes, ac hujuſmodi Supplicationibus inclinati, prædictum Prioratum, cum omnibus Membris, Juribus, & Pertinentiis ſuis Spiritualibus & Temporalibus, necnon Perſonis in eiſdem degentibus præſentibus & futuris, ab omni Juriſdictione, Superioritate, Dominio, & Poteſtate, necnon Obedientiâ & Subjectione Abbatis & Conventûs ac Monaſterii prædictorum, perpetuis futuris temporibus, Auctoritate Apoſtolicâ, ex certâ ſcientia prorſus Eximimus ac totaliter Liberavimus: & hujuſmodi Prioratum, a dicto Monaſterio (præmiſſis, ac quibuſcumque Confirmationibus Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum, necnon Compoſitionibus, Conſuetudinibus, & Juriſdictionibus ante hæc tempora, inter Monaſterium & Prioratum hujuſmodi, ſuper hoc editis aut initis, etiam Juramento quorumcumque Priorum Vallatis, nequaquam obſtantibus) eadem Auctoritate imperpetuum penitùs ſeparantes, Illum, Diœceſano loci pro tempore, in eiſdem Spiritualibus & Temporalibus, ad inſtar aliorum Prioratuum prædicti, vel quorumlibet aliorum approbatorum Ordinum, in Regno Angliæ, conſiſtentium, quoad Viſitationem & Reformationem dicti Prioratûs in Capite & in Membris, ſubjecimus Auctoritate prædictâ: & voluimus quod, de cætero, tàm ille qui nunc eſt, quàm etiam Succeſſores ſui Priores dicti Prioratûs qui erunt pro tempore, tot Monachos prædicti Ordinis, ad profitendum eundem Ordinem, & Reſidendum in eodem Prioratu, ſecundum quod eis Facultates ipſæ, tàm pro Suſtentatione dictorum Prioris & Monachorum, quàm pro Supportatione aliorum Onerum ſibi incumbentium congruè ſufficere poſſunt, recipere teneantur,

Quibus etiam Monachis Eligendi, tempore Vacationis Prioratûs ejuſdem, alium de dicto Prioratu, vel alio Religioſo loco, dicti Ordinis ydoneum Profeſſ[illegible] de quo eis meliùs videbitur expedire, in eorum & ipſius [illegible]is Priorem perpetuum (cujus Electio, canonicè celebrata, [illegible] eundem Diœceſanum, pro tempore exiſtentem, Confirma[illegible] [illegible]beat, infra tempora ſuper hoc a Jure ſtatuta) Auctoritate præfata Conceſſimus Facultatem.

Ita tamen quòd iidem Prior & Monachi Conventualiter vivere, ac in divinis Officiis devotè Famulari, deinceps debeant in Prioratu prædicto, juxta dicti Ordinis Conſuetudines & Statuta, nec-

non

Digitized by Google

* VIII. 123. * *De Arraiatione Cleri facienda contra Invaſionem Gallicorum.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Clauſ. 1. H. 4. m. 12. d.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, *Th.* eadem gratiâ, *Archiepiſcopo Cantuarienſi*, totius Angliæ Primati, Salutem.

Satis informati eſtis qualiter Inimici noſtri Franciæ, & alii ſibi Adhærentes, Facinora ſua erga Nos, & Ligeos noſtros, licet indirectè, de die in diem circumquaque oſtendentes, cum magna Claſſe Navium, cum maxima Multitudine Armatorum & Bellatorum, ſupra Mare congregati, diverſas Villas ſuper Coſteris Regni noſtri Angliæ Invadere, ac Nos, & Regnum noſtrum prædictum, necnon Populum noſtrum per Terram & per Mare deſtruere, & Eccleſiam Anglicanam ſubvertere, cum omnibus Viribus intendunt & proponunt,

Per quod, Volentes Salvationi dicti Regni, & Populorum noſtrorum, ac Eccleſiæ Sanctæ, contra Malitiam ipſorum Inimicorum, operante Altiſſimo, providere, per diverſas Commiſſiones Aſſignavimus certos Fideles noſtros, in ſingulis Comitatibus Regni prædicti, ad Arraiandum, & Arraiari & Armari faciendum, omnes Homines Defenſabiles, videlicet, quemlibet eorum juxta Statum & Facultates ſuas, & eos Arraiatos, Armatos, & Munitos, in Arraiatione hujuſmodi teneri faciendum, ſic quòd ſemper prompti ſint & Parati, ad Proficiſcendum in Defenſionem Regni noſtri prædicti, ubi, ac quotiens, & quando ex Hoſtium Incurſibus Periculum immineat, aut neceſſe fuerit aliquale,

Advertentes verò quòd Vos & cæteri Prælati, ac totus Clerus dicti Regni, unà cum aliis Fidelibus noſtris, ad Reſiſtendum dictis Inimicis, pro Salvatione Sanctæ Eccleſiæ & ejuſdem Regni, Manus tenemini apponere adjutrices;

Vobis, in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini, firmiter Injungimus & Mandamus quatinus, conſideratis gravibus Dampnis & Periculis iminentibus, per Aggreſſus Inimicorum noſtrorum prædictorum, Abbates, Priores, Religioſos, & alias Perſonas Eccleſiaſticas quaſcumque Veſtræ Diœceſis, quacumque dilatione poſtpoſita, Armari & Arraiari, & Armis competentibus, videlicet, quemlibet eorum juxta Statum, Poſſeſſiones, & Facultates ſuas Muniri, & eos in Millenis, Centenis, & Vintenis poni faciatis, ita quòd prompti ſint & Parati ad proficiſcendum, ad Mandatum Veſtrum, unà cum aliis Fidelibus noſtris, contra dictos Inimicos noſtros, infra dictum Regnum noſtrum, ad ipſos cum Dei adjutorio Debellandum, Expugnandum, & Deſtruendum, & ad eorum Malitiam & Protervìam Propulſandum & Conterendum; Et hoc, ſicut Nos, & Honorem noſtrum ac veſtrum, & Salvationem Sanctæ Eccleſiæ & Regni noſtri, diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxvij die Januarii.

*Conſimilia Brevia diriguntur*, R. Archiepiſcopo Eborum *Angliæ Primati, ac ſingulis Epiſcopis per Angliam, ſub eadem Data.*

---

*Super Indictamentis Epiſcoporum, de Procedendo.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Ibid. m. 17.

REX Dilectis & Fidelibus ſuis [illegible] *de Bello Campo*, Comiti Warrwicæ, & Sociis ſuis Ju[illegible]tiis noſtris, ad diverſas Proditiones & Felonias, in Civitate noſtra Londoniæ, ac Suburbiis ejuſdem, & in Comitatu Middleſextæ, audiendas & terminandas aſſignatis, Salutem.

Licet in Statuto, apud Weſtmonaſterium nuper edito, inter cætera, contineatur,

*I. de Sanctis.*

*Sub Magno Sigillo Regis Franciæ de cerâ albâ pendente a caudâ pergamenæ.*

*Super plicam,*

*Par le Roy & ſon Conſeil, ou Meſſires* les Ducs de Berry, de Bougne, d'Orleans, & de Bourbon *le* [illegible] *& autres eſtoiez.*

---

*De Proclamatione ſuper Inſurrectionibus & Exceſſibus compeſcendis.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Clauſ. 1. H. 4. p. 1. m. 20. d.

REX Cuſtodibus Pacis ſuæ in Comitatu Cantiæ & Eorum cuilibet, ac Vicecomiti ejuſdem Comitatûs, Salutem.

Cùm diverſæ Congregationes & Inſurrectiones, contra Nos & Coronam noſtram, tàm per *Thomam* nuper *Comitem Kantiæ*, *Johannem nuper Comitem Huntingdoniæ*, *Johannem* nuper *Comitem Sarum*, & *Thomam Deſpenſer* Chivaler, ac alios Proditores & Rebelles noſtros, quàm per Subditos noſtros in Comitatu Ceſtriæ, & alios de Regno noſtro Angliæ, poſtquam Gubernacula Regni noſtri Suſcepimus, factæ fuerint, in tantum quòd, niſi de celeri in ea parte Remedio, Gratiâ favente divinâ, fuiſſet Proviſum, eorum Temeritas in Noſtri, & Regni noſtri prædicti, ac Fidelium Ligeorum noſtrorum ejuſdem, Deſtructionem, ut indubie credimus, redundaſſet,

Ac,

Pro eo quòd quidam, de Communitate dicti Regni noſtri quamplura Pericula, quæ ex hujuſmodi Congregationibus & Inſurrectionibus veriſimiliter ſequi poſſent, multipliciter formidantes, quoſdam Proditorum & Rebellium prædictorum, abſque Auctoritate, eis per Nos in hac parte commiſſâ, & abſque debito Proceſſu Legis Regni noſtri prædicti, Decollari fecerunt,

Quamplures Ligei noſtri, perverſâ ſiquidem Opinione ſeducti, pernitioſum inde trahentes Exemplum, adeo elati corde & feroces efficiantur, ut accepimus, quòd, abſque quocumque Juris proceſſu, nonnullos de Populo noſtro publicè Decollare, Occidere, ac omnino Deſtruere non verentur, indies comminando conſimilia ſe facturos,

Quæ, ſi fieri permitterentur, non ſolùm in Coronæ & Dignitatis noſtræ Derogationem, verùm etiam in Regni noſtri prædicti finalem Deſtructionem, poſſent, quod abſit, veriſimiliter evenire,

Nos (talia infra dictum Regnum noſtrum de cætero fieri Nolentes) Vobis, diſtrictius quo poſſumus, Injungimus & Mandamus quòd Vos, præfati Cuſtodes, in Seſſionibus veſtris, & Tu, præfate Vicecomes, in Singulis Locis infra Ballivam tuam, ubi meliùs expedire videris, publicè Proclamari, & ex parte noſtra firmiter Inhiberi faciatis, nè Quis (cujuſcumque Status ſeu Conditionis fuerit) ſub Pœna Proditionis, * aliquem ſeu aliquos de Populo * VIII. 125.
noſtro, abſque Mandato noſtro, ſeu debito Juris Proceſſu, Decollare, Occidere, ſeu, ut prædictum eſt, Deſtruere faciat quovis modo:

Et, ſi contingat aliquas hujuſmodi Congregationes aut Inſurrectiones fieri (quod abſit) in futurum, aut aliquem de Populo noſtro ſic temerè Decollari, Occidi, vel Deſtrui, Malefactorum hujuſmodi Temeritatibus totis viribus obviare curetis, & eis etiam, ſi opus fuerit, Armatâ Potentiâ, cum Poſſe Comitatûs, Reſiſtatis, ipſoſque Areſtetis ſeu Areſtari faciatis, ac Priſonæ noſtræ Committa-

Les queles Lettres en le dit Conſeil lues, & Credence monſtree a la Matire, en Subſtance, en icelles compriſe, meſme noſtre Seigneur le Roi, par Avis du dit ſon Conſeil, envoia Reſpounce, par ſes Lettres deſouz ſon Seignet, Envoiees par un Meſſage de ſa Chambre, as ditz Ambaſſiatours, a toute Haſte,

Les queles Lettres par les Ambaſſiatours receues, yceux Ambaſſiatours envoierent a noſtre dit Seigneur le Roi une Lettre, deſouz lour Sealx, en laquele fut Encloſe la Copie d'une Lettre, a eux envoiee par le dit Adverſaire de France, & ſur quele Lettre meſme noſtre Seigneur le Roi lour envoia Reſpounſe, tiele come ſembloit a Lui & a ſon Conſeil a Faire, deſouz ſon Signet,

Si que toutesfoiz, tant par la Demonſtration faite par l'avant dit Monſieur William Faryngton, come par le Tenur de les Lettres de l'avantdit Adverſaire de France, as ditz Ambaſſiatours directes, & par pluſours autres voies illoeques declarees, il eſtoit vraiſemblance d'avoir eſperance plus de Guerre, que de Pees, ou de Trieues, ou Affermance des Trieues, priſes en Temps de *Richard* n'adgairs *Roi* par entre le Roialmes Principaux,

Et ce apparoit bien; Car les Ambaſſiatours ſuſditz ne povoient venir a la Preſence du dit Adverſaire, ne ſauf Conduit lour fut envoiez; Mais le Heraud, qui feut alez pur le dit ſauf Conduit, detenuz a Force en le Roiaume de France.

Et en quel Conſeil monſtre fut, coment les Eſcotz avoient Ore tard fait grantz Invaſions, Arſures, Chivauchees, & Attemptatz encontre les Trieues, & purpoſent de faire ice, meſme par l'Aide de ceux de France, ſur les Marches vers Eſcoce, ſi haſtive Reſiſtence ny ſoit purveu,

Sur quoy, pur obvier a toute Manere de Ambiguitee & Doute en cele Partie, & de y purvoier de Remede, & coment ſera ſeurement ordenez, tant pur la Governance & Eſtuffement de * Calais, & des Marches illoeques, come pur l'Ordenance a faire ſur la Meer, par les Cauſes deſus declarees,

* VIII. 126.

Conſideree auſi la Neceſſite que le Roi noſtre Seignur ad de Monoie, & ce par pluſours Maneres & Voies en dit Conſeil Declarees,

Demande feut des ditz Seigneurs Eſpirituelx & Temporelx, ſingulierement examinez, coment & en quele Manere lour ſembloit que aucune Eide ſerroit grantez & ottroiez au Roi en ce Cas,

Et ſi meſmes les Seigneurs voudroient purvoier pur Eide de lour Part, en meſme le Cas,

Et ſur ce les ditz Seigneurs Eſpirituelx & Temporelx, conſiderantz la Neceſſitee bien grande, & pur *eſchuire aucune Parlement eſtre ſommonez* pur cele Cauſe, parmy la quele le Comun People deveroit eſtre Chargiez par Impoſition, Taxe, ou Taillage, ou briefment par autre Voie queconque, les ditz Seignurs Eſpirituelx & Temporelx feurent aſſenuz de graunter Aide de noſtre dit Seigneur le Roi, en Manere q'enſuit,

C'EST ASSAVOIR, les Seigneurs Eſpirituelx, de ſouz nommez, chaſcun de euz, Graunta une Diſme, concernente Lui meſmes, d'eſtre levez, a toute la haſte que faire ce purra, ſur tiele Condition,

Que ſi aucune Convocation de le Clergie ſoit fait en Temps avenir, & de eux aviendroit la Diſme eſtre demandee pur noſtre dit Seigneur le Roi pur ceſte Neceſſitee, ou pur ſemblable, & que par ce la Diſme ſerroit graunte,

Q'adonqes les ditz Seignurs Eſpirituelx, qui grantent la Diſme a ceſte Foix, ſerront a lors Quitz & Deſchargez de Paier la Diſme, pur lour meſmes, que aviendroit eſtre enſi grantez en dit



{ *Bangor.*

*S'enſuent les Nouns de Seigneurs Temporelx, qui ont Grantez, en Maintenance des Guerres Ore eminentz, & vraiſemblables avenir, certeine Eide & Subſide par le Quarter d'un An, en Maniere q'enſuit,*

*Les Contes* { *de Northumbr.* / *& Weſtmerland.* } *Chaſcun de eux ad Grantez de trover, a ſes Couſtages, par Terre, xl Homes, & xx Archiers.*

*Les Contes* { *de Warr. &* / *de Stafford.* } *Chaſcun de eux ad Grantez trover, a ſes Couſtages, par Meer, xx Homes d'Armes, & xl Archiers.*

* *Le Sire de Bergeveny ad Grantez trover, a ſes Couſtages, xx Hommes d'Armes, & xx Archiers par Terre.* * VIII. 127.

*Le Sire de Mauley ad Grantez de trover, a ſes Couſtages, par Terre, vj Hommes d'Armes, & xij Archiers.*

*Le Conte de Suffole.*
*Les Sires de* { Lovell. / Berkele. / Powys. / Camoys. / Seint John. / Burnelle. } *Chaſcune de eux ad Grantez de trouver, a ſes Couſtages, une Nief arraie de xx Hommes d'Armes, & xl Archiers, & ſuffiſantment Eſtuffe de Mariners.*

*Les Sires de* { Fitz Wautier, / Darcy, & / Seymour. } *Chaſcun de eux ad Grantez de trover, par Meer, la Moitee d'une Nief arraie de x Hommes d'Armes & xx Archiers.*

*Les Sires de* { Roos, & / Willughby. } *Ils ount Grantez de trover enſemble par Meer, une Nief arraie de xx Hommes d'Armes, & xl Archiers, & ſuffiſantement de Mariners, & auſſi d'eſtre Preſtz pour Servir le Roi par Terre.*

*Les Sires de* { Scales, & / Bardorff. } *Chaſcun de eux ad G[illegible]tez de Faire Service, en la propre P[illegible]ne, au Roi, ſauns Gages ou Regard prendre.*

---

*Pro Magiſtro Henrico Bowet, de Conceſſionibus in Aquitania.*

REX, *Seneſcallo* Ducatûs noſtri *Aquitaniæ*, ac *Conſtabulario* noſtro *Burdegaliæ*, & eorum Loca tenentibus, Salutem. Ann. D. 1400.

Cùm, de Gratia noſtra ſpeciali, & pro quadam, magna & An. 1.
notabili Summa, quam, dile[illegible] Clericus noſter, Magiſter *Henricus* H. 4.
*Bowet* ad opus noſtrum ſ[illegible], CONCESSERIMUS eidem Henrico Vaſc. 1.
Terras, Tenementa, Redditus, Poſſeſſiones, & Res inferius expreſſata, H. 4. m.

Quæ *Johannes de Stretton*, Dominus de Landiras defunctus, 15.
habuit, tàm ex Conceſſione Cariſſimi *Avunculi noſtri Principis* defuncti, quàm ex Conceſſione Domini *Ricardi* nuper *Regis Angliæ* Secundi poſt Conqueſtum,

*Videlicet*,

Habenda & Tenenda præfato *Henrico* & Hæredibus ſuis, de Nobis & Hæredibus noſtris, per Servitia indè debita & conſueta, Imperpetuum, prout in Literis noſtris Patentibus, indè confectis, plenius continetur,

Vobis Mandamus quòd ipſum Henricum in Corporalem Poſſeſſionem Terrarum, Tenementorum, Reddituum, Poſſeſſionum, & Rerum prædictorum, ponatis ſeu poni faciatis, Habendorum, juxta Tenorem Literarum noſtrarum prædictarum.

Rege Teſte apud *Weſtmonaſterium*, xviij die Februarii.

*De tractando, cum Adverſario Franciæ, ſuper Matrimoniis.*

Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Franc.* 1 *H.* 4. *m.* 11.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Inter glorioſas Reipublicæ Curas, & Regalium Solicitudinum fructus uberes, æſtimamus præcipuum aliorum Principum & Regnum ſublimium ſibi copulare præſidia, ac cum talibus Ligarum, Affinitatum, & Amicitiarum ſpecialium inire Fœdera, per quos Principatus hinc inde, Amoris indiſſolubilis nexu conjuncti, Inſurgentibus ex adverſo reſiſtere, & ab omni Oppreſſionis Clade, coadunatis viribus, poterunt mutuò ſe tueri

Quod dùm intra mentis noſtræ præcordia diligentius tractaremus, cum *Adverſario noſtro Franciæ*, nedum hujuſmodi Amoris Fœdera ſtringere, ſet Affinitatem & parentelam contrahere, Ligaſque firmas, ſpeciales, & perpetuas, præ cæteris, optabamus inire,

Et proinde,

De Legalitate, induſtriâ, & circumſpectione Venerabilis Patri *Walteri Epiſcopi Dunolmenſis*, & Cariſſimi Conſanguinei noſtri *Thomæ Comitis Wygorniæ*, dilecti & fidelis Militis noſtri *Willielmi Heron* Domini de Say, & dilecti Clerici Magiſtri *Ricardi Holme*, Canonici Eccleſiæ Cathedralis beati Petri Eborum, pleniùs confidentes,

Ad Tractandum & Concordandum cum prædicto Adverſario noſtro ſeu Patruis & Avunculis ſuis, aut cum Ambaſſatoribus, Procuratoribus, Nunciis, vel Deputatis ipſius Adverſarii noſtri aut Patruorum ſuorum prædictorum, ſufficientia Mandata ad Infraſcripta habentibus, ſuper Sponſalibus ſeu Matrimonio, inter *Henricum Primogenitum Filium noſtrum* Principem Walliæ, & Fratres & Sorores ſuos, *& Liberos ipſius Adverſarii noſtri*, aut Patruorum & Avunculorum ſuorum prædictorum, feliciter, per Dei gratiam, Contrahendis,

Ac etiam Quomodo & Quando dicti Liberi præfati Adverſarii noſtri, ſeu Patruorum & Avunculorum ſuorum prædictorum, per Parentes & Amicos ſuos Nobis tranſmitti, & in Domum noſtram regiam adduci, aut Aliquis vel Aliqua dictorum Liberorum noſtrorum ad ipſum Adverſarium noſtrum, ſeu Patruos & Avunculos ſuos traduci debeant, Ordinandum & Diſponendum,

Necnon ea, quæ ſic Tractata, conventa, & concordata fuerint ſuper Contractu Matrimonii prædicti, omni Securitate honeſtâ & debitâ, Nomine noſtro firmandum,

Conſimilemque Securitatem pro Nobis & Nomine noſtro Petendum, Stipulandum, & Recipi[illegible]m,

Jurandumque in Animam noſtra[illegible]uòd Tractata, conventa, & concordata, ibidem, Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus vel faciemus, per quod Tractata & Concordata hujuſmodi effectu debito fruſtrari poterunt, ſeu quomodolibet impediri,

Cæteraque omnia & ſingula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quotarum & firmatarum,

Aut ſuper Novis Ligis, Confœderationibus, & Amicitiis, Specialibus, temporalibus, vel perpetuis, inter eundem *Adverſarium noſtrum*, Subditos ſuos, Regna & Dominia noſtra quæcumque, ex una, & *Nos*, Subditos noſtros ac Regna & Dominia noſtra quæcumque, ex parte altera, ſi indiguerit, ineundis,

Ac etiam de Modo, Forma, & Quantitate, & Qualitate Auxilii, Subventionis, ſeu Subſidii, hinc inde, tempore Neceſſitatis, mutuò miniſtrandi,

Et Communicationibus, inter Subditos hinc inde, in Mercimoniis & aliis licitis, ſecurè faciendis,

Necnon ea, quæ ſic Tractata, conventa, & concordata fuerint (ſuper Confirmatione, Ratificatione, & Corroboratione dictarum Treugarum, aut ſuper Novis Ligis prædictis) omni Securitate, honeſtâ & debitâ, Nomine noſtro, Firmandum,

Conſimilemque Securitaten, *&c. ut ſupra.*

Dat. ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.

Inter glorioſas, *&c. ut ſupra uſque ibi*, tractaremus *& tunc ſic*, cum Ambaſſatoribus, Procuratoribus, Nunciis vel Deputatis pro parte Franciæ, nedùm *&c. ut ſupra uſque ibi*, Corroboratione Treugarum, *& tunc ſic*, inter dictam partem Franciæ, & Dominum *Ricardum* nuper *Regem Angliæ*, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Dat. ut ſupra.

*Per ipſum Regem.*

*De Appellatione a Sententia Curiæ Militaris Burdegaliæ.*

REX, Dilectis & Fidelibus, *Johanni Domino de Lovell*, *Johanni Dabrichecourt*, & *Johanni Cheyne*, Militibus, ac, Dilectis Nobis, Magiſtro *Johanni Barnet*, Magiſtro *Thomæ Stowe*, Magiſtro *Willielmo Meuneſſe*, & Magiſtro *Adæ Husk*, Legum Doctoribus, necnon Magiſtro *Dionyſio Lopham*, Salutem. Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Pat.* 1 *H.* 4. *p.* 6. *m.* 31.

Sciatis quòd,

Cùm nuper, in quadam Cauſa prætenſa Contractûs & Debiti, apud Burdegaliam factorum,

Quæ, in Curia noſtra Militari, inter *Idoniam Hert* Executricem prætenſam Teſtamenti *Roberti Grenacre* Militis, ex una parte, & *Willielmum Hert* Civem & Baker Londoniæ, ex altera parte, mota fuit,

* Locumtenens Conſtabularii Curiæ noſtræ prædictæ quandam Sententiam, pro parte prædictæ Idoniæ Executricis prætenſæ, & contra partem prædicti Willielmi, tuliſſet Diffinitivam minùs juſtam, ut dicitur, * VIII. 130.

A qua quidem Sententia, pro parte prædicti Willielmi, ad Nos, & ad noſtram Audientiam, legitimè ſit Appellatum, ſicut, per Inſtrumentum Publicum, ſuper hoc confectum, & in Cancellaria noſtra oſtenſum, plenè liquet,

Quam quidem Appellationem idem Willielmus intendit, ut aſſerit, proſequi cum effectu,

Et Nobis ſupplicaverit ut, ſuper Appellatione ſua prædicta, certos Judices ſibi aſſignare dignaremur,

Nos,

Supplicationi prædictæ annuentes, Volenteſque in hac parte fieri quod eſt juſtum, ac de veſtris Fidelitate & Circumſpectione pleniùs confidentes,

Vobis, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, & Tribus veſtrûm, (quo-

Digitized by Google

*Per Breve de Privato Sigillo.*

### *Pro Hominibus Villæ de Cirenceſtria.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1400. Sciatis quòd,
*An.* 1. De Gratia noſtra ſpeciali & pro bono & laudabili ac gratuito Servi-
*H.* 4. tio, quod Homines Villæ de Cirenceſtria nobis, in reſiſtendo Ma-
*Ibid. m.* litiæ *Thomæ* nuper *Comitis Kantiæ*, & *Johannis* nuper *Comitis Sa-*
36. *rum*, & aliorum Proditorum & Rebellium noſtrorum, nuper contra Nos & Coronam Noſtram, ac contra Ligeantiam ſuam proditoriè inſurgentium, impenderunt,

DEDIMUS & CONCESSIMUS prædictis Hominibus omnia Bona & Catalla, quæ fuerunt prædictorum nuper Comitum, & aliorum Proditorum, apud Villam prædictam, tempore quo iidem nuper Comites ac alii Proditores prædicti per Homines prædictos Areſtati extiterunt, inventa, in quorumcumque Manibus fuerint (Auro & Argento in Maſſa, & Moneta, ac Vaſis de Auro, necnon Vaſis Argenteis & Deauratis, ac Jocalibus quibuſcumque Exceptis) Habenda eiſdem Hominibus de Dono noſtro.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxviij. die Februarii.

*Per ipſum Regem.*

### * *Pro Epiſcopo Nannetenſi.*

* VIII.
131.
Ann. D. REX Cuſtodi, Capitaneo, Ballivis, Juratis, ac aliis Habitanti-
1400. bus Inſularum noſtrarum de Jerſey & Gerneſey, qui nunc
*An.* 1. ſunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem.
*H.* 4. Cùm Dominus Summus Pontifex *Bonifacius Papa* modernus,
*Franc.* 1. per Literas ſuas Bullatas, Venerabilem Patrem, *Petrum Epiſcopum*
*H.* 4. *m.* *Nannetenſem*, Sacræ Theologiæ Magiſtrum, Adminiſtratorem
9. Eccleſiæ Conſtancienſis, in Inſulis prædictis dumtaxat, ad Beneplacitum ſuum, & de Fratrum ſuorum Conſilio, fecerit & deputaverit, Curam, Regimen, & Adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Conſtancienſis, ac Jurium & Bonorum ipſius, in eiſdem tantum Inſulis, ſibi in Spiritualibus plenariè committendo,

Ut Clerum & Populum dictarum Inſularum, ac Jura præfatæ Eccleſiæ Conſtancienſis in eiſdem Inſulis, ſuæ Curæ commiſſa ſpiritualiter, juxta datam a Deo ſibi Prudentiam Regat, dirigat, & augmentet, ac de Fructibus, Proventibus, Redditibus, & Obventionibus dictarum Inſularum, ad Menſam Epiſcopalem Conſtancienſem ſpectantibus, ordinet & diſponat, illoſque in ſuos & Conſtancienſis Eccleſiæ uſus convertere valeat, prout veri Epiſcopi Conſtancienſis, qui pro tempore fuerunt, de illis rationabiliter ordinare & diſponere debuerunt,

Alienatione Immobilium, & Precioſorum Mobilium ejuſdem Eccleſiæ Conſtancienſis, eidem Epiſcopo penitùs Interdictâ, prout per Literas prædictas, in Curia noſtra oſtenſas, plenè liquet,

Nos,

Ob reverentiam Dei, & in Sanctæ Eccleſiæ roborationem & fulcimentum, ac Divinorum Servitiorum & aliorum Piorum Operum incrementum, in Eccleſiis dictarum Inſularum, de cætero, Deo dante, peramplius Manutenendum, volentes ea, quæ Salutem & Correctionem Animarum Subditorum noſtrorum, ibidem commorantium, reſpiciunt, procurare, & ſalubriter promovere,

Et præſertim pro eo quòd Epiſcopus Conſtancienſis, tanquam



rum ſuorum, Dampnum vel Injuriam interim non inferant, &
quòd Regis Proditores, * vel Gentes Abjudicatæ, vel extra Reg- * VIII.
num Regis prædictum Bannitæ non exiſtant. 132.

Teſte Rege apud *Manerium de Eltham*, octavo die Martii.

*Per Billam de Privato Sigillo.*

*Conſimiles Literas Regis Patentes de ſalvo Conductu, uſque Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum duraturas, habet idem* Georgius *ſub eadem Data.*

*Per Billam de Privato Sigillo.*

### *De Sacramento Adverſarii Regis recipiendo.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri *Waltero*, eadem gratiâ, Ann. D.
*Epiſcopo Dunolmenſi*, cariſſimo Conſanguineo ſuo *Thomæ de* 1400.
*Percy* Comiti Wygorniæ, dilecto & fideli Militi noſtro *Willielmo* *An.* 1.
*de Heron* Domino de Say, & dilecto Clerico noſtro *Richardo Hol-* *H.* 4.
*me* Canonico Eccleſiæ Cathedralis beati Petri Eborum, Salutem. *Franc.* 1.
Sciatis quòd Nos, *H.* 4. *m.*
De Fidelitate probata, ac circumſpectione, & induſtria veſtris 11.
providis, plenam & ſolidam fiduciam reportantes,

Conſtituimus, Deputavimus, & Aſſignavimus Vos Quatuor, Tres, & Duos veſtrûm (quorum alterum veſtrûm vos *præfati Epiſcopi & Comes* unum eſſe volumus) tàm ad Sacramentum *Karoli Adverſarii noſtri Franciæ*, quam ad Sacramenta Dominorum, Officiariorum, ac aliorum Subditorum ſuorum,

Per vos, in hac parte, noſtro Nomine, Requirendorum,

Quòd ipſi Treugas,

Inter Ambaſſiatores, Commiſſarios, & Deputatos Domini *Ri-*
*chardi* nuper *Regis Angliæ* Secundi poſt Conqueſtum, & Am- * VIII.
baſſiatores, Commiſſarios, & Deputatos *præfati Adverſarii noſtri*, 133.
ultimò captas & firmatas,

In omnibus & ſingulis ſuis Articulis, pro parte ſua, firmiter & inviolabiliter tenebunt & obſervabunt, Petendum & Recipiendum,

Necnon ad Literas Teſtimoniales, Sigillo præfati Adverſarii noſtri, Sacramenta prædicta Teſtificantes, ſimiliter Petendum & Exigendum, & vobis Quatuor, Tribus, vel Duobus veſtrûm (quorum alterum veſtrûm vos *præfati Epiſcope & Comes* unum eſſe volumus) immediatè, poſt Præſtationes eorumdem Sacramentorum, liberari faciendum,

Et ad omnia alia, in hoc Caſu neceſſaria ſeu quomodolibet oportuna, Faciendum & Exequendum;

Et ideò vobis Mandamus quòd, circa Præmiſſa facienda & exequenda, Partes veſtras, cum omni diligentiâ & efficaciâ, adhibeatis ſolicitas & diſcretas;

Nos, & Concilium noſtrum, de omnibus & ſingulis, quæ per vos, &c. quorum &c. Acta, Geſta, ſive Procurata fuerint in Præmiſſis, certificantes, ac in Scriptis plenè & expreſsè redigentes.

Dat. in *Palatio noſtro Weſtm.* ſub Magni Sigilli noſtri Teſtimonio, decimo die Martii.

*Per ipſum Regem.*



Digitized by Google

### *De Tractando cum Comite Marchiæ antedicto.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Scot. 1. H. 4. m. 12.

REX, cariſſimo Fratri ſuo, *Radulpho Comiti Weſtmerlandiæ*, ac dilecto ſibi in Chriſto *Abbati de Alnewyk*, Salutem.

Sciatis, quòd Nos,

De Fidelitate probata, ac circumſpectione, & induſtria veſtris providis plenam & ſolidam fiduciam reportantes,

Fecimus, Ordinavimus, Conſtituimus, & Aſſignavimus, ac Facimus, Ordinamus, Conſtituimus, & Aſſignamus, vos Deputatos, Procuratores, & Commiſſarios noſtros ſpeciales,

Dantes vobis plenam, Tenore Præſentium, Poteſtatem ad Tractandum & Concordandum, Nomine noſtro, cum *Georgio de Dunbarre* Comite Marchiæ Scotiæ, juxta formam & effectum cujuſdam Inſtructionis, vobis ex hac Cauſa liberatæ,

Et ad omnia alia & ſingula Faciendum & Concordandum, quæ circa Præmiſſa ſeu eorum Expeditionem neceſſaria fuerint, ſeu etiam quomodolibet oportuna;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per Vos Actum, Geſtum, ſive Procuratum fuerit in Præmiſſis;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, duodecimo die Martii.

---

### *De Confirmatione pro S. B. Burgenſi de Gandavo.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Pat. 1. H. 4. p. 6. m. 15.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Inſpeximus Literas Patentes, Domini *Ricardi* nuper *Regis Angliæ* Secundi poſt Conqueſtum, factas in hæc verba,

*Ricardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *& Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratia noſtra ſpeciali, & pro eo quòd, dilectus nobis, *Simon Brabem*, nuper Burgenſis de Gandavo, nobis Juravit, quando ipſe unus Ambaſſatorum de Gandavo penes nos miſſus fuit, de eſſendo nobis fidelis Subditus & Ligeus, de aviſamento Concilii noſtri, & ex cauſa Moræ ſuæ penes Nos in Obedientia & Fidelitate noſtris,

Conceſſimus ei Viginti Libras, percipiendas, ſingulis Annis, ad Scaccarium noſtrum, ad Terminos Paſchæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, ad totam Vitam prædicti Simonis, vel quouſque pro Statu ſuo aliter duxerimus ordinandum.

In cujus rei Teſtimonium, has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Nos autem, Conceſſionem prædictam Ratam habentes & Gratam, eam, pro Nobis & Hæredibus noſtris, quantum in nobis eſt, Acceptamus, Approbamus, & præfato *Simoni*, de Gratia noſtra ſpeciali, Confirmamus, prout Literæ prædictæ rationabiliter teſtantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo ſexto die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo, & pro Decem Solidis Solutis in Hanaperio.*

ſez Officers avantditz.

ITEM, les ditz Gentz ſe ſont Promis & Jurez, entre eux, que, ſi aſcun Filz Gentif, ou autre de la Terre de Labort, face ou commette Pillourie, Robberie, ou autre Maufait, as Gentz de la dit Terre de Labort, ou d'autre part, que le dit Baillye ſoit iſſy, ou, ſy n'eſt iſſy, touz les ditz Genz de les ditz Parochez ſoient tenuz de a Juſticier ce a lour Court, enſemblement oue le dit Baillie de la dit Terre ou ſon Lieutenant, ſy y poet eſtre, & de ce enhors touz enſemblez, oue le dit Baillye, ou ſaunz Ly, ſi eſtre ne y poet, devount aler ou le Mauſefour ſerra, & prendre Li & faire Lui faire ou Domagee ou en Vergoignee du Damage Eſmendez, & de la Vergoyne Honour, a coniſſance du dit Baillye, & de la dit Bone Gent,

Et, ſi eſtoit cauſe que le Mauſefour ou Mauſefours ce retreient en Hoſtiell de Gentif, ou Fort d'autre de la dit Terre de Labort, & le Seignur d'icell Hoſtiell ou il ſe Retreet face, ou permette eſtre fait Defence ou Rebellioun, que, en icell Cas, lez ditz Ballye & Bonez Gentz ſoient tenuz de Requerer le Seignur, que le dit Mauſefour ou Mouſefours avera Reſceuz, que lez y Lyvere & Baille pur faire de li complement de Juſtice, ſolonc le Cas que fait avera, & Satisfaction due a Partie,

Et, ſi Cas ſoit que le Seignur, qui avera Reſceu le Mauſefour, ne Ly voille Lyverer au Seignur, que le Baillye, oue lez ditz Gentz, puiſſent Combatre ou Force le dit Hoſtiell, & Prendre Li, & les Mauſefours, & touz les que les Reſceyvereront ou ferront Aide, & faire de lour compliment de Juſtice, & avoir aux Action contre le Reſceyvour ou Defendent, & ſes Biens & Choſes, come contre le dit Mauſefour,

Et, ſi le Mauſefour ſe face Fugitif de la dite Terre, & ait Biens & Choſes en la Terre de Labort, que d'icelles Biens & Choſes ſoit fait Reſtitucion, Eſmendez, & Paiement au Domage, & le plus Confiſque a noſtre dit Seignur le Roy.

ITEM, lez ditz Gentz ce ſount Promis & Jurez entre lour que, ſi aucune Lacaye ou Eſquier, ou autre, que ne ſemble de bone Vie, & fuiſſe Eſtranger ou Suſpeccious, viegne en la dite Terre de Labort, & demurroit la par Trois ou Quatre Jours, que Homme Le jette fors de la Terre, ſi non que monſtre Homme Gentif, ou autre de la Terre de Labort, que li Maienteigne & Avowe de ſa Mayntenance, VIII. 135.

Et, ſi apres enſuiant que ſoit Avowe ſur la Mayntenance d'aſcun, le dit Eſtraunger face ou commette aucun Pillourie, Robberie, ou autre Forfait en la dit Terre de Labort, a les ditz Gentz d'icelle, ou d'autres Eſtrangers, que, en icelle Cas, les touz enſemblez, oue le dit Baillye, ſoient tenuz de Conſtreinder & Compeller, par voie de Juſtice, icelluy, deins la Maintenance de quoy avera Treſpaſſe,

Et, ſi celluy, qui li Maintiendra, le voille a connadar devant, & prover q'il avoit Delinque, que ſoit tenu de Denuncier ce Publicament au Seignur, ou en l'Egliſe de la Paroche, ou ſerra en jour de Feſt la & quant le greindre copie du Poeple ſerra ajuſtee pur oier lour divine Service, &, ſi non ce face faire, que ſoit tenu du Delinquement, enſi come dit eſt, & coupable.

ITEM, lez ditz ce ſont Promis & Jurez, entre lour, que le dit Ballye ajuſte, Trois foitz l'An, Deux bones Prodomes, de cheſcun Paruche, a lour Court, pur mettre a due Execuſion la preſent Ordenacion, & les Choſez contenuz en icelle, le quelx aient principalment la charge de la dit Ordinacion & Choſes ſuſditz.

Et que icelx Deux Prodomes ſoient eſluz, cheſcun An, par les Paroches, dont ferront apres le Mandement du dit Baillye,

Et ſoient tenuz lez ditz Deux Hommes, de Sacrement au Seignur, que bien & loialment ſe porteront, en droit de dit Execucion

Digitized by Google

Nos,

Attendentes quòd conſimiles Ordinationes, per cariſſimum Patrem noſtrum defunctum, dùm Dux Aquitaniæ extiterat, Acceptæ, approbatæ, & eiſdem Probis Hominibus, pro Termino Quatuor Annorum jam elapſorum, conceſſæ fuerant, ſicut per Literas Patentes ipſius Patris noſtri, coram Nobis in Cancellaria noſtra oſtenſas, ſatis liquet,

Dictas Ordinationes, Nobis ſic exhibitas, quatenus cum Juſtitia poterimus, ad Supplicationem prædictorum Ligeorum noſtrorum, Acceptamus, Approbamus, & eas præfatis Ligeis noſtris, & Succeſſoribus ſuis, pro Termino Viginti Annorum proximò futurorum, juxta Vim, formam, & effectum Ordinationum prædictarum, Concedimus per Præſentes,

* VIII. 136. Dùm tamen Ordinationes illæ, pro bono & neceſſario Regimine Patriæ illius, utiles ſint & fructuoſæ, ac Nobis, & * Hæredibus noſtris, Ducibus Aquitaniæ, in aliquo præjudiciales non exiſtant, ac præfati Ligei noſtri talia Sacramenta pro debita obſervatione Ordinationum prædictarum præſtent, qualia tempore dicti Patris noſtri præſtiterunt.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo tertio die Martii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*Pro Domino de Duras.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Ibid. m. 11.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Conſtat nobis, per Inſpectionem Rotulorum Cancellariæ Domini *Ricardi* nuper *Regis Angliæ* Secundi poſt Conqueſtum, quòd idem nuper Rex Literas ſuas Patentes nuper fieri fecit in hæc verba,

RIchardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, Omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos,

Decimo octavo die Aprilis, Anno Regni noſtri Primo,

De Gratia noſtra ſpeciali, & pro bono Servitio, quod, dilectus & fidelis noſter, *Gaillardus Durford*, Dominus de Duras & de Blanqueford, Nobis impendit, & impedet in futurum, & pro eo quòd ipſe, occaſione præſentis Guerræ, majorem partem Terrarum ſuarum in Dominio noſtro Aquitaniæ amiſit, ſicut ſumus informati,

CONCESSERIMUS *prædicto Gaillardo* DUCENTAS LIBRAS STERLINGORUM Regni noſtri Angliæ, vel Valorem ejuſdem Summæ in alia Moneta, percipiendas, Annuatim, ad Terminos Sancti Michaelis & Paſchæ, per æquales Portiones, per manus Conſtabularii noſtri Burdegaliæ qui pro tempore foret, de Exitibus Receptæ ſuæ, quouſque prædictus Gaillardus Terras ſuas prædictas recuperaverit, vel Nos ſibi, de valore dictæ Summæ Annuæ, in forma prædicta habendæ, fecerimus provideri, prout in Literis noſtris prædictis plenius continetur,

Et ita exiſtat, quòd poſtmodùm, dilectus & fidelis noſter, *Johannes Dominus de Nevill*, Locum noſtrum tenens in partibus Aquitanniæ, DEDIT & CONCESSIT, per Literas ſuas Patentes, *præfato Gaillardo*,

Pro bono Servitio ſuo, Domino E. nuper *Regi Angliæ* Avo noſtro & Nobis impenſo, & quòd prædictus Gaillardus Nobis indies impendit & impendet in futurum, ac habito reſpectu ad Amiſſionem Terrarum ſuarum prædictarum;

* cun d'eux, que de la dite Prevoſte, avecque tourz les Prouffitz, Feus, Cens, Rentes, Revenues, & autres Eſmolumens, a icelle appartenans, laiſſent, facent, & ſoeffrent Uſer & Joir paiſiblement le dit Sire de Duras juxte & ſelonc la Teneur & Purporte de ces noz Lettres Patentz,

Notithans, par ces Preſentz, que ceſte preſente Donacion Nous Lui avons fait par raiſon & deſcharge de Mil Livres Monoie courante, que noſtre dit Seignur le Roy Luy avoit Donne & Guarante de & ſur les Revenuz du Chaſtel de Bourdeaux.

Donne a *Bourdeaux* ſoubz le Seel Roiale de noſtre Office le quart jour de Mars, l'An de Grace Mille, Troiſcentz, Soixante Dys & huyt.

Nos,

De Gratia noſtra ſpeciali, & pro eo quod idem *Gaillardus* Literas noſtras prædictas, ſibi de dictis Ducentis Libris Annuis ſic factas, in Cancellaria noſtra reſtituit Cancellandas,

Eaſdem Donationem & Conceſſionem præfati Locum noſtrum tenentis, juxta Tenorem Literarum ſuarum prædictarum, Tenore Præſentium, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, Habendam dictam Præpoſituram, cum Proficuis, Feodis, Cenſibus, Redditibus, & Emolumentis ad eam pertinentibus, ut prædictum eſt, pro termino vitæ prædicti Gaillardi, vel quouſque ſibi de valore ejuſdem Præpoſituræ, cum Pertinentiis, in alio loco competenti, infra Dominium noſtrum Aquitanniæ, pro termino vitæ ſuæ, provideri fecerimus, & pro bono Servitio, quod ipſe Nobis impendit & impedet ut prædictum eſt, & in Recompenſationem Amiſſionis ſuæ prædictæ, ac plenam Satisfactionem Ducentarum Librarum Annuarum ſupradictarum.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Junii, Anno Regni noſtri Quarto.

Nos,

Pro eo quòd Literæ prædictæ cauſaliter ſunt Amiſſæ,

Tenorem Irrotulamenti earundem Literarum, ad Requiſitionem præfati Gaillardi, duximus Exemplificandum per Præſentes.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſeptimo die Aprilis.

---

*De Præpoſitura Baionæ conceſſa Domino de Duras.*

UNiverſis & ſingulis, præſentes Literas inſpecturis, *Præpoſitus Regius* Præpoſituræ Regiæ Umbrariæ Burdegaliæ, pro, Excellentiſſimo Principe & Sereniſſimo Domino noſtro, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Rege* Salutem, & præſentibus dare & fidem plenam ubique adhibere. Ann. D. 1400. An. 1 H. 4. Ex Orig. Penes Cleric. Pell.

Noveritis quòd,

Anno & Die infraſcriptis,

Sedentes, pro Tribunali, in Judicio & Audientia publica Curiæ noſtræ,

Vidimus, Tenuimus, Palpavimus, Inſpeximus, ac perlegi palàm, & publicè inſpici [illegible]imus, coram nobis, per Clericum ſive Scribam Curiæ noſtræ infraſcriptum, quaſdam Patentes Literas, claræ memoriæ, Excellentiſſimi Principis, & Sereniſſimi Domini noſtri, Domini *Henrici*, *quondam Angliæ & Franciæ Regis*, ſuo Magno Sigillo, cum Cera Alba impendenti,

Non Vitiatas, non Cancellatas, Abolitas, nec in aliqua ſui parte Suſpectas, ſed prorſus ſanas & integras, omni vitio & ſuſpitione carentes, prout in eiſdem legebatur, ut primâ facie apparebat,



Digitized by Google

ſentium publicamus, ut hujuſmodi Tranſumpto Publicato, ſeu Vidimus Inſtrumento, tàm in Judicio, quàm extra Judicium, & alibi ubique deinceps, in omnibus & per omnia, fides plena adhibeatur, prout per Præſentes adhiberi Decernimus, ſicut vero Originali Literarum Regiarum prædictarum, eidemque Tranſumpto Publicato ſeu Vidimus Inſtrumento Auctoritatem noſtram interpoſuimus ordinariam, & Tenore Præſentium interponimus pariter & Decretum.

In cujus rei Teſtimonium præſentes Literas fieri fecimus Patentes.

Datum Burdegaliæ ſub Sigillo noſtræ Curiæ decimo octavo Menſis Januarii, Anno Domini Milleſimo, Quadrageſimo, triceſimo ſexto.

*Corourlli de Pp^to Clerici Curiæ factâ Collatione cum vero Originali.*

*Sub Sigillo rubeo.*

---

*Ad Abbatem de Sancto Albano, de Arraiatione facienda contra Inimicos Franciæ, Villas maritimas invaſuros.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Clauſ. 1. H. 4. p. 1. m. 19. REX, dilecto ſibi in Chriſto, Abbati de Sancto Albano, Salutem.

Satis informati eſtis qualiter Inimici noſtri Franciæ, & alii ſibi Adhærentes, Facinora ſua erga Nos, & Ligeos noſtros, licet indirectè, de die in diem circumquaque oſtendentes, cum magna Claſſe Navium, cum maxima Multitudine Armatorum & Bellatorum, ſupra Mare congregati, diverſas Villas Invadere, ac Nos, & Regnum noſtrum prædictum, necnon Populum noſtrum per Terram & per Mare deſtruere, & Eccleſiam Anglicanam ſubvertere, cum omnibus Viribus intendunt & proponunt,

Per quod, Volentes Salvationi dicti Regni, & Populorum noſtrorum, ac Eccleſiæ Sanctæ, contra Malitiam ipſorum Inimicorum, operante Altiſſimo, providere, per diverſas Commiſſiones Aſſignavimus certos Fideles noſtros, in ſingulis Comitatibus Regni noſtri prædicti, ad Arraiandum, & Arraiari & Armari faciendum, omnes Homines Defenſabiles (videlicet) quemlibet eorum juxta Statum & Facultates ſuas, & eos Arraiatos, Armatos, & Munitos, in Arraiatione hujuſmodi teneri faciendum, ſic quòd ſemper prompti ſint & Parati, ad Proficiſcendum in Defenſionem Regni noſtri prædicti, ubi, ac quotiens, & quando ex Hoſtium Incurſibus Periculum imineat, aut neceſſe aliquale advertentes,

Verò quòd Vos & cæteri Prælati, ac totus Clerus dicti Regni, unà cum aliis Fidelibus noſtris, ad Reſiſtendum dictis Inimicis, pro Salvatione Sanctæ Eccleſiæ & ejuſdem Regni, Manus tenemini apponere adjutrices,

* VIII. 139. * Vobis, in Fide & Dilectione quibus nobis tenemini, firmiter Injungimus & Mandamus quatinus, conſideratis gravibus Dampnis & Periculis iminentibus, per Aggreſſus Inimicorum noſtrorum prædictorum, voſmet ipſos, ac omnes Priores, Religioſos, & alias Perſonas Eccleſiaſticas qualcumque Veſtræ Juriſdictionis exemptæ, quacumque dilatione poſtp[illegible]a, armari & arraiari, & Armis competentibus (videlicet) que[illegible]libet eorum juxta Statum, Poſſeſſiones, & Facultates veſtras, Muniri, & eos in Millenis, Centenis, & Vintenis poni faciatis,

Ita quòd vos prompti ſitis & parati ad Mandatum noſtrum, ipſique Priores, Religioſi, & aliæ Perſonæ Eccleſiaſticæ prompti ſint & parati, ad Mandatum veſtrum, ad proficiſcendum, unà cum aliis Fidelibus noſtris, contra dictos Inimicos noſtros, infra dictum

*huj*uſ*modi Liberatis, ſuper Fronteris & Marchiis Regni Angliæ, tempore Guerræ, uti poſſint,*

*Et quòd Omnes illi qui laborare volunt, & verſus partes Tranſmarinas* pro Honore quærendo *tranſeunt, eâdem Liberatâ in Partibus illis uti poſſint abſque impedimento ſeu impetitione quacumque,* prout in Statuto prædicto plenius continetur,

Nos,

Volentes dictum Statutum inviolabiliter obſervari,

Vobis Præcipimus, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis Præſentibus, Statutum illud in Civitate prædicta, & Suburbiis ejuſdem, ubi meliùs expedire videritis, ex parte noſtra, jam de novo publicè Proclamari, &, quantum in vobis eſt, firmiter teneri & obſervari faciatis, juxta formam & effectum ejuſdem;

Et ulteriùs omnes & Singulos Valettos, quos in contrarium dicti Statuti de cætero inveneritis facientes, & præſertim illos qui in Hoſpitio noſtro non fuerint commorantes, ſine dilatione Areſtetis, & Priſonis noſtris mancipetis, in eiſdem detinendos quouſque aliud vobis inde duxerimus demandandum.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxiv die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

---

* *De Protectione & Salvo Conductu, ad Facta Armorum facienda.* * VIII. 140.

REX Univerſis & ſingulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Franc. 1. H. 4. m. 8.

Sciatis quòd ſuſcepimus in Protectionem & Defenſionem noſtras ſpeciales, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum *Karolum Sauviſy* Chivaler, & *Ectorem de Fontbirant* Armigerum, in Regnum noſtrum Angliæ, per Dominium & Poteſtatem noſtra, tàm per Terram, quàm per Mare, cum Centum Perſonis, quas eligere voluerint, in Comitiva ſua, tàm per Villas firmatas, quàm alibi, ad certa Facta Armorum infra idem Regnum noſtrum facienda, veniendo, ibidem morando, & exinde ad Propria redeundo, *&c. prout in cæteris de Conductu Literis, cum hac Clauſula* (videlicet)

Proviſo ſemper quòd iidem Karolus & Ector, ac Perſonæ prædictæ, in Introitu ſuo infra Dominium & Poteſtatem noſtra, coram aliquo Officiariorum ſeu Miniſtrorum noſtrorum, Sacramenta præſtent corporalia quòd ipſi aliqua, Nobis, ſeu Regno noſtro Angliæ, aut Legibus ejuſdem præjudicialia, non faciant, nec fieri aut proſequi procurabunt quovis modo, & quòd ipſi, ad Introitum ſuum cujuſlibet hujuſmodi villarum Firmatarum, præſentes Literas noſtras, de ſalvo Conductu, Majoribus, Ballivis, aut Cuſtodibus earumdem demonſtrent, quodque nulla Perſonarum prædictarum Proditor noſter, ſeu extra Regnum noſtrum prædictum Abjudicata vel Bannita exiſtat.

In cujus, &c. per Quatuor Menſes proximò futuros duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxvii die Aprilis.

*Per ipſum Regem.*

*Super*

Digitized by Google

H. 4. Vaſc. 1. H. 4. m. 9.

tur,

Nos, ejuſdem Ducatûs utilitati & quieti proſpicere cupientes,

Ac de Fidelitate, induſtria, & circumſpectione, Venerabilis Patris *Archiepiſcopi Burdegalenſis*, ac dilecti & fidelis Conſanguinei noſtri *Hugonis le Deſpenſer* Militis, necnon dilecti Clerici noſtri Magiſtri *Henrici Bowet* utriuſque Juris Doctoris, ac dilecti & fidelis Militis noſtri *Johannis Trailly* Majoris Civitatis noſtræ Burdegaliæ, plenè confiſi,

Eoſdem Archiepiſcopum, Hugonem, Henricum, & Johannem, Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum alterum dictorum Militum unum eſſe volumus) de aviſamento Concilii noſtri Fecimus, Ordinavimus, & Deputavimus, ac, Tenore Præſentium, Facimus, Conſtituimus, Ordinamus, & Deputamus noſtros Procuratores, Actores, Attornatos, & Commiſſarios,

Dantes & Concedentes eiſdem Poteſtatem generalem, & Mandatum ſpeciale, ad Recipiendum, Adquirendum, Nanciſcendum, & Adipiſcendum, noſtro Nomine, & pro Nobis, plenam, liberam, veram, integram, realem, & corporalem Poſſeſſionem, ſeu quaſi, & Seiſinam totius dicti noſtri Ducatûs Aquitaniæ, & cujuſlibet Partis ejuſdem, cum mero & mixto Imperio, altâ & baſſâ Juriſdictione, Vocatione & Ditione quibuſcumque, ac omnibus aliis Juribus & Pertinentiis univerſis,

Necnon ad Jurandum, & Juramentum præſtandum in Animam noſtram, de Tenendo & Obſervando omnia & ſingula Privilegia, Libertates, Francheſias, Statuta, Foros, Conſuetudines, Uſus, & Obſervantias Eccleſiarum, Prælatorum, & Eccleſiaſticarum Perſonarum, Patriarum, Provinciarum, Terrarum, Comitum, Vicecomitum, Baronum, Civitatum, Villarum, Locorum, Caſtrorum, Quæ & Quas, retroactis temporibus, Subditi, Habitatores, & Incolæ dicti Ducatûs noſtri habuerunt, & in quibus extiterunt, & per Progenitores ac Anteceſſores noſtros, in Nova eorum Receptione, & Poſſeſſionis adeptione prædicti Ducatûs, eſt fieri conſuetum,

Ac etiam ad Recipiendum & Admittendum Homagia, & Juramenta fidelitatis, ab omnibus Ligeis & Subditis noſtris ibidem, tam Prælatis & Nobilibus, quàm Communitatibus ejuſdem Ducatûs,

Atque ad Recipiendum & Admittendum ad noſtras Pacem & Gratiam, ſi & prout eiſdem Procuratoribus noſtris ad Utilitatem & Honorem noſtros expedire videbitur, omnes & ſingulos Inimicos & Rebelles noſtros, qui ad obedientiam noſtram venire voluerint,

Et Pardonandum & Remittendum quibuſcumque Gentibus, etiam ſi Anglici, Wallici, Scoti, Hibernici, Vaſcones, Francigenæ, ſeu cujuſcumque alterius Nationis exiſtant, quæcumque Crimina Læſæ Mageſtatis, Roberias, Latrocinia, Pilerias, Murdras, ac omnia alia & ſingula Crimina, Tranſgreſſiones, & Meſpriſiones de temporibus retroactis, tàm contra Cariſſimum Patrem noſtrum Ducem Lancaſtriæ, quàm Progenitores & Prædeceſſores noſtros Reges Angliæ, Facta & Perpetrata,

Necnon illos, qui in dicto Ducatu inter ſe Diſcordias ſuſcitant, & per modum Partium abinvicem ſunt diviſi, mediantibus amicabilibus Tractatibus & Ordinationibus, ad Unitatem & Bonum concordiæ Revocandum,

Ac ad faciendum Congregationes Gentium Armorum pro Facto Guerræ, ac etiam Equitationes, & Ponendum Obſidiones pro Cuſtodia Villarum & Fortalitiorum, ſeu pro alia quacumque Cauſa, ſecundum quod Caſus exegerit,

Et ad faciendum & Compellendum eaſdem Gentes Mandatis &

---

*De Treugis Franciæ Obſervandis.*

LE Roi a tous ceulx, qui ces Lettres verront, Salut. Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Franc. 1. H. 4. m. 12.

Come, l'An de Grace Mille ccc. lxxx. & xvi.

Vivant lors feu noſtre treſchere Couſin *Richart*, de bonne Memorie, n'adgairs *Roi d'Engleterre*, noſtre Predeceſſour, que Dieu aſſoille,

Certaines Trieues generales euſſent eſte Prinſes, ſur certaine forme, entre le dit n'adgairs Roy d'une part, & noſtre *Couſin de France* d'autre,

Les queles Trieues feurent ſolennement Jurees, & Promiſes a Tenir d'une part & d'autre, ſicome es Lettres ſur ce faites eſt plus a plein contenu,

Savoir faiſons que Nous,

Qui en ce Fait, & tous autres, voulons proceder de bonne Foy,

N'entendiſmes onqes, ne entendons venir aucunement contre ce, que en ceſte matere avons Promis & Jure; mais voulons Tenir, & faire Tenir de noſtre part, ſanz enfraindre, les dites Trieues, leur temps durant, ainſi come Promis & Jure l'avons.

En Teſmoing de ce nous avons fait mettre a ces Lettres noſtre Seel.

Don. en *noſtre Palais de Weſtm.* le xviij jour de May l'An de Grace Mille Quatre Centz, & de noſtre Roialme Primer.

*Par le Roi en ſon Conſeil.*

LE Roi a tous ceulx, *&c. ut ſupra uſque ibi*, mais voilons, *& tunc ſic*, & Promettons Tenir & faire, *&c. ut ſupra*. Ibid.

Don. ut ſupra.

*Par le Roi en ſon Conſeil.*

---

*De Concordando ſuper Reſtitutione Reginæ.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri *Waltero* eadem gratiâ *Epiſcopo Dunolmenſi*, ac Cariſſimo Conſanguineo ſon *Thomæ Comiti Wygorniæ*, necnon, dilectis & fidelibus ſuis *Willielmo Heron Militi* Domino de Say, & Magiſtro *Ricardo de Holm* Canonico Eccleſiæ Cathedralis beati Petri Eborum, Salutem. Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Ibid. m. 3.

Sciatis quod Nos,

De Fidelitate, legalitate, & induſtria veſtris providis, pleniſſimè confidentes,

* Ad Reſpondendum Requiſitionibus, factis ſuper Reſtitutione Cariſſimæ Conſanguineæ noſtræ *Iſabellæ Reginæ Angliæ* ac Bonorum & Jocalium ſuorum faciendâ, ſuper eiſdem Tractandum, Appunctuandum, & finaliter Concordandum, cum Cariſſimo *Conſanguineo noſtro Franciæ*, ſeu ipſius Ambaſſiatoribus, Procuratoribus, Nunciis, aut Deputatis, ſufficientem Poteſtatem ab ipſo Conſanguineo noſtro Franciæ ad hoc habentibus, * VIII 143.

Vobis Quatuor, & Tribus veſtrûm (quorum alterum veſtrûm, vos præfati Epiſcope & Comes, unum eſſe volumus) Plenam, Tenore Præſentium, Committimus & Conferimus Poteſtatem,

Cæteraque omnia & ſingula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, ac quæ Qualitas & Natura Negotii hujuſmodi exigunt & requirunt, & Quæ Nos faceremus, ſeu facere

poſſe-

Digitized by Google

## *Pro Abbatia de Feſcamp de Libertatibus allocandis.*

Ann. D. REX, Juſticiariis ſuis de Banco, Salutem.
1400. Supplicavit Nobis *Hugo Veretot*, Monachus & Procurator
An. 1. in Regno noſtro Angliæ Abbatiæ de Feſcamp in Normanniâ, ut,
H. 4. Cùm idem Abbas, per Cartas Progenitorum noſtrorum, quon-
Claus. 1. dam Regum Angliæ, diverſas habeat Libertates, quibus ipſe, &
H. 4. Prædeceſſores ſui, Abbates Loci prædicti, a tempore Confectio-
p. 2. m. nis Cartarum prædictarum, ſemper hactenus rationabiliter uſi ſunt
19. & gaviſi, ſicut per inſpectionem Rotulorum, & Memorando-
rum, coram Vobis, in Banco prædicto, ut dicitur, reſidentium,
plenius poterit apparere,

Ac Nos Cuſtodiam omnium Terrarum, Tenementorum, Poſ-
ſeſſionum & Libertatum, cum pertinentiis, quæ ſunt de Abbatia
prædicta, in Regno noſtro prædicto, præfato Hugoni Commiſe-
rimus, Habenda, a Feſto Sancti Michaelis ultimo præterito, ad
Terminum Vitæ ſuæ, durante Guerra inter Nos & illos de Fran-
* VIII. cia, reddendo inde Nobis * per Annum, ad Scaccarium noſtrum,
144. antiquam Firmam Quadringentarum Marcarum, prout ſolebat red-
di tempore Regis E. Primi, ad Terminos Paſchæ & Sancti Mi-
chaelis, per æquales Portiones, prout in Literis noſtris Patenti-
bus, inde confectis pleniùs continetur,

Velimus jubere quòd idem Hugo Libertatibus prædictis, coram
vobis, uti & gaudere valeat prout decet,

Nos,

Libertates præfati Abbatis, quamdiu Terras, Tenementa, &
Poſſeſſiones prædicta ſic in manu noſtra remanere contigerit, no-
lentes, deperire,

Vobis Mandamus quòd, viſis Rotulis & Memorandis prædictis,
ipſum Hugonem omnibus Libertatibus, quibus, per Inſpectionem
eorumdem Rotulorum & Memorandorum, vobis conſtare pote-
rit præfatum Abbatem ſeu Prædeceſſores ſuos coram vobis, ſeu
coram nuper Juſticiariis *Ricardi* nuper *Regis Angliæ* Secundi poſt
Conqueſtum, de Banco veſtro uti & gaudere permittatis, juxta
Tenorem Cartarum prædictarum prout idem Firmarius uti debet,
dictuſque Abbas, & Prædeceſſores ſui Abbates Loci prædicti, &
eorum Procuratores, Libertatibus illis a tempore prædicto ſemper
hactenus uti & gaudere conſueverunt.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xx die Maii.

---

## *De Treugis, ex parte Angliæ & Franciæ Confirmatis, Adverſario Scotiæ Notificandis.*

Ann. D. LE Roy a touz ceux, qi ceſtes noz Lettres verront ou orront,
1400. Saluz.
An. 1. Come les Trieues,
H. 4. L'An de Grace Mille CCC. lxxx. & xvi. Priſes & Accordez
Franc. 1. parentre, noſtre treſchere Couſin & Predeceſſour, *Richard*, de
H. 4. m. bone memoire, *& d'Angleterre & de France* (que Dieux aſſoille)
6. & *Charles noſtre Adverſaire de France*, pur eux, lour Succeſſours
Rois, lour Roialmes, Terres, Seignuries & Subgiez, & pur lour
Alliez, lour Roialmes, Terres, Seignuries & Subgiez,

Soient, par meſme noſtre Adverſaire & Nous jade Novel Af-
fermees, ſicome par les Lettres, de meſme noſtre Adverſaire &
de Nous ent faites deſouz noz Grantz Sealx, purra plus plaine-
ment apparoir; dont les tenours s'enſuent,



Foye,

N'entendiſmes onqes, ne entendons, venir aucunement contre
ce, que en ceſte Matere avons Promis & Jure; marz voulons
Tenir, & faire Tenir de noſtre part, ſanz enfraindre, les dites
Trieues, leur temps durant, ainſi comme Promis & Jures l'avons.

En teſmoign de ce Nous avons fait mettre a ces Lettres noſ-
tre Seal.

Don. en noſtre *Palays de Weſtm.* le xviij jour de May, l'An de
Grace Quatre Cens, & de noſtre Regne Primer,

Nous,

Confiantz de les Sens, loialtees, & prudences de, noſtre chier
& foial, *Gerard Heron* Chivaler, & de, noz amez Clerc & Eſ-
quier, Meſtre *Alem Newerk & Johan Mitford*,

Yceux Troys, & Deux de eux,

Avons Ordenez & Commys, Ordenons & Commettons, pur
& en Noun de Nous, noz Procureurs & Meſſages, donantz a
eux, Plein Poair, Auctorite, & Mandement eſpecial pur Noti-
fier la dite Affermance a noſtre *Adverſaire d'Eſcoce*, d'accepter,
Jurer, & Fermer par touz les Seignurs, Officers, & Subgitz ſuſ-
ditz, de Tenir & Garder les dites Trieues, & auxi de Reparer
duement tourz les Attemptatz, faitz contre meſmes les Trieues,
ſolonc la Forme & Teneure d'icelles, en Cas q'ils veulent eſtre
Compris en meſmes les Trieues, & enjoier la Benefice d'icelles,

Et Promettons avoir Ferme & Eſtable ce que noz ditz Procu-
reurs, ou Meſſages, Trois, ou Deux de eux, ferront, en celle
partie.

En Teſmoignance de quelle Choſe avons fet mettre noſtre Grand
Seal a ces Preſentes.

Don. a *noſtre Palys de Weſt.* le xxiv jour de May, l'An du
Grace CCCC, & de noſtre Regne Primer.

*Per ipſum Regem.*

---

## *Pro Johanne de Brederode, Hommagiali Regis.*

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis Quod, 1400.
Pro eo quòd, Nobilis & Reverendus Vir, *Johannes Syres de* An. 1.
*Brederode* & de Ghemp fidelis Homagialis & Vaſſallus noſter ex H. 4.
mero motu ſuo devenit, & ſuper hoc Homagium & Fidelitatem Ibid. m.
Nobis fecit, ac hujuſmodi Fidelitatis & Homagii Sacramentum in 4.
forma debita & conſueta præſtitit,

Et quòd ipſe, de cætero, durante Vitâ ſuâ, erit Nobis & Re-
giæ Majeſtati noſtræ Fidelis, Homagialis, Vaſſallus, & Homo
ligeus noſter, Bonumque noſtrum ubique procurabit, & Malum
noſtrum pro ſuo Poſſe evitabit, ac omnia alia faciet, quæ & prout
Fidelis, Homagialis, Vaſſallus, & Homo Ligeus Domino ſuo fa-
cere debet ex conſuetudine & de jure,

De Gratia noſtra ſpeciali Dedimus & Conceſſimus
eidem *Johanni*, in Feodum & loco Feodi, quandam Penſionem
Centum Librarum, ſive Treſcentorum Nobilium Monetæ Angli-
canæ, Percipiendarum, ad totam Vitam ipſius Johannis, ad Scac-
carium noſtrum, in Pilario noſtro Weſtmonaſterienſi juxta Civi-
tatem noſtram Londoniæ, ad Terminos Sancti Michaelis &
Paſchæ, per æquales Portiones.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras Patentes fieri, &
Magni Sigilli noſtri munimine fecimus conſignari.

Dat. apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Maii.

*Per ipſum Regem.*

*De*

Digitized by Google

An. 1. H. 4. Franc. 1. H. 4. m. 6.

Cùm, Nobilis Vir, *Donaldus de Inſulis*, & *Johannes* Frater ejus, in Regnum noſtrum Angliæ, cum Centum Equitibus, ad Tractandum Nobiſcum ſeu aliis Fidelibus & Secretariis noſtris, quos ad hoc deputaverimus, ſit venturus, ſuſcepimus ipſos Donaldum & Johannem, ac Equites prædictos, necnon eorum Servientes, Magiſtros & Marinarios Navium eos Ducentium, ac eaſdem Naves, veniendo infra Regnum noſtrum prædictum, tàm per Terram, quàm per Mare, ibidem morando, & exinde redeundo, in Protectionem & Defenſionem noſtram ſpecialem, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c. per dimidium Annum duraturas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſecundo die Junii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

---

*De feſtinando ad Regem, verſus partes Scotiæ profecturum.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Clauſ. 1. H. 4. p. 2. m. 16 d.

REX, Vicecomiti Eborum, Salutem.

Præcipimus Tibi quòd ſtatim, viſis Præſentibus, in Singulis Civitatibus, Burgis, & Villis Mercatoriis, ac aliis Locis in Balliva tua, ubi magis expediens fuerit & neceſſe, Publicè, ex parte noſtra, Proclamari facias quòd omnes & ſinguli Milites, Armigeri, & Valetti,

Qui aliqua Feoda, Vadia, ſive Annuitates, ex Conceſſione Domini E. nuper *Regis Angliæ* Avi noſtri, vel Domini *Edwardi* nuper *Principis Walliæ* Avunculi noſtri, ſeu Cariſſimi Domini & Patris noſtri *Johannis* nuper *Ducis Lancaſtriæ*, aut Domini *Ricardi* nuper *Regis Angliæ* Secundi poſt Conqueſtum, per Nos Confirmata, ſeu ex Conceſſione noſtra, habent & percipiunt, & in Corpore ad Laborandum potentes exiſtunt,

Penes Præſentiam noſtram, apud Eborum, vel alibi, ubi fuerimus (ſub Pœna Amiſſionis Feodorum, Vadiorum, & Annuitatum ſuorum prædictorum) ſe trahant, properent, & feſtinent,

Ita quòd ſint ibidem, ad Feſtum Nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ proximò futurum ad ultimum, benè & ſufficienter in Armatura & Equitatura, ac alio modo de Guerra, Muniti & Arraiati (videlicet) quilibet eorum juxta Status ſui exigentiam,

Nobiſcum, in Obſequio noſtro, verſus partes Scotiæ, in Salvationem & Defenſionem Regni noſtri Angliæ, profecturi;

Et hoc, ſub Forisfactura Omnium quæ Nobis forisfacere poteris, nullatenus omittas.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ix die Junii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

*Conſimilia Brevia diriguntur Singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario Regis in Comitatu ſuo Palatino Lancaſtriæ.*

---

• VIII. 147.

• *De non moleſtando Alligatos Franciæ quoſcunque, præter Scotos.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Clauſ. 1. H. 4. p. 1. m. 1. d.

REX Vicecomitibus Londoniæ, ac Cuſtodibus Paſſagii in Portu ejuſdem Villæ, Salutem.

Præcipimus vobis, firmiter injungentes, quòd ſtatim, viſis præſentibus, in Singulis Locis Civitatis prædictæ & Suburbiorum ejuſdem, ubi magis expediens fuerit & neceſſe, Publicè ex parte noſtra Proclamari faciatis,



*Ballivis Villæ Sandewici, ac Cuſtodibus &c.*
*Ballivis Villæ de Melcumbe, ac Cuſtodibus &c.*
*Majori & Ballivis Villæ Dovorr ac Cuſtodibus &c.*
*Ballivis Villæ Dertemuth, ac Cuſtodibus &c.*
*Ballivis Villæ de Sto. Botho ac Cuſtodibus &c.*
*Majori & Vic. Villæ novi Caſtri ſuper Tynam, ac Cuſtodibus &c.*
*Ballivis Villæ Berewici ſuper Twedam, ac Cuſtodibus &c.*
*Majori & Ballivis Villæ de Kyngeſton ſuper Hull, ac Cuſtodibus &c.*
*Ballivis Villæ de Lyverpole, ac Cuſtodibus &c.*
*Majori & Ballivis Villæ de Sutht. ac Cuſtodibus &c.*
*Ballivis Villæ de Milford in Wallia, ac Cuſtodibus &c.*
*Ballivis Villæ de Bruggewater, ac Cuſtodibus &c.*

---

• VIII. 148.

* *Pro Henrico Regis Primogenito.*

Ann. D. 1400. An. 1. H. 4. Clauſ. 1. H. 4. p. 2. m. 12.

REX, dilecto ſibi in Chriſto, *Priori de Coventre*, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, Salutem.

Cùm Dominus E. nuper *Rex Angliæ* Avus noſter (volens Perſonam *Edwardi Filii ſui Primogeniti* honorari) eidem Filio ſuo NOMEN ET HONOREM DUCIS CORNUBIÆ,

De Communi Aſſenſu & Conſilio Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum de Concilio ſuo, in Parliamento ſuo, apud Weſtmonaſterium, die Lunæ proximo poſt Feſtum Sancti Mathiæ Apoſtoli, Anno Regni ſui undecimo, exiſtente,

DEDERIT, ipſumque in Ducem Cornubiæ PRÆFECERIT,

Ac, inter alia Terras & Tenementa,

Eidem Duci, ſub Nomine & Honore Ducis dicti Loci, per Cartam ipſius Avi noſtri, data & conceſſa,

Idem Avus noſter, primo die Octobris, Anno prædicto, CONCESSERIT, pro Se, & Hæredibus ſuis, & per Cartam ſuam CONFIRMAVERIT, quòd Quaterviginti & Decem & Octo Librat. Sex Solidat. & Octo Denariat. Redditus, cum Pertinentiis, in Coventre,

Quas *Iſabella*, tunc *Regina Angliæ*, Mater ſua, tenuit ad Terminum Vitæ ſuæ,

Ita quòd, poſt Mortem ipſius Reginæ, Redditus prædictus, cum Pertinentiis, *Johanni de Eltham*, nuper Comiti Cornubiæ, & Hæredibus de Corpore ſuo procreatis,

Et eidem Avo noſtro & Hæredibus ſuis, poſt Mortem ipſius Comitis, ſi ipſe ſine Hærede hujuſmodi obiiſſet, Remanere debuiſſet,

Et,

Qui ad ipſum Avum noſtrum & Hæredes ſuos, poſt mortem ipſius Reginæ, reverti debuiſſet, eo quod ipſe nuper Comes obiit ſine Hærede de Corpore ſuo procreato,

Poſt mortem ejuſdem nuper Reginæ, præfato Duci, & ipſius ac Hæredum ſuorum Regum Angliæ Filiis Primogenitis, & dicti Loci Ducibus, in Regno Angliæ hæreditariè Succeſſuris, remaneret, HABENDUS & PERCIPIENDUS IMPERPETUUM,

Et quem quidem Redditum,

Inter alia Terras & Tenementa, eidem Duci, ſub Nomine & Honore Ducis dicti Loci, Data & Conceſſa,

Poſt Mortem præfatæ nuper Reginæ, prædicto Ducatui Idem Avus noſter, pro Se, & Hæredibus ſuis, Annecti voluit & Univi, eidem Ducatui IMPERPETUUM remanſurum, prout in Carta ipſius Avi noſtri, indè confecta, pleniùs continetur,

Ac Nos nuper, per diverſa Brevia noſtra, præceperimus diverſis

Viag. 1. ſtodibus Civitatum, Burgorum, & aliarum Villarum firmatarum;
H. 4. m. Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus
35. & Subditis noſtris, tàm per Terram, quàm per Aquam conſtitutis, infra Libertates & extra, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Cariſſimus Conſanguineus noſter, *Georgius Dunbarre*, Comes Marchiæ Scotiæ, infra Regnum noſtrum Angliæ, ad Colloquium nobiſcum habendum, venire proponat,

Nos, ea de cauſa, ſuſcepimus, & ſuſcipimus per Præſentes, in Protectionem & Defenſionem noſtram, necnon in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, ipſum Comitem, ac Homines & Familiares ſuos & eorum quemlibet, uſque ad Numerum Quinquaginta Perſonarum vel infra, tàm Equitum, quàm Peditum (cujuſcumque Statûs, Gradûs, ſeu Conditionis fuerint) veniendo infra Regnum noſtrum Angliæ, per Dominia & Poteſtatem noſtra, hujuſmodi Fortalitia Civitates, Burgos, & Villas firmatas (petitâ prius Licentiâ à Conſtabulariis ſive Cuſtodibus dictorum Fortalitiorum, Civitatum, Burgorum, & Villarum firmatarum) ingrediendo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo,

Et ideò vobis Mandamus, *&c. ut in ſimilibus de Conductu Literis, cum hac Clauſula, videlicet*,

Ac eidem Comiti, & Familiaribus ſuis prædictis, uſque ad Numerum prædictum vel infra, de Victualibus & aliis ſibi Neceſſariis, ac Viatoribus ſive Ductoribus Itinerum, pro Denariis ſuis rationabiliter in hac parte præſtandis, quotiens opus fuerit, miniſtretis ſeu miniſtrari faciatis,

Dummodo idem Comes, aut Homines, ſeu Familiares ſui prædicti, aliquod Dampnum ſive Præjudicium Nobis, ſeu Regno noſtro Angliæ, aut eorum Terris ſive Poſſeſſionibus quibuſcumque, Colore Præſentium, nullatenus faciant ſeu fieri procurent quoquo modo.

In cujus, &c. uſque Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum, duraturas.

Teſte Rege apud *Caſtrum ſuum de Pontefracto*, viceſimo primo die Junii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Nunciis Adverſarii Scotiæ.*

Ann. D. 1400. REX Univerſis & ſingulis Conſtabulariis, *&c. ut ſupra*, Salutem.

An. 1. Sciatis quòd,

H. 4. Cùm Magiſter *Johannes de Merton* Archidiaconus de Tevidale,
Ibid. & *Adam Forſter* Armiger de Scotia, ad Tractandum nobiſcum ſive Commiſſariis noſtris, pro parte *Roberti Adverſarii noſtri Scotiæ*, de Pace, ſive Treugis generalibus vel ſpecialibus, infra Regnum noſtrum Angliæ venerint,

Iidemque, Johannes & Adam, ab eodem Regno noſtro, verſus partes ſuas proprias tranſire, & exindè, penes Perſonam noſtram, ubicumque nos infra dictum Regnum noſtrum fore contigerit, ex cauſa prædicta redire ſe proponant,

Nos,

Pro Securitate prædictorum Johannis & Adæ, in hac parte, proſpicere volentes,

Suſcepimus & ſuſcipimus per Præſentes, *&c. prout ſupra in ejuſmodi de Conductu Literis*.

Per Decem Septimanas duraturas.

Dantes & Concedentes eiſdem, Alano & Johanni, plenam Poteſtatem & Mandatum ſpeciale ad Conveniendum, Tractandum, & Concordandum, nomine noſtro, cum Deputatis & Commiſſariis quibuſcumque *Roberti Adverſarii noſtri Scotiæ*, ſufficientem Poteſtatem habentibus ab eodem, ſuper Pace habendâ pro perpetuo inter Nos & dictum Adverſarium noſtrum, Regna noſtra, & Subditos noſtros,

Vel Treugis, generalibus ſeu ſpecialibus, Capiendis, Concordandis, & Firmandis, tàm per Terram, quàm per Mare, certo tempore duraturis,

Necnon omnia alia & ſingula Faciendum, Tractandum, & Concordandum, quæ circa Præmiſſa ſeu eorum Expeditionem neceſſaria fuerint aut etiam oportuna, etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per dictos, Alanum & Johannem, Deputatos noſtros Actum, Geſtum, aut Procuratum fuerit in Præmiſſis, ſeu quolibet Præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Civitatem noſtram Eborum*, viceſimo ſexto die Junii.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Hominibus & Mulieribus Villæ noſtræ Circeſtriæ.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd, 1400.

De Gratia noſtra ſpeciali & pro bono Servitio, quod dilecti Li- An. 1.
gei noſtri & Communes Villæ noſtræ de Circeſtre, tàm Homi- H. 4.
nes, quàm Mulieres, nobis impenderunt, circa Captionem *Comi-* Pat. 1.
*tum Kantiæ & Sarum*, & aliorum de eorum Rebelli Coniva, H. 4.

CONCESSIMUS eiſdem Hominibus, *Quatuor Damas* perci- p. 8. m.
piendas, tempore Seiſonæ, in Foreſta noſtra de Bradon, per Li- 39.
berationem Magiſtri Foreſtarii, vel ejus Locum tenentis ibidem, pro tempore exiſtentis, ac unum Dolium Vini percipiendum, ſingulis Annis, in Portu Villæ noſtræ Briſtolliæ, per manus Pincernæ noſtri ibidem pro tempore exiſtentis,

CONCESSIMUS etiam Mulieribus prædictis Sex Damos percipiendos, tempore Seiſonæ, in Foreſta noſtra prædicta, per Liberationem dicti Magiſtri Foreſtarii, * ſeu ejus Locum tenentis ibi- * VIII.
dem, pro tempore exiſtentis, ac unum Dolium Vini percipien- 151.
dum, ſingulis Annis, in Portu dictæ Villæ noſtræ Briſtolliæ, per Manus Pincernæ noſtri ibidem pro tempore exiſtentis, quamdiù nobis placuerit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quinto die Julii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

### *Pro Johanne Swynton.*

REX univerſis & ſingulis Conſtabulariis, Mareſcallis, &c. ad Ann. D.
quos, &c. Salutem. 1400.

Sciatis quòd, An. 1.

Cùm, ut accepimus, *Johannes Swynton*, de Scotia Chivaler, H. 4.
infra Regnum noſtrum Angliæ, penes Perſonam noſtram, certis Viag. 1.
de Cauſis, venire ſe proponat, H. 4. m.

Nos, ea de cauſa, ſuſcepimus & ſuſcipimus per Præſentes in 31.
Pro-

Digitized by Google

& Poteſtates noſtra fuerint, ipſoſque, per eadem Dominia & Poteſtates noſtra, verſus Partes ſuas prædictas, viis & modis quibus meliùs & ſecuriùs ſciveritis ſive poteritis, ducendum;

Et ideò Vobis, & alteri Veſtrûm Præcipimus, quòd circa Præmiſſa diligenter Intendatis, & ea faciatis & exequamini in Forma prædicta.

Damus autem univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & aliis Fidelibus, Ligeis, & Subditis noſtris, tàm infra Libertates quàm extra, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis vel alteri veſtrûm, in Executione Præmiſſorum, ſub Foriſfactura Vitæ & Membrorum, & omnium aliorum quæ nobis foriſfacere poterunt, Intendentes ſint, Conſulentes, Reſpondentes, Auxiliantes & Obedientes, quotiens & quando ſibi ſeu eorum alicui ſcire feceritis ex parte noſtra.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Eborum*, decimo ſexto die Julii.

*Per ipſum Regem.*

---

* VIII. 152.

## * *Pro Majore & Civibus Eborum.*

Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Ibid.* *m.* 34.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Major & Cives Civitatis Eborum* nuper Quingentas Marcas, in neceſſitate noſtra, antequam Regni noſtri Angliæ Gubernacula ſuſcepimus, & jam pro Expenſis Hoſpitii noſtri, in præſenti Viagio noſtro verſus partes Scotiæ, Mille Marcas Sterlingorum nobis mutuaverint,

Ipſique dictas Quingentas Marcas nobis in propria Perſona noſtra, & prædictas Mille Marcas dilecto Clerico noſtro *Johanni Legbourne* liberaverint,

Nos,

Eiſdem Majori & Civibus, tàm de dictis Quingentis Marcis, quàm de prædictis Mille Marcis, promptam & indubiam Solutionem fieri volentes in hac parte,

Conceſſimus præfatis Majori & Civibus quòd ipſi Solutionem, tàm de prædictis Quingentis Marcis, quàm de Mille Marcis ſupradictis, de Cuſtumis & Subſidio Lanarum, Coriorum, & Pellium Lanutarum, quæ, ſub nominibus ipſorum Majoris & Civium, ſeu alicujus eorum, in Portu Villæ de Kyngeſton ſuper Hull, in Navibus verſus partes Exteras Carcata & Eſkippata fuerint, ſeu Eſkippari ſive Carcari contigerint, uſque ad Summas prædictas, habeant & optineant,

Volentes quòd Collectores hujuſmodi Cuſtumarum & Subſidii, in Portu prædicto, de Cuſtumis & Subſidio dictorum Lanarum, Coriorum, & Pellium Lanutarum, ſub Nominibus ipſorum Majoris & Civium, ſeu alicujus eorum, in Forma prædicta Carcandorum ſive Eſkippandorum, uſque ad Summam tàm dictarum Quingentarum Marcarum quàm Mille Marcarum prædictarum, In Compoto ſuo, ad Scaccarium noſtrum, debitam Allocationem habeant, ipſique ac præfati Major & Cives, & eorum quilibet, inde ad idem Scaccarium exonerentur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Eborum*, decimo octavo die Julii.

*Per ipſum Regem.*

---

Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Ibid.*

## *Pro Majore & Burgenſibus Villæ de Kyngeſton ſuper Hull.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,



cez Ordenner, noz Trieſchiers & foialx, *le Sire de Grey*, & *Thomas Kempſton*, noz Admiralx, d'eſtre Conſervatours, depar Nous, de ces preſentes Trieues par Meer, tant Come il Nous plerra:

Et ce ne leſſez.

Don. ſobz noſtre Signet, *a la Priorie de Selborne*, le xix Jour de Juyllet.

*Dorſ.*

*A noſtre Counſeil de Preſent eſteant a Londres.*

---

## *De Summis Regi accommodatis recipiendis.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, *Ricardo Archiepiſcopo Eborum* Angliæ Primati, ac dilecto ſibi in Chriſto *Abbati beatæ Mariæ Eborum*, necnon, dilectis ſibi, *Willielmo Froſt* Majori Civitatis ſuæ Eborum, & *Thomæ Graa*, Salutem. Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Rot. Viag.* *m.* 33.

Sciatis quòd,

Cùm nuper rogaverimus quamplures Prælatos, & alios Ligeos noſtros, quòd Nobis diverſas Pecuniarum Summas, pro Expenſis noſtris, in præſenti Viagio noſtro verſus partes Scotiæ, accommodarent, & Summas illas uſque Civitatem noſtram prædictam mitterent,

Ibidem ad opus noſtrum deliberandas, & ſufficientem Securitatem, pro Reſolutione Summarum prædictarum, optinendam,

Nos,

De fidelitate & circumſpectione veſtris pleniùs confidentes,

Aſſignavimus vos, & Duos veſtrûm, ad omnes & ſingulas hujuſmodi Summas ab ipſis, qui Summas illas nobis accomodare, & eas vobis, ex parte noſtra, deliberare voluerint, ad opus noſtrum, per Indenturas, in hac parte debitè conficiendas, Recipiendum,

Et ad Tractandum cum Perſonis, qui Summas prædictas vobis liberaverint, Diebus Reſolutionum Summarum prædictarum, ac Modo & Formâ Securitatis hujuſmodi,

Necnon ad Summas illas nobis, in propria Perſona noſtra, ubicumque Nos fore contigerit, venire faciendum, unà cum Certificatione Securitatum prædictarum,

Ut Nos Perſonis illis, qui aliquas hujuſmodi Summas nobis accommodaverint, de Securitate Reſolutionis Summarum illarum fieri, & ſibi liberari faciamus juxta Vim, Formam, & Effectum Certificationis veſtræ prædictæ;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmiſ[illegible]enter intendatis, & ea faciatis & exequamini in Forma præ[illegible];

Damus autem univerſis & ſingulis Prælatis, ac [illegible]is Ligeis & Subditis noſtris, Tenore Præſentium, firmiter in M[illegible]datis quòd vobis, Tribus, & Duobus veſtrûm, in Executio[illegible] Præmiſſorum, Intendentes ſint, Obedientes, & Reſpondentes, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Eborum*, viceſimo die Julii.

*Per ipſum Regem.*

---

## *Indentura Comitis Marchiæ, ſuper Homagio Regi faciendo.*

Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Ex Autogr.*

THIS ENDENTURE,

MAAD at the Toune of the Newe Caſtil opon Tyne, The xxv day of the Monyth of Juyl, the Yere, Frome the Incarnation of oure Lorde Jeſu Criſt, a Thouſand and Four Hundreth,



Digitized by Google

And, within xiv Dayes next ſuying the Date of thes Preſentes, the forſaid Erle ſhall ſend *Gaweyn* hys Son to the forſaid King, ſo that he then be common in to the Roialme of Scotland, for to dwellen in the Compaignye of the forſaid Kyng.

And, fro the Day of the makyng of thes Preſentes forthward, the Liege Men of the forſayd Kyng, ſall Suppowaile the forſayd Erle in tyme of Neceſſite, and be hym be Suppowailet and Receyvit into his Caſtils of Dunbarre and other; And alſa ſall the Men of the ſame Erle be ſend, in tyme of Neceſſitee, to Suppowaille the Garniſons of the Caſtils of the forſaid Kyng in Scotland, and in the ſame be Receyvit and Suppowailet.

In the Witneſs of the quiche Things the Parties beforſaid to the Parties of thes Endentures Entrechangeably have ſette to thair Seales, in the Day, Yere, and Place beforſaide.

*Sigillum deſideratur.*

---

### *Super Viagio Scotiæ.*

Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Clauſ.* 1. *H.* 4. *p.* 2. *m.* 8.

REX Majori & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm, ut accepimus, diverſæ Perſonæ,

Quæ diverſas Pecuniarum Summas, de Denariis noſtris, ad proficiſcendum ſupra Mare, in Comitiva *Ricardi de Clideroue* Armigeri, de Mandato noſtro, verſus partes Scotiæ, pro Salvatione & ſalva Cuſtodia Victualium noſtrorum, penes Nos & Exercitum noſtrum adducendorum, receperunt,

Per vos, ad Sectam quorumdam Civitatis prædictæ, Areſtantur, quominùs ipſi in Viagium noſtrum hujuſmodi poſſint proficiſci, ut deberent, in noſtri Contemptum & Præjudicium, ac adductionis Victualium noſtrorum hujuſmodi Retardationem manifeſtam,

Nos,

Attendentes Dampna & Pericula, quæ Nobis ac Excercitui noſtro prædicto, necnon toti Regno noſtro, per Retardationem & Impedimentum hujuſmodi poſſent (quod abſit) veriſimiliter evenire,

Et volentes proindè Periculis hujuſmodi præcavere, ut tenemur,

Vobis & cuilibet veſtrûm, ſicut Expeditionem noſtram in hac parte diligitis, Injungimus & Mandamus quòd omnes & ſingulas Perſonas, quæ Denarios noſtros ſic receperunt, verſus Nos & Excercitum noſtrum prædictum, ex Cauſa prædicta, in Comitiva

* VIII. 155. prædicti Ricardi, abſque Areſto vel * Impedimento aliquo, tranſire permittatis: nè, in veſtri Defectum, Perfectio hujuſmodi ullatenus retardetur, ſeu Impediatur quovis modo.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo ſexto die Julii.

*Per Concilium.*

---

### *Pro Nuncio Reginæ Hiſpaniæ.*

Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Franc.* 1. *H.* 4. *m.* 2.

REX, per Literas ſuas Patentes, uſque ad Feſtum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas, ſuſcepit in ſalvum & ſecurum Conductum Regis, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defenſionem Regis ſpeciales *Ferandum Damaſſen* de Hyspania Armigerum, qui infra Regnum Regis Angliæ penes Perſonam Regis, in Nuncium, cariſſimæ Sororis Regis, *Katerinæ Reginæ Iſ-*

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, *Regi Scotorum* Salutem, ut debitè faciatis quæ hortamur. Ann. D. 1400. *An.* 1. *H.* 4. *Ibid. m.* 36.

Quomodo Anteceſſores & Progenitores noſtri, Reges Angliæ, jure Superioris & Directi Dominii, ab antiquiſſimis retroactis temporibus (videlicet) a tempore *Locrini Filii Bruti* citra, Scotiæ & ipſius Regibus in Temporalibus & Annexis eiſdem præfuerunt, & ab ipſius Regibus pro Regno Scotiæ, & ejuſdem Regni Proceribus a quibus habere volebant, Ligeum Homagium & Fidelitatis Juramentum receperunt, vos latere nullatenus dubitamus:

Et, ex quo iidem Anteceſſores & Progenitores noſtri, a dictis temporibus citra, in Poſſeſſione Juris & Dominii prædictorum, vel quaſi, fuerunt, Nos, eorumdem Juris & Dominii Poſſeſſionem continuantes, nichilque Novi innovantes, ſet Jura & Prærogativas Coronæ noſtræ conſervare volentes illæſa, prout ad id, ex virtute per Nos præſtiti Juramenti, ſumus obligati:

Idcircò Vos, Tenore Præſentium, Requirimus, Monemus, & hortamur quatenus,

* Conſideratis Chriſtiani Sanguinis effuſione, aliiſque Periculis & Dampnis, quæ ex præmiſſis, ſi non fierent, poſſent veriſimiliter evenire, Nobis Homagium & Fidelitatem prædicta, * VIII. 156.

Prout Prædeceſſores veſtri, juſti & legitimi Reges Scotorum,

Et præſertim *Willielmus*, qui *Henrico Secundo & Johanni Filio ſuo*,

Et *Alexander* qui *Henrico Tertio* Attavo, & *Edwardo* Trittavo noſtris,

Et *Johannes de Baliolo*, qui eidem *Edwardo*,

Ac *Edwardus*, *Filius* dicti *Johannis de Baliolo*, qui *Edwardo Tertio* Avo noſtro, Regibus Angliæ,

Hiis quaſi noviſſimis temporibus, fecerunt,

Die Lunæ, 23 die Præſentis Menſis Auguſti, apud Edenburgh (ubi tunc ob hanc cauſam, & etiam propter Pacem & Tranquillitatem Regnorum Angliæ & Scotiæ, eſſe intendimus) facturi veniatis,

Ac omnes Prælatos & Proceres Regni Scotiæ, ad eoſdem Diem, Locum, & Actum, venire faciatis;

Certificantes vos & ipſos quòd, non ex Præſumptione ſeu Elatione cordis noſtri, ſet ut vos ad Debitum, quo Nobis aſtricti eſtis, inducamus, Requiſitionem hujuſmodi facimus & vos hortamur,

Etiam affectantes quòd citiùs & libentiùs, causâ & vigore iſtius noſtræ Requiſitionis, Homagium & Fidelitatem, Nobis debita, faceretis, quàm (Contumacia & Rebellione veſtris id cauſantibus) ad extendendum Brachium noſtræ Potentiæ Provocaremur;

In Clementia Summi Judicis, qui tribuit unicuique quod ſuum eſt, Confidentes ſperamus ut ipſe (veſtris Rebellione & Obſtinantia perſeverantibus) ad Conſervationem Juris noſtri, & Confuſionem *Æmulorum* & Rebellium noſtrorum, in proſperitate diriget Actus noſtros.

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo *apud Villam de Novo Caſtro Super Tynam*, vj die Auguſti, Anno Regni noſtri Primo.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

*Ad*

Digitized by Google

tum facient & præſtabunt,

Idcircò Vos omnes & ſingulos, Tenore Præſentium, Requiri-
* VIII. 157. mus, Monemus, & Hortamur quatinus præfatum * Regem Scotorum ad faciendum præmiſſa Inducatis,

Et, ſi ipſe Veſtris Exhortationibus noluerit aſſentire, Vos nichilominus, dictis Die & Loco, coram Nobis compareatis, Ligeum Homagium & Fidelitatis Juramentum Nobis facturi, cæteraque acturi quæ qualitas Facti exegerit & de Jure fuerint facienda; alioquin Juſtitiam noſtram Proſequi intendimus, prout de Jure melius poſſumus, & Divinæ placuerit Mageſtati.

In cujus, &c.

Teſte Rege *apud Villam de Novo Caſtro ſuper Tynam*, vij die Auguſti.

*Per ipſum Cuſtodem & Concilium.*

---

### *De Literis Regiis Regi Scotiæ intimandis.*

Ann. D. REX, Dilectis ſibi, *Willielmo Fulthorp*, *Thomæ Pickworth*, &
1400. *Gerardo Heron*, Militibus, *Johanni Curſon*, *Johanni Mit-*
*As.* 1. *ford*, & *Edwardo Ilderton* Armigero, Salutem.
*H.* 4. Ex quo Anteceſſores & Progenitores noſtri, Reges Angliæ,
*Viagii* 1. Jure Superioris & directi Dominii, ab antiquiſſimis retroactis Tem-
*H* 4. *m.* poribus, Scotiæ, & ipſius Regibus, in Temporalibus & annexis
36. eidem, præfuerunt,

Et ab ipſis Regibus pro Regno Scotiæ, & ejuſdem Regni Proceribus a quibus habere volebant, Ligeum Homagium & Fidelitatis Juramentum receperunt.

Et Nos Juris & Dominii hujuſmodi Poſſeſſionem continuantes, nichilque Novi innovantes, ſet Jura & Prærogativas Coronæ noſtræ conſervare volentes illæſa, prout ad id, ex virtute per nos præſtiti Juramenti, ſumus obligati,

Idcircò Nos Regem Scotorum, necnon omnes & ſingulos Prælatos & Proceres Regni Scotiæ, ſuper hoc Requirimus, Monemus, & exhortamur, prout in noſtris Literis deſuper confectis, quas Vobis & cuilibet veſtrûm, unà cum Præſentibus, Tranſmittimus ipſis intimandas,

Vobis & cuilibet veſtrûm, ſub Pœna Forisfacturæ omnium & ſingulorum quæ Nobis Forisfacere poteritis, diſtrictè Præcipiendo, Mandamus quatinus præfatas Literas noſtras, juxta & ſecundum Vim & Effectum earumdem, dictis Regi, Prælatis, & Proceribus Regni Scotiæ, ſublato dilationis obſtaculo, in ipſorum Propriis Perſonis, ſi ipſorum Præſentias commodè habere poteritis, alioquin in Kelcowe, Dryburgh, Gedworth, Melros, & Edenburg, & aliis Locis Publicis infra dictum Regnum Scotiæ, ubi Vobis videbitur meliùs expedire, Publicè, altâ & intelligibili Voce, Intimetis, Legatis, & Inſinuetis, ſeu aliquis veſtrûm Intimet, Legat, & Inſinuet,

Ipſoſque Regem, Prælatos, & Proceres, ad ea quæ ipſis ſcribimus, & ut noſtris Exhortationibus acquieſcant, efficaciter Animetis & Inducatis, ſeu alter veſtrûm Animet & Inducat,

Noſque de die Intimationis prædictæ, & quicquid feceritis in Præmiſſis, quidve Rex, Prælati, & Proceres prædicti reſponderint & fecerint in hac parte, certificare curetis, vel certificet ille ex Vobis qui dictas Literas noſtras duxerit, ut præfatur, intimandas.

In cujus, &c.

Teſte Rege *apud Villam de Novo Caſtro ſuper Tynam*, vij die Auguſti.

*Per ipſum Regem & Concilium.*

Quarum contenta ſibi ipſi ſunt contraria, ut cuilibet, intuenti & Intelligenti, hac Luce Meridianâ & oculatâ fide clariùs poteſt apparere:

Miratur quodamodo quòd Jus noſtrum proſequi intendimus, non animadvertens quòd nemini injuriatur qui Jus ſuum proſequitur, & talis in Meſſem alienam Falcem mittere nullatenus eſt cenſendus,

Credimus verè nullum ſanæ Mentis dubitare quin aliud eſt Homagium petere, & aliud Divitias quærere; Divitias enim Regni Scotiæ in Literis noſtris non petivimus: & novit ille, qui nichil ignorat, quòd ad id Mens noſtra hucuſque non anelavit, licet injuriosè hæc Nobis imponat David memoratus:

Idem etiam David, in dictis ſuis Literis, aſſerit quòd, ſicut & Nos, ita & ipſe, deſiderat Chriſtiani Sanguinis effuſionem evitare, & tamen in eiſdem Literis, cum Treſcentis, aut Ducentis, ſeu Centum Nobilibus, ſe offert Nobiſcum Pugnaturum, quaſi Nobilium ſanguinem Chriſtianum non cenſeret;

Cùm ergo prædictæ ſuæ Literæ, & contenta in eiſdem, ad Factum Contentorum in Literis noſtris prænominatis nil faciant in effectu,

Idcircò Nos,

Dictis noſtris Requiſitionibus, Monitionibus, & Exhortationibus, quas juſtas, ex antiquis Recordis & autenticis, luculenter poſſumus probare, firmiter inſiſtentes, & ab ipſis nullatenus Recedentes,

Vos, exnunc prount & tunc Tenore Præſentium, ex ſuperhabundanti Requirimus, Monemus, & Hortamur quatinus Die & Loco, vobis in præfatis noſtris Literis per Nos aſſignatis, coram Nobis curetis peremptoriè comparere, Nobis Ligeum Homagium & Fidelitatem, ac cætera omnia, quæ in eiſdem noſtris Literis continentur, facturi; Literis David præfati & Contentis in eiſdem non obſtantibus quibuſcumque.

In cujus, &c.

Teſte Rege *apud Le Lythe*, xxij die Auguſti.

*Per ipſum Regem.*

---

### *Pro Monaſterio Sanctæ Crucis de Waltham.*

REX, Eſcaetori ſuo in Comitatibus Eſſexiæ & Hertfordiæ, Sa- Ann. D.
lutem. 1400.
Cùm, *As.* 1.
Ad ſupplicationem, Domini *Richardi*, nuper *Regis Angliæ*, Se- *H.* 4.
cundi poſt Conqueſtum, *Pat.* 1.
Per Sedem Apoſtolicam Conventui Monaſterii Sanctæ Crucis *H* 4. *p.*
de Waltham, Romanæ Eccleſiæ immediatè ſubjecti, ſit Indultum 8. *m.* 14.
quòd omnes & ſinguli, qui ſucceſſivè, perpetuis futuris temporibus, in Abbates dicti Monaſterii, cùm illud vacare contigerit, per ipſum Conventum electi fuerint, eo ipſo, abſque aliqua alia Confirmatione, ſint veri Abbates ejuſdem Monaſterii, & pro talibus cenſeantur & habeantur,

Ac perindè adminiſtrare & Curam Animarum regere, ac omnia alia & ſingula, quæ ad Curam, & Adminiſtrationem, ac Regimen dicti Monaſterii pertinuerint, liberè & licitè facere & exer-
cere, in omnibus, & per omnia, * poſſint imperpetuum, ac ſi * VIII.
per Sedem prædictam eorum Electio foret Confirmata, 159.

Ac etiam a quocumque maluerint, Catholico Antiſtite, Gratiam & Communionem dictæ Sedis habente, Benedici valeant,

Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, Literis, ſeu



Digitized by Google

*Conſimiles Literas Regis habet* Elizabeth de Clifford, *ſub eadem Data.*

*Per ipſum Regem.*

---

### *De Proclamatione ſuper Rebellione Wallenſium.*

Ann. D. REX, Vicecomiti Warrwicæ & Leyceſtriæ, Salutem.
1400. Ad noſtrum pervenit intellectum quòd quamplures contra
*An.* 1. Nos, & Ligeantiam ſuam, proditoriè ſe levaverint,
*H.* 4. Et quamplura Caſtra & Fortalitia, in Partibus prædictis, ac in
*Ibid. m.* Marchiis ejuſdem, Manu forti Ceperunt,
31. Et quoſdam Fidelium Ligeorum noſtrorum ibidem Interfecerunt, & quoſdam eorum Ceperunt & Impriſonârunt, ac quoſdam eorum de eorum Bonis & Catallis Spoliârunt,

Nos, ad Malitiam ipſorum Proditorum noſtrorum (Altiſſimo annuente) Reſiſtendum, verſus dictas partes in propria Perſona noſtra divertere, & apud Villam de Coventre, die Lunæ proximò futuro, ſuper Tranſitu noſtro verſus partes illas, ex cauſa prædicta, pernoctare intendimus,

Et ideò tibi Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd in ſinglis Civitatibus, Burgis, Villis Mercatoriis, ac aliis, in Balliva tua, infra Libertates, & extra, ubi expedire videris, ex parte noſtra publicè Proclamari facias quòd omnes & ſinguli Homines defenſabiles, tam Milites, quàm Armigeri, ac Sagittarii, & alii ad Laborandum Potentes, in dicta Balliva tua, cum omni Feſtinatione poſſibili, ſub Foriſfactura omnium quæ nobis foriſfacere poterunt, ſufficienter Armati & Arraiati juxta Statûs ſui exigentiam, penes Perſonam noſtram, ubicumque nos fore contigerit,
* VIII. ad Reſiſtendum, * unà Nobiſcum, Malitiæ Proditorum noſtro-
160. rum prædictorum, ſe trahant & feſtinent;

Et hoc ſub Foriſfactura antedicta nullatenus omittas.

Teſte Rege apud *Norhampton*, decimo nono die Septembris.

*Per ipſum Regem.*

Conſimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

| | |
|---|---|
| *Vic. Notyngh. & Derb.* | *Vic. Glouc.* |
| *Vic. Wygorn.* | *Vic. Hereford.* |
| *Vic. Salop.* | *Vic. Norht.* |
| *Vic. Staff.* | |

---

### *De Villa Salopiæ cuſtodienda.*

Ann. D. REX Ballivis, ac Probis Hominibus Villæ Salopiæ, Salutem.
1400. Cùm quamplures Infideles Ligei noſtri, de partibus North-
*An.* 1. walliæ, contra Nos & Ligeantiam ſuam proditoriè ſe Levaverint,
*H.* 4. Et quamplura Caſtra & Fortalitia, in partibus prædictis, ac in
*Viag.* 1. Marchiis ejuſdem, Manu forti ceperint,
*H.* 4. *m.* Et Villam prædictam capere, & eam, contra Nos & Ligean-
30. tiam ſuam prædictam, tenere proponant, ut accepimus,

Nos,

Pro ſalva Cuſtodia Villæ prædictæ ordinare, ac Malitiæ ipſorum Proditorum noſtrorum reſiſtere volentes,

Vobis, in Fide & Ligeantia quibus nobis tenemini, & ſub Foriſfactura omnium quæ nobis foriſfacere poteritis, Mandamus, firmiter Injungentes, quòd ſtatim, viſis Præſentibus, ſufficientem

Vacatione hujuſmodi Fidedignis Relatibus intellectâ,

Ad Proviſionem ejuſdem Eccleſiæ celerem & felicem,

De qua nullus præter nos, ea vice, diſponere potuerat ſive poterat, Reſervatione & Decreto obſiſtentibus ſupradictis,

Ne Eccleſia ipſa longæ Vacationis exponeretur incommodis,

* Paternis & ſolicitis Studiis intendentes, * VIII.
Poſt Deliberationem, quàm de præficiendo eidem Eccleſiæ Per- 161.
ſonam utilem & etiam fructuoſam, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem,

Demum ad, dilectum Filium, *Rogerum Appelbi* Electum dictæ Eccleſiæ,

Tunc Priorem Prioratûs Monialium de Noneton, per Priorem & Prioriſſam ſoliti gubernari Ordinis Fontis Ebraudi Conventrienſis & Litchefeldenſis Diœceſis,

Quem de Religionis Zelo, Litterarum Scientiâ, Vitæ Munditiâ, Honeſtate Morum, Spiritualium Providentiâ, & Temporalium Circumſpectione, aliiſque multiplicium Virtutum meritis, prout ex fidedignorum Teſtimoniis accepimus inſignitum,

Direximus Oculos noſtræ mentis,

Quibus omnibus debitâ meditatione penſatis, de Perſona ejuſdem Rogeri Electi, Nobis & ejuſdem Fratribus, ob dictorum ſuorum exigentiam Meritorum, acceptâ, eidem Oſſorienſi Eccleſiæ, de dictorum Fratrum Conſilio, Auctoritate Apoſtolicâ providimus, ipſumque illi præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, Curam & Adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ ſibi in Spiritualibus & Temporalibus plenariè committendo,

In illo, qui dat Gratiam & largitur Præmia, confidentes quòd (dirigente Domino Actus ſuos) præfata Eccleſia, per ſuæ Induſtriæ & Circumſpectionis ſtudium fructuoſum, regetur utiliter, & proſperè dirigetur, ac grata in eiſdem Spiritualibus & Temporalibus ſuſcipiet Incrementa:

Cùm itaque (Fili cariſſime) ſit virtutis opus Dei Miniſtros benigno favore proſequi, ac eos Verbis & Operibus, pro Regis Æterni Gloriâ, venerari,

Serenitatem tuam Regiam rogamus & hortamur attentè, quatinus, eundem Rogerum Electum, & præfatam Eccleſiam Oſſorienſem ſuo commiſſam Regimini, habens, pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia, propenſius commendatos, in ampliandis & conſervandis Juribus ſuis, ſic eos benigni Favoris Gratia proſequaris, quòd idem Electus, tui Favoris fultus præſidio, in commiſſo ſibi Paſtorali Officio, poſſit, Deo propitio, proſperari, ac tibi exindè perhennis Vitæ præmium, & a nobis condigna perveniat Actio Gratiarum.

Dat. *Romæ* apud *Sanctum Petrum*, vj Kal. Octobris, Pontificatûs noſtri Anno undecimo.

---

### *De Requeſtu, ſuper Canonizatione Johannis de Bridlington.* ¶

REX Univerſis & ſingulis Regibus, Principibus, Ducibus, Ann. D.
Comitibus, Nobilibus, ac Populis cujuſcumque Statûs, Gra- 1400.
dûs, Præeminentiæ, Dignitatis, Nationis, Conditionis, Ritûs, ſeu *An.* 2.
Sectæ fuerint, per univerſum Orbem conſtitutis, præſentes Lite- *H.* 4.
ras inſpecturis, Salutem in Omnium Salvatore. *Franc.*
Univerſitatem veſtram multipliciter honorabilem, & quemlibet 2. *H.* 4.
veſtrûm per ſe, attentiùs & efficaciùs quo poſſumus, Tenore Præ- *m.* 15.
ſentium, requirimus & rogamus,

Quatenus,

Dilectum nobis in Chriſto, Fratrem *Johannem Gerburn* Canonicum Prioratûs de Bridlyngton, qui per Regna, Dominia, Loca, Juriſdictiones, & Territoria veſtra, verſus Curiam Romanam, pro

H. 4. De fidelitate & circumſpectione veſtris, pleniùs confidentes,

Pat. 2. Aſſignavimus vos, conjunctim & diviſim, ad tot Equos, quot ad opus cariſſimæ Conſanguineæ noſtræ *Iſabellæ Reginæ Angliæ*, H. 4. p. quæ verſus partes Franciæ cum Familia ſua in proximo eſt pro- 1. m. 38. fectura, neceſſarii fuerint, infra Libertates & extra (Feodo Eccleſiæ dumtaxat excepto) pro Denariis noſtris in hac parte rationabiliter ſolvendis, barganizandum, emendum, & providendum, & eos, cùm ſic Barganizati, Empti, & Proviſi fuerint, ad opus ipſius Reginæ cuſtodiendum & cuſtodiri faciendum,

Et ideò vobis mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta;

Damus autem Univerſis & Singulis Vicecomitibus, Majoribus, Conſtabulariis, Ballivis, Miniſtris, ac aliis Fidelibus & Subditis noſtris, infra Libertates & extra, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis & alteri veſtrûm, in Præmiſſis faciendis & exequendis, Intendentes ſint, Conſulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Octobris.

*Per Concilium.*

---

*De Scotis, abſque Redemptione, cuſtodiendis.*

Ann. D. 1400. An. 2. H. 4. Clauſ. 2. H. 4. p. 1. m. 27.

REX Cariſſimis Conſanguineis ſuis, *Henrico Comiti Northumbriæ*, Cuſtodi Marchiarum Regni noſtri Angliæ, verſus partes Scotiæ in partibus de la Weſtmarche, & *Henrico Percy* le Filz, Cuſtodi Marchiarum Regni noſtri prædicti, verſus dictas partes Scotiæ in partibus de la Eſtmarche, Salutem.

Quibuſdam certis de Cauſis, nos ſpecialiter moventibus,

Vobis & alteri veſtrûm mandamus, firmiter injungentes quòd, Capitaneis & aliis qui *Ricardum Rotherford* Militem & Filios ejus, ac *Johannem Tourneball* OUT WYTH SWERD, & alios Capitaneos & Ductores Hominum ad Arma de Scotia, nuper de Guerra ceperunt, ex parte noſtra firmiter detis in Mandatis, quòd ipſi præfatum Ricardum & Filios ejus, Johannem, necnon alios Capitaneos & Ductores prædictos, ſalvò & ſecurè, abſque aliqua Deliberatione ſeu Redemptione de eis faciendis, quouſque aliud in hac parte duxerimus demandandum, cuſtodiant & cuſtodiri faciant ſub Foriſfactura omnium quæ nobis foriſfacere poterunt.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, triceſimo die Octobris.

*Per ipſum Regem nunciante* Th. *Comite Wygorniæ.*

---

*Pro Johanne Ikelyngton Clerico, de Pardonatione.*

Ann. D. 1400. An. 2. H. 4. Ibid. m. 21. * VIII. 163.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm cariſſimus Dominus & Conſanguineus noſter, *Ricardus* nuper *Rex Angliæ* Prædeceſſor noſter defunctus, dum in Sceptris agebat, diverſas Pecuniarum Summas, videlicet, Sexaginta * & quinque milia Marcarum, ac nongentas quadraginta & ſex Marcas quatuor Solidos & quatuor Denarios, necnon quamplura Bona & Jocalia, ad magnam Summam ſe extendentia, Cuſtodiæ dilecti Clerici noſtri *Johannis Ikelyngton*, protunc unius Clericorum ipſius nuper Regis, nuper commiſiſſet, ac per præfatum nuper Regem eidem Johanni ore tenus injunctum fuiſſet, quòd ipſe eaſdem Pecuniarum Summas, Bonaque & Jocalia prædicta, ſimul, aut per Parcellas, Perſonis, per eundem nuper Regem, eidem Johanni per certa Interſigna, inter dictos nuper Regem & Johannem ſatis no-

hannem in hac parte, competentibus, aut Nobis, ſeu dictis Hæredibus ſive Succeſſoribus noſtris competituris, Nos, Hæredes & Succeſſores prædicti per Præſentes ſimus excluſi imperpetuum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quarto die Novembris.

---

*Pro Comite Somerſet, de Foriſfactis Owini de Glyndordy.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia noſtra ſpeciali, Dedimus & Conceſſimus, cariſſimo Fratri noſtro *Johanni Comiti Somerſetiæ*, omnia Maneria, Terras, & Tenementa, quæ fuerunt *Owini de Glyndordy*, tàm in Suthwallia quàm in Northwallia, quæ, ratione Altæ Proditionis contra Regiam Mageſtatem noſtram, per præfatum Owinum factæ & perpetratæ, Nobis Foriſfacta exiſtunt, & quæ ad præſens valorem Treſcentarum Marcarum per Annum, per æſtimationem (ut dicitur) non excedunt, Ann. D. 1400. An. 2. H. 4. Pat. 2. H. 4. p. 1. m. 19.

HABENDA & TENENDA omnia Maneria, Terras, & Tenementa prædicta, unà cum Regaliis, Regalitatibus, Feodis Militum, Advocationibus, & Patronatibus omnimodorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, Francheſiis, Libertatibus, Cuſtumis, Wardis, Maritagiis, Releviis, Eſcaetis, Foriſfacturis, Chaceis, Parcis, Warennis, Wrecco Maris, & omnibus aliis Proficuis & Commoditatibus quibuſcumque, ad prædicta Maneria, Terras, & Tenementa, ſpectantibus, ſive pertinentibus, præfato Comiti, & Hæredibus ſuis, de Nobis & Hæredibus noſtris, per Servitia indè debita & conſueta, adeò liberè, plenè, & integrè, ſicut prædictus Owinus ea habuit & tenuit aliquo tempore præterito, * abſque aliquo, Nobis vel Hæredibus noſtris, indè Reddendo, * VIII. 164.

Donatione & Conceſſione per Nos, nuper eidem Comiti de Caſtris, Maneriis, Terris, & Tenementis quæ fuerunt *Radulphi de Lumley* Chivaler, ratione Foriſfacturæ ejuſdem Radulphi, quæ valent per Annum eidem Comiti Treſcentas & Sexaginta Libras,

Aut quadam Annuitate Viginti Librarum, per *Richardum* nuper *Regem Angliæ* Secundum poſt Conqueſtum, eidem Comiti pro nomine Comitis Somerſetiæ, de Exitibus Comitatûs Somerſetiæ, per Manus Vicecomitis ibidem percipiendarum,

Seu quandum alia Annuitate Sexaginta & Sex Librarum, Treſdecim Solidorum, & Quatuor Denariorum, [illegible] præfatum nuper Regem, eidem Comiti de Exitibus Honor[illegible]alynford percipiendarum,

Aut Officio Camerarii Angliæ, cujus Valor non eſt certus, eo quod caſualis exiſtit,

Factis, non obſtantibus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, octavo die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Queſtionibus, ſuper Reſtitutione Reginæ Iſabellæ ſolvendis.*

HEnri par la Grace de Dieu, *Roy d'Engleterre & de France*, & Seignur d'Irlande, a noſtre Treſchier en Dieu *l'Abbe de Leyceſtre*, Chanceller de noſtre Univerſite d'Oxenford, ou a ſon Lieutenant illocques, Saluz. Ann. D. 1400. An. 2. H. 4.

Nous Volons, & vous Mandons que, ſur certeines Queſtiones & Doutes, touchantes Reſtitution de la Roigne & de ſes Biens & Joialx, & certeine Compenſation de certeines Sommes de Monoie, Penes Clerc. Pell.

Quelos

Avunculus noſter erga Nos de Summa prædicta plenariè exoneretur, & præfati Vicecomites indè, in Compotis ſuis ad Scaccarium noſtrum reddendis, debitè allocentur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo die Novembris.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

*VIII. 165.

** Epiſcopi Karliolenſis de omnimodis Proditionibus Pardonatio.*

Ann. D. 1400. An. 2. H. 4. Pat. 2. H. 4. p. 1. m. 20.

REX omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Thomas Merk*, nuper Epiſcopus Karliolenſis Indictatus fuiſſet de eo,

Quòd ipſe, & alii quamplures, Morti adjudicati,

Falsò, nequiter, ſubdolè, & proditoriè contra Ligeantias ſuas præmachinantes, viis & modis quibus excogitari poterat, qualiter Nos deſtruere poſſent & murdrare, & Regnum Angliæ cum Inimici noſtris de Francia de novo inhabitare,

Inter eos apud Londoniam (videlicet) apud Eccleſiam Sancti Pauli Londoniæ, in Warda de Baynardeſcaſtell, & apud Parochiam Omnium Sanctorum Parvam, in Warda de Dougate, & alia diverſa Loca infra Civitatem prædictam, & alibi infra Regnum Angliæ, a Feſto Sancti Nicholai Epiſcopi ultimò præterito, uſque Feſtum Circumciſionis Domini tunc proximò ſequens, & diù antea & poſtea, diverſis vicibus & temporibus, nequiter & proditoriè conſpiraverunt & imaginaverunt,

Et fuerunt Principales & Capitales Ductores, Factores, Procuratores, & Imaginatores, & de Summo Conſilio, Auxilio, Conſenſu, Vi, Abetto, Procuramento, & Covina cum *Thoma Blount* Chivaler, *Benedicto Sely* Chivaler, & aliis quampluribus Proditoribus noſtris & Regni noſtri Angliæ, nuper coram Nobis apud Oxoniam de Proditionibus prædictis Convictis, & per Legem Terræ noſtræ Angliæ Morti ibidem adjudicatis,

De eo & pro eo quòd ipſi, cum prædictis Proditoribus, & quampluribus aliis Proditoribus noſtris & Regni noſtri Angliæ, falsò, nequiter, & proditoriè, contra Ligeantias ſuas, adinvicem interligati & confœderati fuerunt Adverſario & Inimico noſtro & Regni noſtri *de Francia* Adhærentibus, ad eundem Adverſarium in Terram Angliæ ſubdolè Introducendum, ad Intentionem Nos, Magnates, & omnes Fideles Ligeos Regni noſtri deſtruendi, & Regnum Angliæ cum Inimicis noſtris de Francia de novo Inhabitandi,

Die Martis, in Feſto Epiphaniæ Domini proximò præterito, apud Bampton in Comitatu Oxoniæ, Wantynge, Farendon, & Circeſtre, & alia diverſa Loca infra Regnum Angliæ, Vi & modo Guerrino Armati & Arraiati, ut in Terra Guerræ cum Vexillo explicato, felonicè & proditoriè ſurrexerunt, & equitaverunt,

Et Nos, ad interficiendum & Murdrandum apud Wyndeſore & alibi, die Lunæ, in Vigilia Epiphaniæ Domini proximò præterita proditoriè inſidiati fuerunt, & diverſos Ligeos & Fideles noſtros Manu forti, ut Priſonarios in Terra Guerræ, cum eis proditoriè ceperunt, impriſonaverunt, & cum eis ire coegerunt (videlicet) *Walterum Hungerford* Militem noſtrum, & ipſum Walterum de LIBERATA noſtra vocata COLERE, quâ utebatur, Pretii Viginti Librarum, & alios diverſos Ligeos & Fideles noſtros, qui eis, ad Proditiones prædictas, nec eorum Propoſito, conſentire voluerunt, de diverſis Bonis & Catallis, ad valentiam Ducentarum Librarum, felonicè Deprædati fuerunt, vulneraverunt quamplures, mahemiaverunt, & quoſdam interfecerunt, aſſumendo præ-

Ac etiam Convictiones, Attinctiones, Judicia, & Executiones Judiciorum in Præmiſſis,

Necnon Sectam Pacis noſtræ, quæ ad Nos verſus ipſum pertinet, pro omnimodis Proditionibus, Feloniis, Meſpriſionibus, & Tranſgreſſionibus, per ipſum ante hæc tempora factis ſive perpetratis, unde Indictatus, Rectatus, vel Appellatus exiſtit,

Ac etiam Utlagarias, ſi quæ in ipſum hiis occaſionibus fuerint promulgatæ, & Firmam Pacem noſtram ei inde concedimus; ita tamen quòd ſtet Recto in Curia noſtra, ſi qui verſus eum loqui voluerint de Præmiſſis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, viceſimo octavo die Novembris.

*Per ipſum Regem.*

---

*De Treugis Scotiæ tenendis.*

LE ROY &c. a, noſtre treſchier & foial Couſin, *le Conte de Northumbre*, noſtre Coneſtable d'Engleterre, Saluz. Ann. D. 1400.

Come par Tretee, faite ore tard parentre aucunz noz Deputez & les Deputez de la partie d'Eſcoce, Accordez eſtoit que eſpeciale Aſſurance, & Abſtinence de Guerre ſeront par Terre, parentre les Roiaumes d'Engleterre & d'Eſcoce, du ix Jour de ceſt preſent Moys de Novembre, tanque a meſme le jour a Sys Semaignes de lors proſchein enſuantz au Soir, au fin que, le moiene temps, les Deputez de Nous & *de noſtre Adverſarie d'Eſcoce* puiſſent eſtre Aſſemblez pur Treter ſur la Continuance de meſmes les Trieues, pur certein temps apres les diz Sys Semaignes, ſibien per Meer, come per Terre, ſelonc ce q'ils purront eſtre accordez, & auſſi ſur certein Jour & Lieu, ou les Commiſſairs de Noble eſtat, d'un part & d'autre, s'aſſembleront pur Treter & Concluder a finale Pees, ſicome en les Lettres des ditz Deputez Endentees ent faites eſt plus pleinement contenuz,

An. 2. H. 4. Scot. 2. H. 4. m. 7.

Nous volons, de l'aſſent de noſtre Conſeil, & vous Mandons que vous facez publikement Proclamer, ſi bien parmy l'Eſtmarche, come le Weſtmarche vers Eſcoce, qant & ſelonc ce que vous ſemblera, que nul de noz Lieges n'Attampte riens contre les Trieues priſez & accordez come deſuz, einz q'ils les Tiegnent & Gardent ſelonc les ditz Tretee & Accord, ſur la Foy & Ligeance q'ils Nous devient, & ſur Peine de forfaiture de quantque ils purront forfaire envers Nous,

Et au fin que meſmes les Trieues puiſſent mieulz eſtre enſi Tenuz & Gardez, vous Mandons, fermement enchargeant, que tourz les Gardeins de noz Chaſtelx & Villes en les Marches ſuſditz, & autres, ſelonc ce que Beſoigne ſera, vous facez trouer devant vous ſuffiſante Seuretee, q'ils n'Attempteront, ne ferront riens attempter contre les ditz Trieues, & ſi, par bone Examinacion par vous a Faire, trover puiſſez que aucuns de noz Lieges ount, en aucune manere, Attempteez avaunt ces heures contre ycelles Trieues, lour ent facez faire due Redreſſe & Amendez, & outre ce lour facez enſi Punir par celle Cauſe, que tourz autres ent puiſſent prendre Enſample, pur eſchuir d'enſi Treſpaſſer & Meſprender en temps a venir,

Et donons en Mandement, par ces Preſentz, a touz noz ditz Lieges q'ils ſoient a vous Entendantz & Obeiantz en celle partie, ſur la Foy & Ligeance q'ils Nous devient.

En Teſmoignance de quele Choſe nous avons fait mettre a ycestes noſtre Grand Seal.

Don. a *Weſtm.* le xxviij jour de Novembre.

*Par le Roi & ſon Conſeil.*

De

Digitized by Google

*Per ipſum Regem.*

---

### *De Tractando cum Adverſario Scotiæ.*

Ann D. 1400. An. 2. H. 4. Scot. 2. H. 4. m. 7.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, *Gerardo Heron* Chivaler, *Wilhelmo Fulthorp* Chivaler, & *Johanni Mitford* Armigero, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumſpectione, & induſtria veſtris pleniùs confidentes,

Fecimus, ordinavimus, aſſignavimus, & conſtituimus, ac Facimus, ordinamus, conſtituimus, & aſſignamus, vos Deputatos noſtros, & Nuncios ſpeciales,

Dantes vobis plenam, Tenore Præſentium, Poteſtatem, ad Tractandum & Concordandum, pro Nobis & Nomine noſtro, cum *Roberto Adverſario noſtro Scotiæ*, ſeu cum ejus Deputatis & Commiſſariis, ſufficientem Poteſtatem ab ipſo ad hoc habentibus, ſuper Prorogatione Treugarum,

Per Deputatos Cuſtodum Marchiarum Regni noſtri Angliæ, pro parte noſtra, & Deputatos Cuſtodum Marchiarum Scotiæ, pro parte Scotiæ, ultimò captarum,

Ac ſuper Novis Treugis inter Nos, pro Nobis & dicto Regno noſtro, & ipſum Adverſarium noſtrum pro ſe, & Terra ſua prædicta, tàm per Terram, quàm per Mare, ineundis & firmandis,

Ac etiam ſuper aliquibus certis Die & Loco competentibus, in Marchiis dicti Regni noſtri tenendis, quibus Ambaſſiatores & Commiſſarii noſtri, quos illuc ex hac cauſa deſtinare intendimus, ac Deputati & Commiſſarii præfati Adverſarii noſtri, convenire poterunt, ad Tractandum, Concordandum, & plenariè Concludendum de Pace finali, hinc indè inter Nos & dictum Adverſarium noſtrum mutuò firmandâ,

Necnon ad omnia alia & ſingula Faciendum & Exequendum, quæ, circa Præmiſſa ſeu eorum expeditionem, neceſſaria fuerint vel etiam quomodolibet oportuna;

* VIII. 168. * Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmiſſa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in Forma prædicta;

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quarto die Decembris.

*Per ipſum Regem.*

---

### *De Confirmatione ſuper Proceſſu in Curia Militari.*

Ann. D. 1400. An. 2. H. 4. Pat. 2. H. 4. p. 1. m. 7.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, *Henrici de Percy* Comitis Northumbriæ & Conſtabularii Angliæ factas in hæc verba,

*Henry de Percy*, Counte de Northumbre & Coneſtable d'Engleterre, a toutz yceux, qui ceſtes noz preſentes Lettres verront ou orront, Salutz.

SAVOIR VOUS FACEOUNS que Nous avons fait Rimer & Enſerchier toutz les Actes & Actices, & toutz les Proceſſes devers noſtre Regiſtre du Courte de Chivalerie eſteantz,

Et, entre autres, Nous trovez que n'adgairs un Cauſe ou Buſoigne de Appelle ou Accuſation fuiſt Moeve & Pendant devant Nous, en la dite Courte, parentre *Johan Kighlee* Eſquier Partie Accuſant ou Appellant d'une Partie, & *Eſtephen le Scrop* Chivaler Partie Accuſe ou Appelle d'autre part, par occaſion de pretenſe *certeins treſgrandez & purpenſez Prodicions, encontre noſtre treſredoute Seignour le Roy & ſon Roialme Purpoſez & Ymaginez, & le Concelement le leſſer, & nonn charger de les certifier a noſtre dit Seignour le Roy, come par l'Inſpection du Bille ou Libelle, en meſme le Cauſe ou Buſoigne, par le dit* Johan Kighlee, *envers le dit Monſieur* Stephen, *en la dite Courte, minſtre & ſurmys, pleinement poet apparoir,*

*De quel Bille ou Libelle le tenour eſt tiel,*

EN NOUN DE DIEU AMEN.

Devant vous Meſſieurs Coneſtable & Mareſchal d'Engleterre, ou voz Lieutenants en veſtre Courte de Chivalerie,

Jeo *Johan Kighlee* Eſquier Accuſe & Appelle vous *Eſtephen Scrop* Chivaler d'iceo que, l'An Primer noſtre Seignour le Roi q'ore eſt, en le Moys de Decembre, el Manoir de Byngbury, en le Countee de Kent, & en autres Lieux, * avoietz Cognu treſgrandes & purpenſez Prodicions, encontre le Roy ſuſdit & ſon Roialme (C'eſtaſſavoir) que noſtre dit Seignur le Roy ſerreit Deſtruyt, & que *Richard*, jadys Roy ſon Predeceſſeur, ſerreſt reſtituit au dit Roialme d'Engleterre, par diverſes Traitours del dit Roialme purpenſez & ymaginez, * VIII. 169.

Et vous, eiantz oportunitee de Temps, & libertee de veſtre Corps, les dites Prodicions concelaſtes, & au Roy deſcoverir traiterouſement leſſaſtes, & ne chargeaſtes point de les a Luy certifier ne demonſtrer,

Les queux Premiſſes, ſi vous deneiez, Jeo le dit *Johan* die que vous eſtes Faux Traitour & mentez fauxement, & les meſmes Accuſacion & Appelle loialment a purſuir, & par mon Corps ſur le veſtre Corps, jeo offre, & me promette, par l'eide de Dieu, jouſt la Ley & Cuſtume d'Armes, d'approevre,

Par quey je Demande que proeves en ceſt partie les Choſes, en la forme ſuiſdite approvers, que le dit *Eſtephen*, par veſtre Sentence diffinitive, ſoit pronuncie & ſelonque ſez Demerites come Traitour ſoit Punys, les Premiſſes jeo purpoſe jointement & ſeveralment, Proteſtant de adder, amenuſer, & declarer mon dit Libelle, ſi ſouvent come Buſoigne ſeira, ceo & toutes autres Benefices de Ley a moy tout foitz ſauvez,

*Et oiez auxi & bien entenduz les Merites d'une Cauſe emergent, de Tuer & Murdre, parentre meſmes les parties moeve & attempte en la dite Courte, ſur la forme q'enſuyt.*

A MES TRESHONUREZ SEIGNURS, les Coneſtable & Mareſcal d'Engleterre, Monſtre *Eſtephen le Scrop* Chivaler que, come, ore tarde, une *Johan Kighlee* moi Appellaſt de treſhautes Treſons (ſur quoy jay mys mes Reſponſes & Defenſes) entre autres, contenantz que meſme celle Appelle feuſt ſurmys envers Moy, par rancour, a cauſe de certeins Debattes, ſur certeins Terres ewes & faitz parentre Nous,

Et ſur cella Matiere de ma Deſence j'ay produit certeins Teſmoignes, & Publicacion ſur eux eſt fait,

Et puis vient novelment al notice de moi *Eſtephen* que le dit *Johan Kighlee* Appellant giſt en agait pur moy Tuer & Murdrer, en ma Chambre de mon Manoir de Bynbury, en le Countee de Kent, en le Moys de Junet, l'An noſtre tres redoute Seignour le Roy Henry Quart q'ore eſt primer, oue diverſes Hommes, expreſſement en contre ſon Serement & Seurtee de la Pees, envers moy tenir, a que faire il eſt tenuz & oblige,

Dont, ceſte Choſe proeve, il devera pleinement apparoir que meſme l'Appelle en ſourdiſt, come jay ſuppoſez en ma Defenſe, & que le dit *Johan* Appellant ſon Serement, de la Pees ſervir & tenir, fauxement & deſloialment, ad enfreint encontre la loialtee d'Armes & ſon ſerement,



Digitized by Google

*Et auxi, en la Cauſe emergent, come tout ceo par les Actes, & Actites, productes & exhibites en meſmes les Cauſes, ou buſoignes, plus pleinement poet apparoir, & par ceo, Nous* ASSOILONS & DISMETONS *le dit Monſieur* Stephen *partie Appelle ou Accuſe, par yceſte noſtre Sentence diffinitif en ceſt preſent Eſcript, de l'Impetition, & Faux Accuſacion du dit* Johan Kighlee *partie Appellant ou Accuſant, de les contenuz en ſon Belle de Appelle ou Accuſacion ſuiſdite.* Condempnantz *le dit* Johan Kighlee *en les Coſtages & Expenſes par le dit Monſieur* Stephen *legalement faitz celle partie, (taxacion d'icelle a nous reſerve.*

*Et auxi le dit Monſieur* Stephen PRONUNCEONS & DECLARONS *bon & foiale Lige a noſtre Seignur le Roi, & innocent de les Appelle & Accuſation ſuiſditz,*

*Et auxi* JUGEONS & DECERNONS *le dit* Johan Kighlee *de avoir meſme le Peyne, que le dit Monſieur* Stephen *duiſt avoir ſuſteuuz, s'il euſt eſte Convict de les Appelle & Accuſacion ſuiſditez,*

*Et outre auſi le dit* Johan Kighlee *Partie Appellant ou Accuſant* ADJUGEONS & DECERNONS *d'avoir Rumpu & Enfreint la Seurtee de la Pees, a quel tenir il fuiſt Oblige, Reſervant toutz foitz a noſtre dit Seignur le Roi la qualite, & le manere du dite Peyne, enſemble oveſque le temps de l'Execution d'icelle.*

En teſmoignance de quelle Choſes a yeeſtes noz preſentes Lettres Patentes, Nous avons fait mettre noſtre Seal de noſtre Office de Coneſtablerie d'Engleterre.

Don. a *Neuf Chaſtel ſur Tyne*, le quart jour d'Augſt, l'An du Regne, Monſieur le Roy Henry quart puis le Conqueſt, Primer.

Nos autem tàm Sententiam & Judicium prædicta, quàm Literas prædictas, ac omnia & ſingula in eiſdem literis contenta, Rata habentes & Grata, ea juxta vim, formam, & effectum earumdem Literarum, quantum in Nobis eſt, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, prout Literæ prædictæ rationabiliter teſtantur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xvi die Decembris.

*Per Breve de Privato Sigillo, & pro una Marca Soluta in Hanaperio.*

ET Mandatum eſt Univerſis & Singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Conſtabulariis, & aliis Miniſtris ſuis, infra Libertates & extra, quòd Sententiam & Judicium prædicta, cùm ſibi ex parte Regis ſub Sigillo ſuo demonſtrata fuerint, in ſingulis Locis, ubi melius expedire viderint, publicè Proclamari & declarari faciant, juxta vim, formam, & effectum Literarum Regis prædictarum; Et hoc nullatenus omittant.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxiij die Decembris.

---

☞ *Commiſſio Ruperti Regis Romanorum & Ludovici Filii ejus, ad tractandum de Matrimonio, cum Blanchia Filia Regis.*

Ann. D. 1401. *An. 2. H. 4. Ex Autogr.* NOS *Rupertus*, Dei gratiâ, *Romanorum Rex*, ſemper Auguſtus, & *Ludovicus Natus ſuus*, eadem gratiâ, Comes Palatinus Reni & Bavariæ Dux Univerſis & Singulis, ad quos præſens Scriptum pervenerit, patefacimus per præſentes,

Quòd Nos,

De Fidelitate & provida circumſpectione, Fidelium & Dilectorum Conſiliariorum noſtrorum, *Johannis Camerry*, * aliàs

• VIII. 171.

num Henricum Regem, ejus Filiam prædictam, aut ſuos ad hoc Datos & Conſtitutos, Dandos ac Conſtituendos, quàm per Procuratores noſtros ſupradictos,

Præterea ad præſtandum in Animas noſtras quælibet Juramenta licita prædictorum roborativa,

Necnon ad obligandum Nos Conſtituentes ſupradictos, & hujuſmodi Obligationes noſtro nomine a parte altera recipiendum, ad quaſcumque pecuniarias ſeu alias Pœnas, in eventum Matrimonii non perficiendi, per Partem perficere recuſantem ſolvendas, & Parti Matrimonium ſervare volenti applicandas,

Ad Renunciandum noſtri nomine quibuſcumque Exceptionibus, Auxiliis, Privilegiis, Communibus aut ſpecialibus, Canonico aut Civili Jure quoviſmodo competentibus aut competituris, quibus mediantibus prædicta ſeu aliquod eorum poſſint violari, & elidi, infringi, aut cavillari ullo modo,

Ac omnia & ſingula alia facienda & excercenda, quæ in ſcriptis & circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, & quæ Nos conſtituentes præfati facere poſſemus, ac quilibet noſtrûm facere poſſit, ſi in Præmiſſis perſonaliter intereſſemus ſeu intereſſet. etiam ſi Mandatum exigant magis ſpeciale,

Promittimus quoque *Emerico* Notario noſtro publico infra ſcripto, ſtipulanti & recipienti vice & Nomine omnium quorum intereſſet ſeu intererit in futurum, Nos & quemlibet noſtrûm, Ratum, Gratum, & firmum perpetuò habituros quicquid per prædictos noſtros Procuratos, quoad præmiſſa & circa ipſa, Actum, Factum, vel procuratum fuerit ullo modo, & non contra venire quacumque occaſione, cauſa, vel ratione, ſub obligacione Bonorum noſtrorum omnium præſentium & futurorum,

Quod ſi quid S vel Solempnitati, quoad expedienda Præmiſſa vel aliquod eorum, poſſet eſſe neceſſarium, utile vel expediens, & per occupationem, oblivionem, aut ignorantiam Juris vel Facti, vel aliàs ſit omiſſum, Damus Nos dicti Conſtituentes dictis Procuratoribus noſtris plenam Poteſtatem per hoc præſens Procuratorium addendi, ſuplendi, & corrigendi, cum clauſula ſeu clauſulis oportunis, ad dictamen cujuſlibet Periti, & proinde dictis Clauſulis, * & qualibet earum uti cum effectu, ac ſi præſenti Procuratorio fuiſſent inſerta, • VIII. 172.

Necnon ſe noſtro nomine ſub certa pecuniaria Pœna obligandi ad ſufficiens Procuratorium infra tempus, per Partes concordandum, mittendum, deſtinandum, ſeu procurandum, ut illo mediante Negotium ſeu Contractus promiſſus ſeu promiſſum omnino perfici poſſit.

In cujus rei evidens Teſtimonium præſentes Literas ſeu præſens publicum Inſtrumentum, per Emericum nominatum ſupra & infra ſcriptum, ſcribi, & in publica forma redigi mandavimus, noſtrique Ruperti Regis præ dicti Sigilli Regii juſſimus appenſione communiri.

Datum & actum *Coloniæ* in Domo nuncupata Domo Ducis pro tunc Hoſpitii noſtri in Camera Parammeti, Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Primo, Indictionum Nono, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini *Bonifacii*, Divinâ providentiâ, *Papæ Noni* Anno Primo, Nona Die Menſis Januarii, Hora Tertiarum, vel quaſi,

Præſentibus,

*Fredrico Archiepiſcopo Colonienſi* & Sacri Imperii per Italiam Archi-Cancellario,

*Stephano Comite Palatino Reni*, & Bavariæ Domino,

*Karolo Duce & Marchione* Luthringiæ,

*Frederico Burggumo Magiſtro* in Nurenburg,

*Rabano Epiſcopo Spirenſi*,

Prin-

Digitized by Google

& Partium prædictorum, cum forti Ordinatione Infeſtandum, & pro viribus ſuis proceſſu temporis, quod abſit, deſtruendum, applicare intendunt & machinantur, niſi eorum Invaſionibus & Inſultibus, tàm per Terram, quàm per Mare, per Nos, Gratiâ mediante divinâ, cautiùs & viriliùs reſiſtatur,

Nos de Aviſamento Concilii noſtri,

Attendentes, & indubiè reputantes, valdè expediens fore & neceſſarium, tantâ neceſſitate ingruente, ut diverſæ Bargeæ & Balingeræ, quæ cæteris Navibus tempore Guerrino prævalent, ut dicitur, pro ſalva Cuſtodia Maris, & Mercandiſarum veſtrarum, ac aliorum Ligeorum noſtrorum per Mare tranſeuntium, & maximè pro ſecuriori Defenſione dicti Regni noſtri, contra hujuſmodi hoſtilem nequitiam reprimendam per certos Civitates, Burgos, & Villas, de Novo fiant & præparentur,

Vos cordialiter Rogamus, Vobiſque nichilominus Mandamus,
* VIII. firmiter Injungentes * quatinus, Præmiſſis debitè conſideratis, &
173. attentis Periculis iminentibus, quandam Balingeram, ad proprios Cuſtus Civitatis prædictæ, de Novo Fabricari & fieri factam,

Ita quòd dicta Balingera prompta ſit & parata, in omnibus Artillariis ad eandem pertinentibus, citra Quindenam Paſchæ proximò futuram, ad deſerviendum Nobis in Obſequio noſtro ſupra Mare, pro defenſione Regni noſtri ſupradicti,

Nolumus autem quod id, quod per vos, in hac parte, ad hunc Rogatum noſtrum, fieri contigerit, trahatur in Conſequentiam, nec vobis cedat in præjudicium quomodolibet in futurum.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xi die Januarii.

*Per ipſum Regem & Concilium.*
*Et erat Patens.*

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis in Civitatibus, Villis, & Locis ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*Probis Hominibus*, & Communitatibus Villarum de *Myulith*, *Padiſtowe* & *Lavanſtye*, pro una Balingera.

*Majori*, *Ballivis*, & Communitati Villæ *Suthampton*, pro una Bargea.

*Probis Hominibus*, & Communitatibus Villarum *de Weymouth*, *Seton*. & *Sedemouth*, pro una Balingera.

*Probis Hominibus*, & Communitatibus Villæ de *Newport & Inſulæ de Wyght*, pro una Balingera.

*Majori & Ballivis*, ac Communitati Villæ de *Hertipole*, ac *Probis Hominibus* Villarum de *Seton*, *Coton*, & *Rodker*, pro una Balingera.

*Ballivo* Communitati Villæ noſtræ de *Sancto Botolpho*, pro una Bargea.

*Ballivis*, *Probis Hominibus*, & Communitatibus Villarum de *Kerdif* & *Swaneſey* in Wallia, pro una Balingera.

*Pro Hominibus*, & Communitatibus Villarum de *Kerkeley* & *Goſford*, pro una Balingera.

*Majori & Vicecomitibus*, ac Communitati noſtræ *Eborum*, pro una Bargea.

*Majori & Ballivis*, ac Communitati Civitatis Regis *Ceſtriæ*, pro una Balingera.

*Ballivis* & Communitati Villæ *Magnæ Jernemuth*, pro una Bargea

*Probis Hominibus*, & Communitati Villæ noſtræ *de Fowy*, pro una Bargea.

*Majori*, *Ballivis*, & Communitati Civitatis *Exon*. & *Probis Hominibus* Villarum de *Exmouth* & *Lyme*, pro una Bargea.

*Majori*, *Ballivis*, & Communitati Civitatis Regis *Norwici* pro una Bargea.

*Majori & Ballivis*, ac Communitati Civitatis *Wygorniæ*, ac

*Ballivis*, *probis Hominibus*, ac Communitatibus Villarum noſtrarum *Salopiæ* * & *Brigenorth*, pro una Balingera.

*Majori & Ballivis* ac Communitati Villæ *de Lenn*, pro una Bargea * VIII. 174.

*Probis Hominibus* & Communitatibus Villarum *de Sancta Oſitha* & *Maldon*, pro una Balingera.

*Probis Hominibus* & Communitatibus Villarum *de Porteſmuth* & *Lemyngton*, pro una Balingera.

*Ballivis*, *probis Hominibus*, & Communitatibus Villarum *de Kermerdyn* & *Newport* in Wallia, pro una Balingera.

*Ballivis* & Communitatibus Villarum *de Graveſhend* & *Tilbury*, pro una Balingera.

*Probis Hominibus* & Communitatibus Villarum de *Chepſtowe* & *Carleon* in Wallia pro una Bargea

*Ballivis* & Communitati Villæ *Gippewici*, pro una Balingera.

*Ballivis* & Communitatibus Villæ de *Grenewych*, pro una Balingera.

*Probis Hominibus* & Communitatibus Villæ *de Hamel in the Hoke* & *Hamel in the Rys*, pro una Bargea.

*Majori*, *Ballivis*, *probis Hominibus*, & Communitatibus Villarum *de Grymesby*, *Barton ſuper Humbre*, & *Selby*, pro una Balingera.

*Ballivis* & Communitati Civitatis *Roffen*. ac *probis Hominibus* Villæ de *Maydenſton*, pro una Balingera.

*Majori & Ballivis* ac Communitati Villæ Regis *de Dertemuth*, pro una Bargea.

*Ballivis*, *probis Hominibus* & Communitatibus Civitatis *Meneven*. ac Villæ *de Cardigan* in Wallia, pro una Bargea.

*Dilectis ſibi Majori*, *Ballivis*, & Communitati Villæ *de Plymuth*, pro una Bargea.

*Probis Hominibus* & Communitatibus *de Barſtaple* & *Bridport*, pro una Balingera.

*Majori*, *Ballivis*, *probis Hominibus*, & Communitatibus Villarum *de Notyngham*, *Newark* & *Gaynesburgh*, pro una Bargea.

*Probis Hominibus* & Communitatibus Villarum *de Aſſhe* & *Loſtwuthiell*, pro una Balingera.

*Probis Hominibus* & Communitatibus Villarum *de Berewyk* & *Tynemuth*, pro una Bargea.

*Probis Hominibus* & Communitatibus Villarum *de Botlay*, *Taynmouth*, & *Paynton*, pro una Bargea.

*Ballivis* & Communitati Villæ *de Haverford* in Wallia, pro una Balingera.

---

*De Collectoribus pro Cruciata contra Turchos.*

REX, Venerabili in Chriſto Patri, *Th.* eadem gratiâ *Archiepiſcopo Cantuarienſi*, totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1401.

Cum Dominus Summus Pontifex modernus, An. 1. H. 4.

Advertens quod perfidus ille *Bayſetus*, *Princeps Turchorum*, Manu potenti, & brachio extento, in Chriſtianum Populum, maximâ feritate, extitit debachatus, ad Exterminium Civitatis Conſtantinopolitanæ, & univerſitatis Populi Chriſtiani, niſi ejus nephando Propoſito citiùs reſiſtatur, Ibid. m. 10.

Omnes & ſingulos,

Qui, pro Liberatione & Subſidio *Manuelis Imperatoris Conſtantinopolitani* & dictæ Civitatis ſuæ, Manus adjutrices porrexerint,

Illam ſuorum Peccaminum, de quibus fuerint veraciter corde contriti, & ore confeſſi, veniam conſequi voluerit, quæ per Se-



Digitized by Google

Cuſtodia ſummarum hujuſmodi ordinatarum, adtunc habuerint, ſeu ad præſens habent, & in quibus Locis dictæ Ciſtæ, Coſræ, & Pixides repoſitæ fuerunt, & jam exiſtunt, per diligentem Inquiſitionem in hac parte circumſpectè faciendam, ac omnibus aliis viis & modis, quibus juxta ſanam diſcretionem veſtram ſciveritis aut poteritis, informetis, & Nos inde in Cancellaria noſtra, citra Quindenam Paſchæ proximò futuram, ſub ſigillo veſtro, diſtinctè & apertè, reddatis certiores;

Præmunientes Commiſſarios, & Deputatos, ac alios prædictos, ex parte noſtra, quòd ipſi, ſuper gravi Foriſfactura noſtra, ad quindenam prædictam, ibidem perſonaliter interſint, ad faciendum & recipiendum quod per Nos & Concilium noſtrum tunc contigerit ordinari.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xi die Januarii.

*Per ipſum Cuſtodem & Concilium.*

Conſimilia Brevia diriguntur ſubſcriptis, ſub eadem Data; videlicet,

*R. Archiepiſcopo Eboraın.*
*R. Epiſcopo London.*
*H. Epiſcopo Lincoln.*
*W. Epiſcopo Wynton.*
*J. Epiſcopo Elien.*
*Cuſtodi ſpiritualitatis Epiſcopatûs Bathon. & Wellen. Sede Vacante.*
*J. Epiſcopo Coventr. & Lich.*
*W. Epiſcopo Karliol.*
*H. Epiſcopo Norwicen.*
*R. Epiſcopo Ciceſtr.*
*J. Epiſcopo Hereford.*
*E. Epiſcopo Exon.*
*R. Epiſcopo Sarum.*
*T. Epiſcopo Wygorn.*
*J. Epiſcopo Roffen.*
*T. Epiſcopo Landaven.*
*J. Epiſcopo Aſſaven.*
*W. Epiſcopo Dunolm.*
*G. Epiſcopo Meneven.*

---

## *Pro Confeſſore Regis.*

Ann. D. 1401. An. 2. H. 4. Pat. 2. H. 4 p. 1. m. 4.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Viceſimo Quarto die Decembris proximò præterito, per Literas noſtras Patentes, de Gratia noſtra, CONCESSERIMUS, dilecto nobis, Fratri *Roberto Maſcal*, Confeſſori noſtro, CUSTODIAM omnium Temporalium Epiſcopatûs Midenſis in Hibernia vacantis, in Manu noſtra exiſtentium, HABENDAM, a tempore Mortis *Alexandri* ultimi Epiſcopi loci prædicti, quamdiu contigerit dicta Temporalia in Manu noſtra, occaſione præmiſſi, remanere, abſque aliquo nobis inde reddendo vel ſolvendo, prout in Literis noſtris prædictis pleniùs continetur,

Nos jam (de uberiori Gratia noſtra) Conceſſimus quòd idem Robertus ſe extra dictam Terram noſtram Hiberniæ abſentare poſſit, & per Se, Servientes, Attornatos, Procuratores, vel Miniſtros ſuos quoſcumque omnimoda Fructus, Proficua, Redditus, & Emolumenta, de Temporalibus prædictis, quamdiu eadem Temporalia in Manu noſtra occaſione prædictâ contigerit remanere provenientia vel emergentia, habere, levare, percipere, & recipere poſſit,

Et quòd Servientes, Attornati, Procuratores, & Miniſtri ſui prædicti eadem Fructus, Proficua, Redditus & Emolumenta, in Regnum noſtrum Angliæ, ad opus ipſius Roberti, deferre & mittere poſſint, quotiens eis placuerit, ſine occaſione vel impedimento noſtri, vel Hæredum noſtrorum, Officiariorum, ſeu

* VIII. 176. Miniſtrorum Terræ noſtræ * prædictæ, aut aliorum quorumcumque; aliquâ Ordinatione, ante hæc tempora, contra abſentes Ter-

executionem Judicii dictæ Sententiæ diffinitivæ, ac qualitatis Pœnæ ejuſdem, nobis, ut præmittitur, reſervatæ,

Et ulteriùs, de uberiori gratia noſtra, conceſſimus eidem Johanni omnia Terras, Tenementa, Redditus, & Servitia ſua, cum Pertinentiis, ac etiam omnia Bona & Catalla ſua, ac debita ſua ſibi qualitercumque debita,

Ac etiam reſtituimus præfatum Johannem, & ipſum habilem fecimus ad Leges, Ordinationes, & Conſtitutiones Regni noſtri Angliæ, adeò liberè & integrè, ſicut fuit ante tempus inceptionis dictorum Appelli & Accuſationis, per præfatum Johannem ſic, ut præmittitur, motorum & inchoatorum,

Nolentes quòd idem Johannes, aut Hæredes, ſeu Executores ſui, ratione dictorum Sententiæ & Judicii, per Nos, vel Hæredes noſtros, aut Conſtabularium & Mareſcallum dictæ Curiæ Militaris, aut alios Miniſtros ſeu Officiarios noſtros quoſcumque, futuris temporibus impetantur, accuſentur, moleſtentur in aliquo ſeu graventur.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, ſexto die Februarii.

*Per Breve de Privato Sigillo.*

---

## *De Tractando cum Ruperti Imperatoris Commiſſariis, de Sponſalibus.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd Nos, 1401.

De Fidelitate, Induſtriâ, & Circumſpectione, Venerabilium An. 2.

Patrum, *Johannis Epiſcopi Herefordenſis*, *Johannis Epiſcopi Roffenſis*, cariſſimi Conſanguinei noſtri *Henrici Comitis Northumbriæ* Conſtabularii Angliæ, & cariſſimi Fratris noſtri *Radulphi Comitis Weſtmerlandiæ* * Mareſcalli Angliæ, pleniùs confidentes, Hen. 4. Franc. 2. H. 4. m. 10.

Ad Tractandum, agendum, & iniendum, Loco, Vice, & * VIII. 177.

Nomine noſtro, & pro Nobis, & Seniore Filiâ noſtrâ *Blanchiâ*, cum, Excellentiſſimo & Sereniſſimo Principe, *Ruperto*, Dei gratiâ, *Romanorum Rege*, ſemper Auguſto, & cum, Illuſtriſſimo Principe, *Lodewico Filio ſuo* Seniore Naturali & Legitimo, eadem gratiâ, Comite Palatino Reni & Bavariæ Duce, ſeu eorum aut alterius eorumdem, in hac parte, plenam Poteſtatem habentibus, ipſorum nomine & cujuſlibet eorumdem, de & ſuper Sponſalibus, ſeu Matrimonio, & Copula Conjugali, inter prædictum Lodowycum ex parte una, & dictam Blanchiam, cariſſimam Filiam noſtram Seniorem, naturalem, & legitimam, nondum nuptam, aut Annos Pubertatis attingentem, ex parte altera,

Et ad Contrahendum, Celebrandum, & Perficiendum hujuſmodi Sponſalia & Matrimonium, prædicto Procuratorio nomine noſtrorum Henrici Regis prædicti & dictæ Filiæ noſtræ, cum præfato Lodowico, dicti Ruperti, ut præmittitur, Filio,

Necnon ad Concordandum & Concludendum cum eiſdem Ruperto & Lodowyco Filio ſuo, ſeu eorum Commiſſariis, Procuratoribus, aut Deputatis, ſufficiens Mandatum & Poteſtatem ad hoc, ut præfertur, habentibus, de & ſuper Summâ Dotis, Dotalitiorum, ac Donationis propter Nuptias, ratione & prætextu prædictorum Sponſaliorum & Matrimonii, per utramque partem, contrahentium, hinc indè dandâ, donandâ, atque ſolvenda,

Inſuper ad Dandum, faciendum, & recipiendum, Procuratorio noſtro, pro Nobis, ac Filia noſtra prædicta, & ex parte dicti Domini Ruperti & Filii ſui prædicti, Cautiones, Promiſſiones, Indenturas, & Obligationes qualcumque neceſſarias, utiles,

ſeu

Digitized by Google

Præmiſſorum, & non contravenire Præmiſſis quacunque Occaſione, Causâ, vel Ratione, ſub Obligatione Bonorum noſtrorum omnium præſentium & futurorum.

